






2
6
18









2. 6. 18

2.6.18

B

Ex libris eruditissimi Viri Antonij Magliabechij

XXIX

FERRET



IVLII FERRETTI
RAVENNATIS V. I. D. EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII
CONSILIA ET TRACTATVS

Quorum Tabulam secunda pagina indicat.

Cum Summariis, & copiosissimo omnium materiarum Indice, NVNC PRIMVM IN LVCEM VENIVNT.



Ad Illustrissimum & Excellentissimum D. D. Cæsarem Gonzagham, Malphetæ Principem, Ariani Ducem, & Campibassi Comitem.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, M D LXIII.
Apud Ludouicum Auantium.

INDEX CONSILIORVM ET TRACTATVVM IN HOC OPERE EXISTENTIVM.



IV

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENT.

D. D. CAESARI GONZAGHAE,


MALPHETAE PRINCIPI, ARIANI DVCI,

ET CAMPIBASSI COMITI;

Domino ſuo colendiſsimo.

EXVPERANTIVS FERRETTVS

RAVENNAS S. D.





VOD facere plerique ſolent (Illuſtriſsime Princeps) quibus uel ſuas ipſas, uel alterius lucubrationes Typographorũ excuſas prælo in uulgus prodire placuit, id pluribus mihi nunc de cauſis faciẽdum eſt: qui hoſce de re militari libellos à patre meo Iulio Ferretto ſummis ſtudiorum cum uigilijs, tum laboribus conſcriptos edere conſtituerim. Namque non illud unum mihi onus impendet, ut uirum, cui dicari iſta debeant præſtantiſsimum inueniam: ſed præcipuè eſt id curandũ, ut ſatis, & patris mei ſanctiſsimis manibus, & rerum hic conſcriptarum dignitati fiat: Quæ duæ res, multum iam diu animo meo negotij faceſſerunt; cum in altera amiciſsimum patri uirum, in altera ſapientiſsimum conſtituendum eſſe cognſcerem, cui tamen iſthæc apprimè conuenirent,

occurreret nemo. Postea uerò cum mecum ipse cogitarem, & memoria uetera repeterem, summa patris obseruantia in Illustrissimum Ferdinandum, Isabellamquè à Capua, statim animo obuersata est: ille belli tanquam fulgur, fortissimusque Imperator, hæc mulierum omnium castissima, & prudentissima: tui ambo Parentes, & patris mei patroni, ac Mæcenates: quibus etiam ego, tum summis ipsis eorum virtutibus ductus, tum hæreditario quasi iure compulsus, omnes animi mei uires eo studio obstrinxi, ut maiore non potuerim; hincque effectum est, ut apud me Rauennæ diuertere non fuerit dedignatus frater Reuerendissimus tuus Vincentius Barletæ Prior, idemque Rhodi Eques insignis & clarissimus. Hæc omnia dum cogitarem, tu unus mihi præ omnibus uisus es, cui omnia illa mihi expetenda, insint; qui cum sis paternæ uirtutis hæres dignissimus, naturæ mira quadam, & peculiari sanctione, omnium quoque tum animos, tum quæ ex animo prodeunt omnia; iure tibi & merito uendicas: Quamobrem constitui statim ipse mecum, hásce patris mei uigilias, Cæsari Ferdinandi illius, atque Isabellæ filio dicare: quem admirantur omnes, tanquam omnium quæ in Parentibus maximè floruerunt, uirtutum, specimen, cuius quidem iam satis augusta inditia in hac sua adolescentia præbuerit: Qua eadem animi præclara dote, clarissimisque uirtutibus, in eam adducor sententiam; ut illari fronte, & gratissimo animo, hæc te suscepturum existimem, quibus, palàm, & in

Parentes tuos mei patris propensum animum,& summam in te meam obseruantiam, cognoscere poteris luculenter. Equidem non possum (Illustrissime Princeps) non existimare istiusmodi uirtuti: quam tibi tanquam hæreditatem maiores tui reliquerunt, & grati animi fidelem memoriam, & sui ipsius, perinde ac in speculo imaginem his de re militari libris expressam, iucundam fore: cum utroq;, necessario gratus animus atq; ingenuus mirificè delectetur. Quam quidem ego rem, eo quoque iucundiorem tibi fore existimo, quod secreta quadam uirtutis ui, ex Dei ipsius optimi maximi penetralibus hausta, eadem tibi opera, & paternæ, & quæ ab his originem duxerunt tuæ ipsæ, nunquam satis laudatæ, uirtutes, elucescent: Quicquid enim de Imperatorum iustitia, de fortitudine, de sapientia conscriptum inuenies; id omne, non quasi patris imaginem; sed patrem ipsum, hoc est, paternas in te animi uires, exprimere uidebis: quod tibi erit iucundissimum patri meo (si quis mortuis sensus est) gratissimum charissimum mihi, qui te unicè obseruo; utilissimum libro: qui ualentiori ictu, Caninos detractorum dentes, propulsabit. Vale Principum decus, & Exuperantij Ferretti memor, diù, fœliciterque uiue. Rauennæ. Kalendis Octobris. M D L X I.

INDEX IN CONSIL. ET TRACTA.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS, V. I. D.

EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

Omnia quæ in eis scitu digna sunt complectens, cuius primus numerus paginam, & secundus eorundem consiliorum ac tractatuum numerum marginalem denotat.

A



C

sub

Duellum

E.

F

Fractor

Gabellæ

H.

I.

M

O

Osculo

P

Porci

S

Segnitia

T

Thysaphernes

X

Z

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

* a b c d e f g h i k l m.

Omnes sunt duerni.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS ET COMMITIS LATERANENSIS PALATII, CONSILIA DE DVELLO.



SVMMARIVM.

1 *Duellum an sit licitum.*
2 *Bellum & duellum an sit de iure permissum.*
3 *Duellum quare sit illicitum, & quo iure reprobetur.*
4 *Duellum recusari potest sine infamia.*
5 *Duellum quibus ex causis non permittatur.*
6 *Princeps permittendo duellum fieri, & concedendo campum francum duellantibus, peccat.*

CONSILIVM PRIMVM.



OMNIPOTENTIS Dei dominorum domini, inuocato suffragio: Peruento casu: quod nobiles quattuor milites essent insimul pugnaturi singulari certamine: & foret per ipsos petitus campus francus à quodam nobili principe: qui mihi transmisit casum querelę vertentis inter præfatos consulendum.

Videlicet An licitum esset duellum, & an peccent illi, qui campum francum concedunt in suo territorio, & iurisdictione huiusmodi duellare volentibus
1 petitum fuit. Et breuiter consulo † bellum nullum de mundo fore licitum nisi præcedat diffidatio: vt dicit Ioan. And. in c. pro humani, de hom. in vi. in nouella, & Bal. in l.ii.col.xxiii. C. de serui. & aqua: & in l.si manumissori. C. de ob-
2 seq. pa. præst. à lib. Præcedente † enim hostili diffidatione de iure gentium permissum est bellum vt pax quæratur, & in pace uiuamus. Quod non procedit in duello omni iure prohibito: vt latius dicam inferius in tract. duel. & per Bal. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure & per Iaso. in
3 l. ex hoc iure. ff. eo. titu. Nam † duellum est illicitum propter peccatum, attenta dispositione iuris diuini, & canonici, cui cedunt iura ciuilia cum tractatur de pec
4 cato. † Firmat. d. Ioã. de Imo. in l. is qui reus. col. xx. ff. de pub. iudi. se consuluisse: licitè posse absque infamia recusari duellum, & similiter consuluit. d. Ang. de Vbaldis de Perusio in cõsi. ccclxxiiii. & pro hoc facit tex. cum Gl. in c. monomachiam. ii. q. iii. & d. Ias. in l. ex hoc iure. col. iiii. ff. de iusti. & iure & Gl. in cle. pastoralis & ibi per Reueren. d. Card. in prin. de re iudi. & per Spec. in tit. de accus. in §. vi. versi. quid si, cum seq. §. & Ioan. de Ana. in c. primo & in rub. extrà de cler. purg. in duello & ibi per scribentes, & per tex. in c. quæritur. xxii. q. ii. & in c. ex tuarum, de purg. cano. & in c. omnes, xvii. q. iiii. & in c. i & ii. de purg. uulg. & l. neg C. de acti. & obli. & l. vni-
5 ca. C. de glad. & ibi per Doc. † Nam ex duello sępe perditur anima, honor, & uita: tentatur Deus, & vera ex eo non oritur probatio: quæ dici potest magis diuinatio non consona naturæ: & deuians à iure communi: & diuino non consentiẽs æquitati, neque rationi: cum plurima, & diuersa sint hominum discrimina: vt dicit Iuuenalis in x. satyra: quantula sint iuuenum discrimina: pulchrior ille hoc, atque ille alio: multo hęc robustior illo:

Ad quæ faciunt egregiè nota. d. Andre. de Iser. in c. primo col. v. de pa. ten & ibi dem per Bal. & in l. is penes C. depositi.

6 † Cum tractatur de periculo animæ, mortis, & peccati: ut dicit Prepositus Alex. in c. i. de pa. ten. & Cano. in c. i. & ii. de cler. pu. in duello & in titu. de torneamentis & de purg. canoñ. & de purg. uulg. & similibus. Et in hoc standum est Iuri canonico: & nulli dubium: ꝙ si il licitum est duellum vt suprà dictum est; peccant principes in dando licentiam, & & in concedendo campum francũ duellare uolentibus, prestando causam rei il licitæ, & malè futuro: & si contrarium fieret temere, de facto, & cum peccato procederent: & non de iure. &c.

Et ita vt supra scriptum est. & conclusum: iuris & æquitatis esse dico, & consulo, ego Iulius Ferrettus Rauennas Iuris utriusque doctor, eques & commes Lateranensis Palatii minimus: & in fidẽ me subscripsi, & solito meo Sigillo roborari mandaui: Saniori semper saluo iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Condemnati ad mortem an impediatur mors, per duellum futurum, ob allegatam consuetudinem. & nu. 2. 3. 4. cum seq.*

Homicida quod fecit expectet.

2 *Occisor an occidi debeat.*

Miles non suspenditur ob delictum, nisi fuerit latro.

4 *Consuetudo duellãdi an ualeat & nu. 5. et 6.*

Duellum iure diuino & humano est prohibitũ.

5 *Duellum est contra charitatem.*

Charitas est amare Deum, & proximum sicut seipsum, ac fundamentum omnium uirtutum, & exclusio uitiorum. nu. 6

7 *Actus à iure diuino prohibitus, inuentus dicitur fabricante Diabolo.*

Iudices puniendo malos bene faciunt.

8 *Homo homini insidiari nefas est intra pacis tempora.*

CONSILIVM II.

SEmpiternæ gloriæ omnipotentis Dei inuocato auxilio. Miles quidam de Spoleto damnatus fuit ad mortem propter homicidium pensatum: & dum foret decapitandus proposuit se fuisse prouocatum ad duellum à Petro de Terno: sed antequàm exequatur de eo Iusticia duellare intendit, allegando consuetudinem vigere in ducatu Spoleti, ꝙ si quis prouocatus ad duellum deliquerit pendendẽte causa duelli, ꝙ debeat differri mors ipsius donec duellauerit: & mihi fuit transmissus casus cum processu consu-

1 lendus. † Quo quidem uiso processu, & qualiter dictus Spoletinus fuit cõfessus, & conuictus de dicto homicidio, & de hoc quia nullum sit dubium igitur non me extendam ulterius: nisi ꝙ exequatur iustitia. Quod fecit enim homicida expectet. l. nemo. C. de epis. audi. & l. i. ff. ad leg. Cor. de sica. & l. quę vltimo. & l. respiciendum. §. fi. ff. de peni. & c. om-

2 nis distin. iii. † Et decapitatur Spoletinus non attenta fisci opinione aduocati. qui uellet ipsum suspendi: Nam priuilegium militare non permittit militem suspendi, nisi fuerit latro. l. desertorem. §. pen. ff. de re mili. & non differatur ulterius iustitia: quia in processu nõ apparet talẽ allegatã consuetudinẽ uigere in

3 ciuitate & ducatu Spoleti. † Nec obstat id quod dicit Bart. secũdũ Guil. de Cun. in l. Impator in ii. lect. ff. de statu homi. uersi. itẽ inducitur ad questionẽ, de eo, q est ꝓuocatus ad duellũ ab aliquo, qui dicit ipsum interfecisse fratrem suum: & qui tenetur bellarę ex consuetudine illius prouinciæ si supponat unum pro se: & posteà est accusatus & condemnatus: ꝙ illa de causa executio mortis eius debeat differri: & quia, ut dixi, non uiget consuetudo prędicta in Spoletano Ducatu, igitur non obstat, nec dicta est retar-

4 danda iustitia, & ipsius executio. † In loco autem vbi uigeret dicta consuetudo: allegando eam, & probando eius obseruantiam fortè daretur remedium, & cautela differendi executionem Iustitię: quæ quidem potius esset abusio, quàm cõsuetudo. quoniam ex ea, induceretur modus differendi executionem Iustitię:

& impune

& impune homines occidendi animam,
vitam, & honorem perdendi in duello à
iure prohibito : & duellandi cum perso-
na infame ad mortem naturalem damna
ta. prohibita duellare secundum regulas
nobilium militantium : & ius diuinum,
& humanum prohibet duellum fieri c.
non satis lxxxvi. distin. c. i. & ii. de cler.
pug. in duello c. monomachiam. ii. q. iii.
5 c. Charitas elii. de pœnit. distin. ii. † Per
duellum offenditur Charitas : quæ est
amare Deum, & proximum sicut se ip-
sum: & dicta consuetudo est nulla, & nul
lius momenti : & in loco ubi uigeret nõ
est seruanda: quia est permittiua pecca-
ti, & contra legem quod non ualet: vt di
cit. d. And. de Iser. in rub. de feu. cogni-
6 tione. † Estq; cõtra Charitatem quæ est
fundamentum omnium virtutum, & ex
clusio uiciorum: ut d. c. Charitas, §. itẽ
proximos, de pœnit. distin. ii. Ad quæ fa
ciunt notata ꝑ Doc. in l. si ex legati cau
7 sa. ff. de verb. obli. † Et omnis actus à iu
re diuino ꝓhibitus inuctus dicitur fabri
cante Diabolo, vt d. c. monomachiam, &
c. consuluisti. ii. q. v. & cum omnia iura
præcipiant diuina, & humana occisores
occidi publica iudicis auctoritate pro
mundi conseruatione, ne delicta rema-
neant impunita. l. ita vulneratus, ad leg.
8 Aqui. quoniam † homo homini insidia-
ri nefas est intra pacis tempora. l. ut
uim. ff. de iusti. & iure.

Et ita dico & consulo. Ego Iulius Fer-
rettus Rauennas V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Nobilis cui à rustico fuit expillata barba, potuit impune rusticum occidere.*
2 *Duellum pro honoris defensione, licitum est inire, cum auctoritate superioris.*
3 *Crudelis est qui proprium honorem contemnit.*
4 *Nobilis insultatus ab ignobili non tenetur fugere.*
5 *Duellum superioris auctoritate inducitur. Deus est in auxilium iustorum.*
6 *Pax propter expillationem barbæ violatur.*

CONSILIVM III.

DEi omnipotentis, & beatæ virginis
Mariæ inuocato suffragio. Casus cõ-
1 sulendus ita figuratur. † Rusticus quidã
insultauit nobilem Senensem: dicendo.
Ceruo cornuto te uoglio pellare questa
barba: dando cum manu in faciem ipsius
furiose: & quantumque valluerit nobilis
fugere, & non fugit; sed cultello rusti-
cum percussit qui illicò periit: & captus
fuit nobilis à familia curiæ, & confessus
est delictum. &c. Quæritur an de iu-
re debeat nobilis Senensis condemnari
ad mortem naturalem, cum modum ex-
cesserit in se defendendo. Respondeo ꝙ
2 nõ. l. Gracchus. C. de adulteriis. † Quia
pro defensione honoris est licitum supe-
rioris auctoritate inire duellum l. qua
actione. §. si in colluctatione. ff. ad leg.
3 Aquiliam. † Nam crudelis est ille qui
negligit proprium honorem, & famam
vt dicit Bal. in c. i. col. i. de pa. ten. Et
4 plus in terminis nostris † dicit Bal. ꝙ si
rusticus insultaret nobilem : non debet
nobilis fugere ; licet fugere posset : quo-
niam fuga reddit quem uiliorem. Idem
tenet Cy. in l. si ex plagis. & in l. scien-
tiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem A-
qui. quantunq; non sit hoc propriè duel-
lum, seu potius impetus, & rixa in præ-
5 misso casu. † Nam duellum inducitur
superioris auctoritate, & inter quosdam
fit ad probationem veritatis : & ad pur-
gandum innocentiam. Et soliti sunt di-
cere nobiles milites Deum esse in auxi-
6 lio iustorum. † Et licet nobilis Senensis
filius doctoris & militis excesserit modũ
in se defendendo, audito ꝙ rusticus vo-
lebat sibi expillare barbam : & propter
expillationem barbę pax violatur : ideò
micius est puniendus nobilis. æqui iudi
cis arbitrio c. significasti, de pęni. & re-
miss. & de pa. tenen. c. i. ibi expillauit
barbam &c.

Et ita dico & consulo ego Iulius Fer-
rettus Rauennas Iuris utriusque doc.
saluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Mortuus in duello non est seruus pœnæ.*
Mortuus in duello similis est illi qui moritur intormentis nondum condemnato.
Testamentum mortui in duello non rumpitur.
2 *Occisi in bello non moriuntur serui pœnæ nec hominis.*
3 *Capti in bello iusto & seruati, serui fiunt.*
4 *Duellates in cāpo conducti, an pœnitere posſint.*
5 *Iudex duelli non potest ante finitum duellum iudicare.*
6 *Iudex duelli Deum pre oculis habere debet.*

CONSILIVM IIII.

SAnctiſsimæ & indiuiduę Trinitatis inuocato auxilio. Rubeus quidam unus de quattuor duellantibus mortuus est in duello in Ciuitate Mantuæ, an ſeruus pœnæ mortuus dicatur. Item an po ſiti, ſeu conducti in campo poſsint pœnitere de communi eorum conſenſu abſq; auctoritate iudicis electi. Item an ante fi
1 nitum duellum iudicare poſsit. † Ad primum videlicet an mortuus in duello ſit ſeruus pœnæ conſulo breuiter ꝙ non: quoniam Rubeus prædictus est ſimilis illi qui deceſsit in tormentis nondum cōdemnatus: & ideò non moritur ſeruus pœnæ: & ſuum non rumpitur teſtamen-
2 tum † Nam illi qui occiduntur in bello non moriuntur ſerui pœnę nec hominis l. eius, §.i.ff.de teſt.l.ii.ff.de hiis qui
3 teſta.facere.poſ. † Secus foret ſi caperentur, & ſeruarentur in bello.l. libertus.ff.
4 de ſtat. ho. † Ad ſecundum videlicet an conducti in campo poſsint pœnitere: reſpondeo etiam ꝙ non, niſi abolitio conce datur à ſuperiore ex quo cōuenerunt inter eos pugnare : neceſſe eſt ꝙ pugnent. nam publicæ est utilitatis peccata nocentum apparere, & purgare innocentiā ſuam.l.eum qui nocētem.ff. de iniuriis. ita tenet. Bal.in c.i.col.6.ver. quæro an
5 poſtquàm de pa. tenen. † Et iudex electus tenetur finito duello iudicare: & nō antequàm apparuerit de victore, & uicto
6 uel de pari uictoria. † Et debet iudex ommiſsis iuris ſolennitatibus habere Deum ante oculos. c. ſi dilecti, de iudiciis & per Abb.ibi.& in c.filius de teſtibus & l.ꝙ ſi epheſi.ff.de eo ꝙ certo loco

Et ita conſulo ego Iulius Ferrettus Rauennas. Iuris utriuſque doc. ſaluo.&c.

SVMMARIVM.

1 *Paritas in duello est ſeruanda.*
Prouocatus à monoculo ad duellum, quomodò duellare habeat.
2 *Substitutus datur in duello propter impedimentum.*
3 *Conſuetudo loci & regionis ſeruanda eſt, circa dationem ſubſtituti.*
4 *Eques prouocatus à milite ad duellum, & pedes prouocatus ab equite, quomodò pugnabunt. & num. 5.*
6 *Prouocanti non licet, quod prouocato non permittitur.*
Actori quod non licet, nec reo permittitur.
7 *Superior an poſsit ante finitum duellum diuidere duellantes.*
8 *Prouocans an poſsit prouocatum, uel è contrà ad alium locum conuocare ad finiendum duellum iam ceptum, illo die non finitum, ſed mādato iudicis diuiſum. & nu. 9. et 10.*
9 *Impoſsibile reputatur, quod à Principis uoluntate dependet.*
10 *Conſuetudo nobilium militum ſeruanda eſt.*
11 *Princeps pro pace habenda. poteſt caſtrum ſui ſubditi alteri concedere.*

CONSILIVM V.

IN Dei nomine amen. Quidam miles de Piſtorio monocul us, fuit prouocatus ad duellum à quodā de Firmo habente duos oculos: & prępoſitum fuit per Piſtorienſem oculum vnum claudi prouocanti Firmiano: & de caſu prædicto fui conſultus, an teneretur Firmianus ad id
1 cum fuerit prouocans. † Et paucis cōſulo paritatem eſſe ſeruandam in duello: & ſic Firmano debere claudi oculum vnū ſimilem, & ligari cum bono & firmo ciroto: & ſimiliter fore ſeruandum in aliis debilitatis membris : vt latius dicam in tractatu Duel. idem tenet Bal. in c.i.col. vii.

vii. de pa. tenen. versi. vnum tamen non
2 ommitto. † Et bonum esset in casibus
huiusmodi dare substitutum campioné
propter impedimentum: & in hoc iudex
rectè arbitrabitur: cognita personarum
3 qualitate. † Et cõsulo in hoc seruari con
suetudinem regionis, seu loci ubi pugna
bitur per notata Io. de Ana. in c. ii. de cle.
4 pug. in duello. † Et si miles fuerit is qui
ad duellum prouocat & eques se volue-
rit defendere aduersarius eius prouoca-
tus: quanuis non sit miles eques & simili
5 ter eum impugnet. † Et econtrà si pedes
fuerit prouocatus & prouocans eques:
non ut eques equester, sed ut quilibet pe
6 des pedester duellabit. † Et nõ debet pro
uocanti licere ꝙ non licet prouocato; re-
gula iuris ita firmante, ꝙ non licet acto-
ri qđ reo non permittitur, & consonat in
ratione sui. l. petendæ. C. de tempo. resti.
in integ. & per d. And. de Iser. in vsibus
feudo. in titu. de aliena. feudi paterni in
7 §. non est consuetudo. † Et quia in pun
cto dicitur an posit superior duelli man
dare duellãtes diuidi ne ulterius pugnét
motus forte clementia, & ductus ob vul
neratorum sanguinis abundantiam, seu
effusionem maximam, vt sæpe contingit:
8 vel alia legittima de causa. † Et an iterũ
prouocans poterit prouocare prouocatũ:
vt in alio loco finiat per duellum quæ-
stionem eorum. Item an prouocatus ite-
rum teneatur satisfacere honori suo in
duello iam incepto. Cõsulo ꝙ si vterq;
est subditus superioris eos diuidentis: &
ita prohibentis. & nedum pro vna sola
causa, sed etiam generaliter pro omni-
bus casibus, & causis vterque est libera-
tus à pugna futura: & non duellabit vlte
rius. Quia iustum est impedimentũ man
datũ superioris, seu sui principis cui pa-
9 rere necesse ęst. † Et reputatur imposi-
bile id quod dependet à voluntate princi
pis. l. continuus. ff. de verb. obli. l. qui ve-
ctanti. ff. de reg. iur. l. si per prętorem. ff.
ex quib. ex cau. maio. & idem ibi mandat
longobarda quę ratione impedimenti re
10 stituit. † Et in hoc seruanda est consue-
tudo nobilium militum. Nam rectè pra-
tici bellatores dicunt in tali casu, aut pro
generali, aut speciali causa nõ teneri pro
uocatum amplius duellare: quoniam de-
bitum suum fecit: & ita pluries vidi iudi
catum: & abolitum certamen pendente
pugna, superioris decreto: alio partium
pacto non existente. Et forte Dux, vel
Princeps mouetur occulta ratione, ne
maius scandalum succedat qđ forte suc
cedere posset in populo, & territorio suo
inter affines, & amicos duellantium.
11 † Et pro pace haben. sui territorii potest
Princeps Castrum sui subditi alteri con
cedere: quoniam vertitur aucto. publica
in pace, propter quam potest auferre ius
priuati: vt tenet d. Alex. in consil. xciiii.
secundi vol. col. vi.

Et vt supra scriptum est iuris esse dico & consulo. Ego Iulius Ferrettus Rauennas. I. V. D. saluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Duellum superioris auctoritate permittitur.*
Duellum per quas causas est permissum, & nume. 4.
2 *Duellantium quis eligat arma, locum, & iudicem.*
3 *Duellum habere debet prouocantem & prouocatum, iudicem electum, & arma.*
4 *Infamia Sodomiæ est causa legitima duellãdi.*
5 *Duellum ex quibus causis permittatur in Regno Siciliæ.*
6 *Prouocatus reus, & prouocans actor dicitur, more iudiciorum.*
Prouocans an eligat locum, iudicem, tempus & arma, an verò prouocatus.
7 *Electio loci, iudicis & armorum, infra quantum tempus fieri debeat à duellantibus.*
8 *Prouocatus potest locum & iudicem eligere, in pœnam morosi prouocantis.*
9 *Locus duellandi eligendus tutus esse debet.*
10 *Loca tria an possint eligi in duello.*
11 *Locus duelli qualiter esse debẽt clausus et tutus.*
12 *Duellantes iurare tenentur de calumnia.*
13 *Duellantium ille qui iniustam causam habet, potest ueritatem fateri, ob iuramentum de calumnia præstitum. & ulterius armis non experiri.*
14 *Duelli campum quæ personæ possint intrare.*

& in eo ſtare habeant.
15 *Bannum mittendum ante duellum quid contineredebeat, & quid facere habeat iudex.*
16 *Duo de domo Columba quare non pugnarunt in campo conducti.*
17 *Pactis conuentis per duellantes qualiter ſtandum ſit.*
18 *Duellorum quæ nam ſint impedimenta.*
19 *Excuſatio legitima non uenientis ſtatuta die ad duellum, recipienda eſt.*
20 *Querelæ primæ ſunt per duellum primo decidendæ.*
21 *Conuictus in duello. per ſententiam iudicis electi condemnari debet.*

CONSILIVM VI.

IN Dei nomine amen. Miles quidã Piſanus ob iniuriam ſibi (vt fertur) factam à quoddam Capitaneo militũ Florentino. vulgò dicto lo rixoſo, ſeu lo rogolioſo. ſub prætextu ꝙ viciauerat quendam eius nepotem: hoc negante Florentino, & mentiente Piſanum nobilẽ, & egregium virum, qui ad duellum prouocauit Florentinum : dicendo te lo voglio prouire cum le arme: che le vero: & data ſibi ad inuicem fide: & guanto : & ſeu chiroteca pro ſigno depugnando in ſimul. in duello: non de iure permiſſo diuino, nec
1 humano. vt aliàs dixi & conſului. † Superioris tamen auctoritate ciuili quoddam iure feudali, & longobardo cum debitis armis videtur permiſſum pro honoris conſeruatione: & ad ſe expurgandum de aliquo obiecto infamiæ: & ſeu delicto, &
2 iniuria. † Et quis nam pręfatorum habeat eligere arma, locum, & iudicem in
3 caſu per me conſulendo petitũ fuit. † Et quia vt dicit d. Ioan. de Ligna. in tractatu ſuo de bello, & duello circa ſeptimum principale: procedit duellum ad ſimilitudinem iudicii contentioſi. In iudicio interueniunt actor, reus, & iudex, ac Inſtrumẽta: & in duello actor. ſ. prouocãs. reus. ſ. prouocatus, iudex. ſ. electus &
4 inſtrumenta. ſ. arma. † Et concluſiuè dico in caſu pręfato cauſam legittimã fuiſſe, & eſſe duellandi. vt in longobarda de conuiciis. l. i. & de mal. & pub. criminibus. l. fi. & cauſa hæc eſt vna de criminibus per Deum punitis, & denominatis inter. xxiiii. cauſas duellandi. De quibus in iure longob. & meminit. Bald. in. c. i.
5 col. vi. de pace tenen. † In regno autem Siciliæ ex prouiſione Federici Imperatoris in duobus caſibus duellatur in crimine, videlicet læſæ maieſtatis ſecũdum legem veterem: & in morte abſconſa vt in lege monomachiam. §. ab huius, &. §. ſeptimo ſatis: In quibus caſibus pugna locum non habeat, & de pugnis ſublatis. Ideò Florentinus pręfatus non voluntate, ſed inuitus prouocatus fuit ad duellũ. & vt ſuo conſulatur honori: & in arbitrio ſtat prouocantis pugnare: vt in longobarda qualiter quis ſe defendere debeat. l. ſi quis à domino cum ſimilibus.
6 † Prouocatus enim dicitur reus. cui fauendus eſt, regula iuris ita diſponente: & meritò debet in hoc relleuari vt iudicem, locum, tempus, & arma eligat militaria vt dicit Gl. in §. non eſt conſuetudo. de aliena. feu. patrimonialium. cum actor ſequi habeat forum rei. in foro legalis, & armatæ militię: & ita mihi de iure videtur. Et idem tenet dominus Paris de Put. in ſolemni ſuo tractatu duelli. in c. ꝙ prouocator eligit lib. ii. Vidi ex conſuetudine ſeruari contrariũ: apud quoſdam milites, & excellentes principes quoad iudicem, & locum: vt prouocatus reus relleuetur ab onere inueniendi congruum, & competẽtem, ac non ſuſpectum locum, & iuſtum iudicem: quod difficile eſt inuenire apud principes noſtros catholicos : qui timore peccati nollunt concedere locum huiuſmodi duellare volentibus, nec iudicare in tali caſu.
7 † Et infra quãtum tempus eligantur locus, iudex, & arma; ne dicantur moroſi. d. Paris dicit in tit. ii. lib. iii. dicti ſui duelli tractatus, ꝙ infra ſex menſes: aliàs illi qui habent ellectionem poſſunt de mora notari, & propter moram prouocantis & locum eligere habentis ex dicta con-
8 ſuetudine in Italia vigente. † Poterit prouocatus dicta non obſtante conſuetudine eligere locum, & iudicem in pœnã moroſi prouocantis, niſi aliter foret pa-

9 ctum inter partes. † Et tutus esse debet locus eligendus, & omni carere suspicione: aliter nō tenetur quis cōparere ad locum nō tutum suæ personæ: etiam si haberet literas salui cōductus ab hoste per Gl. in c. statu. §. cum verè, in verbo secure, de rescrip. in vi. & per Saly. in l. reos in v. col. C. de accus. & l. sciendum. ff. de leg. & l. non exigimus. ff. si quis caut.
10 † Nec sufficit vt quidam milites dicunt, & seruant eligere tria loca: quoniā hoc non iure, neque ratione comprobatur.
11 † Nam tutus, aptus, & congruus esse debet locus: aliàs prouocans, seu prouocatus non tenetur ad ipsum accedere. l. qua actione. §. si in colluctatione. ff. ad leg. Aqui. & habetur in iure longobar. qualiter quis se defendere debet. l. nemo. Clausus esse debet locus funibus, aut lignis, vel muris circundatus in loco apto
12 intra Ciuitatem, vel extrà. † Et iurare tenentur duellare volentes de calumnia more iudiciorum antequàm pugnent in manu electi iudicis. l. cum & iudices. C.
13 de iureiur. propter calum. prestan. † Et propter tale iuramētum possent illi qui habent iniustam causam fateri veritatē, & vlterius non experiri armis: dubitantes ob iuramentum prestitum in hoc, & alio seculo habere Deum vltorem si falsum iurassent: qđ facile cōtingere posset:
14 & nullū præter duellantes iudicē. † Et illi qui conducunt duellantes ad duellum, seu in campū ex more militum. debent locum predictum designatum pro duello expediendo intrare nisi ex priuilegio speciali, aut de consuetudine militum, aut loci quibusdā aliis permitte-
15 rec. † Et in proclamate est dicendū ꝙ nullus durante duello faciat tumultum, qui sit impedimento duellantibus: & habet iudex tenere secum consiliarios plures expertos in iure, & re militari; vt duellanciū actus videre, & voces audire, prouidere, & iudicare cum opus fuerit valeant: & nequis certantium exeant vallum, aut liciam nisi victor, aut concors
16 cum alio de consensu iudicis fuerit. † Vt contingit de duobus duellare volentibus ferentibus insigne columbi in calcea dextera coxæ: intra liciam conductis: & eorum differentia erat: quia vnus ipsorum portabat insigne alterius: & alter alterius: & quilibet suum esse insigne firmabat. & vnus nollebat ꝙ tale insigne alius portaret: & dum essent in campo conducti. vnus de duobus interpellauit alterū: quis nam eorum esset duelli differentia. alter respondit, quod erat: quia ipse portabat insigne suum, & ꝙ nolledat per ipsum portari. replicauit alius quodnā insigne suum esset: respondit alter: ꝙ erat columbus: alius replicauit summus concordes, & aliud non est inter nos cōmittendum duellum: quia dicis ꝙ insigne tuum est columbus, meum autem insigne est columba: & sic columbus masculus est insigne tuum: & meum est columba quæ est fœmina: & tunc surrexit risus inter proceres, & vlterius non pugnarunt de
17 consensu iudicis electi. † In hoc & aliis standum est pactis conuentis inter duellantes, & præceptis contentis in proclamate super inde emisso antequàm dimi-
18 caretur de superioris mandato. † Et quia in casu mihi transmisso dicitur Florentinum modo esse infirmum vt in relatione medicorum per me visa, & lecta: respondeo causam esse legitimam differendi duellum donec conualuerit Florentinus: nam mala valetudo est inter iusta impedimenta; inter quę est vis fluminis, & superiorum præcepta non mendicata,
19 & non dolosa detentio; & similia † propter quæ si quis non venerit ad locum electum duelli die statuta pugnæ legitimæ: eius accipiēda erit excusatio: & expectabitur: dummodo non se arctauerit nimis: & ꝙ dolus non insit circa allegationem impedimenti; quoniam sibi non proderit excusatio talis allegata, seu pro posita. l. ii. ff. si quis cautio. l. iii. §. si ad
20 diem. ff de re mili. † Et ad id quod dicitur in informatione mihi transmissa casus consulendi. videlicet ꝙ Florentinus præfatus dicto lo rogolioso, seu lo rixoso habet plures querelas: videlicet cum rubeo de Arimino, Carolo de Lucantonio de Foro Sempronio, Francisco de Neapoli, Nicolao de Perusi, & Petro de Firmo,

duello etiam decidendas: ex variis causis breuitatis causa omissis. Respondeo breuiter priores querelas gradatim esse primò per duellum decidendas vt tenet d. Paris de Put. in dicto suo tractatu duel
21 lorum in c. ii. iii. libri. † Et demum commisso certamine conuictus debet per iudicem condemnari, vt in longobar. iure habetur de lib. ho. l. recollimus. & de pub. crimi. l. fi. & qualiter quis se defen. deb. l. si quis.

Et vt supra scriptum est & conclusum dico & consulo ego Iulius Ferrettus Rauennas. I. V. D. saluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Duellum in uno die inceptum & non finitum. an sequẽti die finiri debeat de iure, & nu. 6.*
2 *Dies duelli an sit naturalis uel artificialis.*
3 *Exemplum Iosue, cui Dominus prorogauit diem in bello, an habeat locum in duello.*
4 *Duellum qua hora diei incipi debeat & finiri.*
5 *Dilatio noua an sit danda in pugna, ut in iudicijs.*
6 *Dies an possit prorogari & restitui à iudice, si in uno die duellum finitum non fuerit propter aliquod impedimentum.*
7 *Duellum procedit instar iudiciorum.*
8 *Iudex an expectare habeat finem duelli; & an alius iudex possit adiri, electo deficiente iudiciorum more.*

CONSILIVM VIII.

1 IN Christi nomine amen. † Bononiensis quidam miles cum milite alio de Forliuio tota die duellauit sine superioritate: & ab ortu solis vsque ad occasum viriliter pugnarunt: & ambo licentiati à iudice electo, altera die sequẽti finire eorum differentias per inceptum duellum affectantes: dictum fuit per iudicem, & proceres plures in re militari expertos: ꝙ vlterius pugnare non possunt, & bene quidem fecerunt, vt ipsos paccatos reddere nt; laudando virtutem, & virilitatem eorum omni studio procurantes eos reducere ad pacem: & de hoc casu fui consultus à Reueren. d. Card. de Medicis si iterum prędicti de iure pugnare tenerentur vsque ad finem duelli donec apparuerit victus, & victor inter ipsos duos duellantes: & voluit consilium meum in scri-
2 ptis cum sigillo solito. † Et omisis superfluis dico duelli diem esse naturalem. xxiiii. horarum secundum ius longobardum, licet d. Paris de Pu firmet in duello diem esse artificialem in prin. sui lib. iii. duelli. & ꝙ si vno die non poterit finiri duellum, ꝙ alia sequenti die, non feriata in honorem Dei iudiciorum more finiatur c. i. de treu. & pa. & l. properandum. C. de iu. c consuluit, de offi. deleg. C. de sent. l. prolatam, & per Bart. & Imo. in. l.
3 is, qui reus. ff. de pub. iudi. † exemplo Iosuæ qui vno die finire bellum non potuit contra hostes Israel, & Deus distulit illum diem per alias. xxiiii. horas vt hostium plenè victoria sequatur Iosuę c. x. de bello hebraico. Exemplum enim hoc non debet allegari in duello à iure prohibito: sed allegari potest in bello per
4 misso de iure gen. † Incipit. n. duellum à summo mane, & durat vsque ad stellas quando aliter non est determinata dies: & qui non vicit in vna die viriliter pugnando, non auditur vlterius secundum Bal. in c. i. de pa. ten. arg. l. si viam. §. fi. ff.
5 quod vi aut clam: † quoniam in pugna non est danda noua dilatio. l. in executione. §. fi. ff de verb. obli. Nisi de stylo armorum, & militum, & de consuetudine seruaretur contrarium; Aut de partiũ voluntate prorogatum foret. Aut ita pactũ inter partes: ꝙ tam diu inter ipsas pugnaretur donec victor, & victus appare-
6 ret. † Potest tamen ex causa per iudicem restitui dies duelli in pristinum quando ex causa legitimi impedimenti non potuit illa die finiri: habetur in iure longobardo in l. nemo, qualiter quis se defendere debeat: & iuri est consonum ꝙ impediti duellantes habentur ac si non cæpissent pugnam: quoniam impedimentum habetur pro re imposibili; & nihil actũ videtur cum aliquid supersit ad agẽdũ.
7 l. fi. ff. ad S. C. Syll. † Et cum sit duellũ ad instar

ad instar iudiciorum. in quibus si iudex non ministrauerit iustitiam, alius erit iudex adeundus, pro iustitia consequenda:
6 † & cum Princeps fuerit à partibus electus pro iudice in duello, & noluerit expectare finem duelli, poterit tunc alius adiri. arg. §. si verò auct. vt uulli iudicū. & §. si quis autem. auc. de sanc. epis. habetur in c. cum sit generale, de foro compe. & per Gl in l. iii. ff. de offi. præsi. & hoc de iuris rigore procedit, & in hoc seruanda est consuetudo, & partium conuētio.

Et ita vt supra scriptū est, & cōclusum, iuris, & ęquitatis esse dico, & consulo ego Iulius Ferrettus Rauēnas Iuris vtriusque doctor.

SVMMARIVM.

1 Prouocato latitante, quid agere debeat prouocans, & nu. 2.

Prouocans ad duellum tenetur probare querelam per probationes & indicia.

Pugna æquiparatur torturæ circa indicia.

Indicia, quæ sufficientia sint, ad probandū causam duelli, stat in arbitrio iudicis.

3 Principes non tenentur concedere licentiam pugnare nolentibus.

4 Duellum est de iure diuino, Canonico, & Ciuili prohibitum.

CONSILIVM VIII.

IN Dei nomine amen. Miles quidā Fesulanus latitabat ad duellum prouocatus, seu prouocandus à quodam Vulterano milite ex causa legitimæ querelę, & ingiurię; & quia ipsum reperire non poterat propter dictam latitationem: prouocans voluit à me consilium quid agere deberet: quem procuraui maximis precibus, & persuasionibus remouere ne duellaret, & ipsum nunquam potui remouere à volūtate, & opinione ceruicis suæ propter honorem suum: & illinc ad plures dies reddit ad me cum literis cōmendaticiis Reuereñ. d. Cardi. de Medicis, excellen. Ducis Florentiæ Alexandri Medices; ut eorum amore consulere
1 ipsum pro Iustitia deberem. † Tandem vt prædictorum morem gererem ipsum consului, ut accedere deberet ad superiorem, narrādo sibi causam iustę querelę, & latitationis Fesulani prædicti; quoniam prouocās Vulteranus tenetur probare crimina per indicia, uel coniecturas: cū pugna ęquiparetur torturæ; quæ fieri non debet sine præcedentibus indiciis. l. maritus. ff. de quæstionibus &. l. quicunque. ff. de ser. fug. &. l. si quis. ff. ad leg. Iul. maie. & qualia sufficiant indicia, stat in arbitrio iudicis. l. de minore. §. tormenta & l. miles. §. oportet. ff. de quæstionibus: Aliàs quilibet desperatus ꝓuocaret alium sine causa ad duellum. quod esset absurdum & non ferendum l. senatus. ff. de iure fisci & per Bal.
2 de pa. tenen. in c. i. col. vi. † Et obtenta posteà à superiore licentia requiret prouocatum latitantem incuria si est curialis, & habitet in curia, sinautem in loco suæ solitæ habitationis: vt firmat Bald. in d. c. i. de pace tenen. arg. l. i. ff. de glad. & legis. iiii §. ait prætor. ff. de no. oper. nunci. & vt ad eius perueniat notitiam literas affligere ad ipsam domum, aut in loco publico ut dixi: & eo perseuerāte in latitatione requiritur de mandato superioris præconia uoce, aut superioris edicto in locis publicis, & consuetis: ut firmat Cy. in l. accusatoribus. C. de accus. & per notata p Doc. in l. si quis id quod. ff. de iuris. om. iudi. & in c. ex tuarum. de cler. nō residen. & in c. quo-
3 niam, vt lite nō contest. † Et principes, & superiores catholici non debent timore peccati concedere, quòd cum licentia sua, & in territorio suo talia fiant: quoniam de iure non astringuntur ad ea cōcedendum quæ sunt in arbitrio suo c. i. de pa. ten. Idem dicit. d. Paris de Pu. in tracta. suo duelli in c. quando prouocandus nihil respondit, & in c. an si iniuria
4 lib. vi. † Quoniam ut aliàs dixi, & consului duellum est de iure prohibitum diuino, canonico, & ciuili. & c. i. de cle. pug. in duello & C. de gla l. vnica.

Et ita consulo ego Iulius Ferrettus Rauēnas. Iuris utriusque doc. saluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Victor victo in duello non potest uilia ministeria mandare.*
2 *Maiorum exempla sunt sequenda.*
3 *Capti in bello an sint sub fide relaxandi.*
4 *Catholici capti in duello, uel bello publico à superiore indicto, non fiunt serui capientium.*
5 *Mortuus in duello non moritur seruus pœnæ; nec rumpitur eius testamentum perfectum.*
6 *Duella pro honore et experiētia permittuntur.*
7 *Seuire non licet capto.*

CONSILIVM IX.

SALVATORIS nostri inuocato auxilio. Mediolanensis quidam miles, & eques expertus pugnauit cum quoddam nobile milite Gallo, valde superbo: quē Gallum fecit captiuum suum. Quęsitum fuit an victor possit mandare uicto, vt vilia faciat, & exerceat: † breuiter respondeo, & consulo victorem debere consuetum obsequium, & nō seruile ministerium petere à victo. per tex. in l. locum, versi. quanuis ff. de vsufructu. vbi vsufructuarius serui non potest contrariis, inusitatis, & in solitis obsequiis, & ministeriis corrumpere ministerium, argu. l. libertus C. de obsequiis pa. pręst. à liber. & sic victor prædictus Mediolanensis non poterit de iure victum Gallū nobilem ad seruile opus proponere: lædendo ipsius existimationem cum dedecore. † Maiorum enim sunt sequenda exempla qui hoc nō permittebant l. quod Iulianus, in fi. ff. ad S.C. Trebel. † Et sic ex solito nobilissimæ, & gloriosę militiæ capti in bello sub fide dimittuntur pro honore; & quandoque liberaliter absque talea, ut fecit Petrus Hieronymus de Anchona, de quoddā milite Hispano per ipsum capto in duello apud Cutignolā: & quādoq; cū talea liberāt, vel componunt; aut ipsos detinent donec redimuntur pecunia non aliter afficiendo ipsos contumeliis, & iniuriis: sed vt decet bene tractando l. si liber captus, & l. si is qui, C. de cap. & postli. reuer. † Et catholici capti in duello serui non fiunt capientium firmat Bal. in l. vnica C. de cad. tol. & similiter capti in bello publico indicto à superiore l. hostes C. de cap. & postli. & per Bal. in l. i. C. de sac. san. eccle. col. xi. & xiiii. & per Inno. in c. sicut, de iureiur. sed captiui fiunt duntaxat victorum ut sub fide ueniant ad ipsos ad omnem eorum requisitionem, & præsoneri nuncupantur de la fede ex m militari consuetudine vt dicit Bal. in c. i. de pa & treu. & in c. ii. de cler. pug. in duello vbi habetur huiusmo di victos in duello facto inter catholicos non fieri seruos victorum: quia hii testari possunt. † Et si quis moritur in duello, non propter hoc seruus pœnæ moritur, nec eius rumpitur testamentū perfectum, per ipsum factum firmat Bal in c. i. de pa. tenen. & in l. i. C. de lati. lib. tollenda: quia in duello moribus militum apprebato licitè potest animaduerti: vt inquit Bal. in l. fi. C. de proba. & victus in duello licitè mori non debet. c. ii. extra de purg uulg. † Pro honore autem, & experimento virtutis fit duellum no. Bal. in l. i. ff. de Edil. edic. † Et cum quis ut captus se reddiderit non est licitum ei vlterius seuire, nec in ipsum inseuire ex stillo armorum super ratione fundato de cōmuni militum obseruantia auc. de semi & tri. §. consideremus, & xl. distin. c. consuetudo: & quia naturalis ratio viget in bello & in casu præmisso: careret ea igitur non de iure permittitur.

Et ita dico & cōsulo ego Iulius Ferrettus Rauēnas Iuris vtriusque doc. saluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Sexagenarius excusatur ad duellum.*
Potest tamen si uult pro se campionem ponere.
Minor xxv. annis excusatur à duello.
2 *Minor duellare intendens, potest pro se campionem ponere.*
3 *Campio qualiter & quando iurare habeat.*
4 *Infirmus prouocatus potest ponere campionem ut pro se pugnet.*
5 *Campio & mundualdus quis nam esse possit.*

CONSILIVM X.

IN CHRISTI nomine amen. Miles sexagenarius de Viterbio ex causa legitima, & probabili prouocatus fuit. ad duellum à milite quoddam Asculano. Viterbiensis acceptauit partitum pugnandi, & Octonellus filius prouocati minor.xxv. annis obtulit se uelle pugnare pro patre suo sene cõtra dictum Asculanum, qui replicauit Octonellum esse minorem. xxv. annis, & Octonellus respondit patrem ipsius esse senio confectum, & propterea non teneri duellare ex persona sua, ideò uelle se ꝑ patre pugnare: & quòd iura permittũt tale duellum experiri inter Asculanum, & ipsum Octonellum filium prouocati, non obstante minoritate. Et casus huiusmodi fuit mihi transmissus consulendus in
1 vrbe. † Respondeo breuiter ommissis superfluis dictum prouocatum Viterbiensem non teneri ad duellandum ex persona sua, cum annum tetigerit immò excesserit sexagesimum, sed pro sui defensione potest ponere campionem vnum sibi in gradu, & honore, ac qualitate similem; si vult: qui pro ipso pugnet: & ꝙ sit maior.xxv annis excluso dicto Octonello minore.xxv. annis à dicta pugna propter minorem ipsius ætatem no.d. Andr.de Iser.in vsi. feu. in titu. de aliena.feudi pa. in §.non est consuetudo, & Bal.in titu.de pa.tenen.c.i.& per legem Federici Imperatoris incipientem consuetudinem in constitutionibus Regni Siciliæ insertam lib.ii.in titu.de qualita
2 te, & ætate pugnatorum. † Et minor q̃ duellare intendit prouocans vel prouocatus constituet campionem vnum pro
3 se, & ipse qui pro ipso pugnet. † à se primò recepto iuramento postquam intrauerit locum pugnæ in forma, ꝙ credunt dominos pro quibus puguant fouere Iustitiam, & veritatem; seq; pugnaturos studio, & diligentia cum omni posse suo pro dominis suis iuxta solitam consuetudinem, & mores nobilium militũ, discretionemq;, & naturalem æquitatẽ prudentum in disciplina militari: & iure militiæ expertorum, vt dicit Bal.in c.
4 i.de pa.ten.col.vii. † Et ponitur campio pro infirmo prouocato, vt in longobarda habetur.l. quacunq; qualiter quis se defendere debet, & tenet Præpositus Alexandri in c.i.col.vi.de pa.ten.& Abb.in
5 c.ex multa, & in c. magna, de voto. † Et cãpio, & mundualdus esse potest omnis qui non repellitur, vt in longobarda.l.vt campio in titu.qualiter quis se defendere debet: nisi sit fur, infamis, vel in crimi
6 ne, aut ĩ peccato notabili. † & stat pugna in electione, & arbitrio actoris, vt in longobarda eo.tit.l.si quis à modo, & de maleficiis & pub. crimi.l. vlti. & l.iii.ff. de infamibus, nisi in crimine vbi ex necessi
7 tate cogitur. † Et quibus sit armis pugnandum, & quæ arma eligantur, & qualiter concedantur in pugna. habetur in longobarda de testibus. l.si quis & qualiter se defen.deb. per totum. Et in hoc seruanda est consuetudo nobilium, & mi
8 litum. † Et si vincitur campio, vel captiuus fiat, vincitur, & captiuus fit dñs: quã do se gessit fideliter campio, quoniã quasi cõtrahitur in hiis .l.iii.§.idem scribit. ff.de pactis: quia principalis per procuratorem videtur pugnare; & qui ꝑ alium
9 facit per seipsum facere videtur. † Et si dolo, & iudaicè pugnauerit campio, puniendus est: vt in longobarda & pena. C. primi.de pa.ten. & per nouellam legem Federici Imperatoris incipien. summo periculo in tit. de dolo. & fraude cam-

pionum lib.ii. conſti. Regni Siciliæ.
10 † Et licet in longobarda permittatur pugna per campionem fieri pro perſona ecclesiaſtica. l.fi.qualiter quis ſe defen.debet: in contrarium tamen facit ius commune canonum, c.ii. de cler.pug.in duello: quia non eſt licitum duellum; & ꝙ
11 clerici pugnent in eo: vt aliàs dixi. † Et regula eſt, qui pugnat per campionem poteſt alium ſi vult aduerſarius campionem ponere, & ambo pugnabunt per campionem: vt in longobarda. l. quacunque qualiter quis ſe defen. debet, &
12 in l. fina. de parici † Et quando campio, & quando munualdus; & pro quibus perſonis pugnent, & quibus cauſis: habetur in longobar.eod.titu. quando quis ſe defen. debet & per Præpoſitũ
13 Alexan.de pa.tenen c.i.colũ.vi. † Et clarè dicam in tractatu duelli: regulariter pugnam fieri debere ꝑ principales perſonas; videlicet per prouocantes, & prouocatos.l.ſi miles ff.de teſta.mili. & l. ſi quis, in cõſcribendo. ff.de pac.& c.i.& ꝑ Bal.ibi de pac.tenen.in.§. ſi quis hominem in Gl. & in §. ſi quis ruſticus & in
14 §.ſi miles, eod.c.ſeu titu. † Quædam tamen ſunt perſonę quæ excuſantur à pugna; ſed pugnant per campiones vt ſupra dixi. Et ſi ſuperior inferioré prouocauerit per campionem pugnare poterit inferiori ſimilem: quia iura volunt, ꝙ propter imparitatem, ſuperior poſſit dare campionem, vt ſupra in longobar-
15 da in dicta.l. quacunque. † Et probè, & cautè ſunt attendenda uerba prouocantium, & prouocatorũ circa duellum faciendum.l.ſi quis arbitratu.ff. de ver. obli.& ſemper eſt ſeruanda paritas, ut dicit Bal.in l.filiusfamiliàs.ff. de legatis.i. diuino, & canonico iure: circa præmiſſa ſemper ſaluis: ſublato iure longobardo nutritiuo peccati in hoc.

Et vt ſupra ſcriptum eſt, iuris eſſe dico, & conſulo, ego Iulius Ferrettus Rauẽnas. Iuris vtriuſque doct.ſaluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Pugnandum an primò ſit, cum primò prouocatis. & num. 5.*
2 *Duellum eſt iure prohibitum.*
3 *Duellum in quibus cauſis & per quas cauſas permittatur.*
4 *Duellum licitum dicitur, quando particulari lege aut conſuetudine permittitur.*
5 *Conſuetudo in duello ſeruanda eſt.*
6 *Querelæ primæ ſunt per duellum primò experiendæ.*

CONSILIVM XI.

ETERNI DEI omnipotentis inuocato ſuffragio. Itali tres egregii milites dum eſſent prouocati ad duellum à tribus equitibus Gallis acceptarunt partitum, & fidem ad inuicem ſibi dederunt de pugnando cum licentia ſuorum ducum, & ſuperiorum pro honore, & gloria: & habito Campo Franco demorabãtur Galli pugnare cum dictis Italis aſſerentes ſe velle pugnare primò cum trib' nobilibus Hiſpanis equitibus ibidem exiſtentibus armatis, & partitũ acceptantibus duellandi cũ dictis Gallis: & dicti tres Itali replicãtes ꝙ primò erat certãdũ cũ ipſis primò ꝓuocatis, & deinde experto ĩter ipſos duello, ſi remãſerint Galli victores puguare poterint cũ dictis Hiſpanis ſecũdò ꝓuocatis: & nitebant̃ etiã Hiſpani primò pugnare cõ Gallis: & præfati Galli tres ſuperbè ſe iactabant velle cum omnibus pugnare: videlicet cum tribus Italis, & tribus Hiſpanis prædictis
1 in ſimul. † Et ſuper inde conſultus fui ab illo domino, qui campum dare præfatis extra caſtrum promiſerat. Et breuiter dico, & conſulo duellum primò eſſe experiendum inter præfatos tres Gallos prouocantes, & dictos tres Italos primò prouocatos: deinde ſi remanſerint victores Galli; experiri habebunt duellũ cum præfatis tribus Hiſpanis ſecundò
2 prouocatis. † Et licet canonica, & ciuili iure reprobetur duellũ, vt aliàs dixi, & conſului, c.i. de tornea. & c.i. de cle. pug. in duello & l. vnica. C. de glad.

† In

3 † In certis tamen casibus permissum videtur de quibus notam fecit Bald. in i.c. de pa.tenen. Nam ex causa maxima, & vrgentissima permittitur pro honore, & pace sequenda, ac conseruanda populorum: & ex consuetudinario quo que iure permissum videtur, vt dicit Bal. in l.hii penes. C. de postu.& per Bal.in l. qua actione. §. si in colluctatione. ff. ad legem Aquil & ibidem ꝑ Albe. de Ros.cum licentia tamen superioris aliàs nõ foret licitum.l.i.C.vt ar. vsus inscio principe ex lib.xi.& per Gl.in §.per con trarium,insti.de here.quę ab intest.cum qua transit Bal.& Iason in l.ex hoc iure ff.de iusti.& iure: moti per tex. in dicta l.qua actione,& per Bar.in l.si rem respi ciendam.§. fi.ff.de præscr.verb.& ꝑ Bal. in l.cum filiusfamilias.§.fi.ff.de leg.ii.& in rub.& in l.i.C.de edic.diui Adri.tol. & per Imo.& sequaces in d.l.cum filius. §.fi.ff.de lega.ii. Vbi habetur duellum permitti,& fieri ex,& pro maxima,& vr genti causa, & virtutis experientia: & quandoque ad purgationem innocentię, & in prouocato coram Principe ex causa necessitatis:vt dicitur in longobarda multos sub iusto clypeo periisse in duello. Et quandoque cõceditur pro defensione iustitiæ, & rei publicæ,& proprii honoris, patriæ & salutis defensione, filiorumque, vxorum, & aliorum quorũ
4 iniuriam quis propulsare tenetur. † Et duellum illicitum esse non debet, quãdo particulari lege,aut cõsuetudine permit titur:vt dicunt:d. Ang. de Vbaldis de Perusio in cõsili.suo.cccxxv.& Canonistæ in c.i.extra de torneamentis, & Præpositus Alexan.in c.i.de pac.ten.& Doc.in l. qua actione. §. si in colluctatione. ff.ad leg.Aquil.& Bal.in d.c.i.de pa.ten.
5 † Et adherendo me consuetudini nobiliũ militum:cõsulo vt supra pugnam primò fieri inter dictos tres Gallos ꝓuocantes, & inter tres Italos ꝑdictos primò prouocatos ab ipsis Gallis: & deinde cum Hispanis secundò prouocatis si superuixe
6 rint cum victoria Galli. † Quia primæ querelæ sunt primò experiendæ,vt dicit d. Paris de Pu. in suo tractatu duelli in c.ii.in lib.iii. cum quo transeo iuxta nobilium militum consuetudinem.&c.

Et ita dico & consulo ego Iulius Ferrettus Rauennas Iuris utriusque doc. saluo &c.

SVMMARIVM:

1 *Proditor,& rebellis restitutus, an sit amplius proditor & rebellis nominandus sine iniuria.*
2 *Verba sunt bene attendenda priuilegiorum restitutionis delictorum. & prouocationis ad duellum.*
3 *Cadens à syllaba cadit à toto in materia duelli. Prouocatus est magis, quàm prouocans fauendus.*
4 *Verba restitutionis rebellis, qualiter sunt interpretanda, remissiuè.*
5 *Pugnare uolens iustè,debet ueritate uti; Gladius est iudex in duello*
6 *Contumacia unius ex duellantibus latitantis, qualiter accusari debeat,& sententia fieri.*

CONSILIVM XII.

1 OMNIPOTENTIS Dei inuocato auxilio. † Nobilis quidam miles de Crema vocauit proditorem, & rebellem quendam nobilem militem Veronensem;qui aliàs fuerat rebellis Excellen.Veneti. Senatus:& quia ab ipso Veneto Senatu restitutus fuerat dictus Veronensis reuocans hoc ad iniuriam prouocauit iniuriantem ad duellum;qui acceptauit partitum duellandi:& dato sibi campo franco à quo Iam Illustriss. Domino in territorio suo ad hoc etiam iudice electo; fuit dubitatum ꝙ si vnus ex prędictis non comparuit in campo hora, & die statuta qualiter procedi possit ad sententiam si non comparuerit ille. Et superinde petitum fuit à me votum, & consilium in scriptis decisiuè; & breuiter loquendo ommissis superfluis: dico, & consulo, & votum do.secundum nobilium Marcialium consuetudinem,morẽ, & stylũ nõ rectè potuisse de cętero nuncupari proditorem, et rebellem dictum Veronensem iam restitutum in prædi-

2 ctis:tamen esse attendendam, † et bene ponderanda verba restitutionis prędicti Veronensis: et verba iniuriantis circa duellum experiendũ,et super dictis ver-
3 bis fundanda est iustitia. † Et qui cadit à syllaba iustitiæ,et veritatis, cadit à toto. Ideò est curãdum ꝙ quis nõ sit actor, sed reus;videlicet, non prouocans, sed prouocatus. Porrò in casu prædicto visa dicta restitutione in forma auchen. iniustè fuit prouocatus Veronensis à Cremense quoniam in ipsa habetur ipsum restitutum fuisse in pristinum, et in integrum ad honores, famam, dignitates,& bona; qua stante dicta iam facta restitutione,dici non potest amplius proditor, neque rebellis debuit namque dicere dictus Cremensis tu fuisti proditor Senatui Veneto,& in hoc casu Iustitiam foueret Cremensis. Ad quæ faciunt nota. per d.Paridem de Put. in tracta.suo duel
4 li in c.fi.lib.vi. † Et qualiter intelligentur,& interpretanda sint verba restitutionum huiusmodi rebellium; habetur plenè per d.Andrę.de Iser. & Bal. in vsi feu.in tit.de vassal.decrepitæ ætatis qui beneficium refutauit, vt filii inuestian-
5 tur. † Et sic cauendũ est ꝙ ille qui vult iustè pugnare ne decipiatur,vel capiatur in verbis falsis;sed vti veritate quã Deus amat,& odit mẽdacium. Et sic gladius erit iudex, & arbiter primus, & supremus qui iudicat,punit, & calumniantiũ errores amputat,incidit,& expellit:& neminem præter Deum, & veritatem supe
6 riorem habet. † Et vbi ensis cessabit iudicium,vno duellãtiũ latitante & altero comparente die statuta: & tota illa die ipsum expectante intra campum aduersario latitante, & tota die perseuerãte in contu. trino de manda.iudicis ele. post meridiem emisso banno si talis sit præsens miles, vel legitimus ipsius excusator:quia comparuit talis statuta die duelli,& paratus est duellare: sole verò declinato,& adhuc latitante aduersario vt supra non comparente instabit;& qui tota die expectauit in campo narrando qualiter venit cum armis duellare paratus in campo pro tali causa, cum tali qui latitauit. & aduersarius culpæ suæ conscius diffidens de malo suo iure, non comparuit,& petet pronunciari, & declarari ad dedecus,vilipendium,& iacturam,ac infamiam non comparentis, qui contumax adhuc non pronunciabitur, sed de iudicis mandato per præconem alta,& intelligibili voce iterum vt supra vocabitur, & expectabitur vsque ad solis occasum: & apparentibus stellis iudex electus cũ procerum, & iuris militaris expertorum militum consilio;pronunciabit, et declarabit illum esse contumacem,& pro confesso haberi iniustamq; querelã habuisse,& habere & ideò nõ comparuisse, sed latitasse,& noluisse duellare, non confisus de falso suo iure, & pro victo, & reprobato milite haberi,ac diffamato;& ipsum reprobandum de cętero fore à militum pugna: quoniam vt supra aduersarius comparuit in campo cum armis statuta die,& hora destinata in tali loco electo pro defensione sui honoris,& famę ipsumq; comparitum obsoluet,& pro victore haberi declarabit omni meliori modo ex quibus &c.

Iulius Ferrettus Rauẽnas Iuris vtriusq; doc.&c. melius sentientis semper saluo iudicio &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium quale esse debeat,super duobus duellantibus interfectis,& ignoratur de victore. & nume.2.3.&.4.*
2 *Probatio dubia non releuat actorem.*
3 *Vulnerati in duello quando moriuntur extrà campum,qualiter sit iudicandum.*
4 *Duellantes quando uno ictu periere, qualiter iudicabitur.*
Victus quis dicatur,& quis uictor,
5 *Vulneratus lætaliter in duello an pro mortuo habeatur iuris fictione.*
6 *Fictio cedit veritati.*
7 *Verba in materia stricti iuris,secundum ueritatem interpretanda sunt.*

CONSILIVM XIII.

CREATORIS humani generis inuocato, nomine, & implorato suffragio. Vulneratis duobus duellantibus in campo, & vno eorum in terram prostrato alio supra ipsum existẽte, & dicente arendete à me tenendo pugionem in faciem eius, & alio respondente leua lu so, & arrendeti tu a me: & ille qui erat deorsum vulnerauit in ventrem cum pugione aduersarium, qui in faciem postea percussit ipsum etiam cum pugione; & dimisit eundem qui surrexit parum ambulando; & ambo statim mortui sunt: vt aliàs contingit duobus Papiensibus in
1 duello. † Et quis prædictorum de iure victor fuerit: fui consultus à pluribus expertissimis viris rei militaris; ob memoriam, & famã, honorem, & ordinẽ exeundi de campo; breuiter ommissis non necessariis consulendo; respondeo distinguendo; Aut prædicti mortui ambo fuerunt vno, & eodem momento, ita ꝙ discerni non potuerit quis nam eorum primò sit mortuus: & ex quo non potest quis explicitè dici victor cum dubia sit eius victoria, in hoc casu dico de iure
2 succubuisse prouocantem † quoniam dubia probatio non releuat actorem c. in præsentia, de proba. In duello enim probans dicitur, & est actor: & prouocatus pro reo habetur: & actor dicitur succumbere qui non obtinet apertè ex quo,
3 vt promisit, non vicit inimicum. † Aut vnus post alium moritur, & qui postremò moritur in duello pro victore habetur, & iudicabitur; quoniam superſit viuus post aduersarium, & viuus retinuit campum: aut moriuntur extra campum, vt supra vulnerati ad mortem; & tunc vltimus moriens pro victore habebitur, nisi eorum aliquis se victum ab alio antequàm exiret campum cõfessus foret proprio suo ore; quoniam tunc non esset dubium cũ apparuerit de victo; & victore: non obstante, ꝙ victus superuixerit vi-
4 ctorè. † Et si ambo duellantes vno ictu. & momento mortui fuerint in campo, tunc erit patta: & par erit victoria, & mors. Victus namq; dicitur, & est ille qui intra campum est interfectus, aut se victum confessus: & victor ille dicitur qui extra campum exit viuus victo mortuo, & relicto in campo, vel se victũ sponte confesso, & victus erit prouocans si permanserit interfectus à supstite prouocato in campo, aut vno capto, vel se sponte dedito pro captiuo aduersario suo, vt dicit d. Paris de Put. in suo tracta. duel-
5 lorum in. ii. c. in lib. viii. † Et sic poterit discerni quis primò percusserit aduersarium suum lætaliter victus erit ille, qui primò percussus fuerit lætaliter iuris fictione. l. huic scripturæ. §. si manumissus. ff. ad legem Aquil. & ibi Glo. dicit quòd mors retrotrahitur ad tempus percussionis per tex. in. l. item ait. §. primo eod. tit. & tunc iuris fictione victor erit ille qui primò aduersarium lætaliter vulnerauit licet percussor primò moriatur. Nam lætaliter vulneratus pro mortuo habetur iuris fictione: hoc tamen non iudico verum, nisi verè interfectus fuisset, aut se victum in pugna vocauerit; & ita seruat consuetudo militantium optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff de legi. & senatuscon. & ad prædicta faciat textus in l. qua actitione. §. si in colluctatione. ff. ad legem Aquilima. & in l. in laqueum. ff. de acquiren. rerum
6 domi. † Nam fictio cedit veritati. c. sanè, extra de ętate, & qualitate. c. veritate. viii distinctio. & l. Cornelia & ibi per
7 Bald. ff. de testamen. † In materia autem stricti iuris verba sunt secundum veritatem, & non fictionem interpretanda, & recipienda. l. i. & per Bar. ibid. ff. de fonte, nisi consuetudo militum esset in contrarium, quæ esset seruanda. l. de quibus. ff. de legi. vt supra dixi, quoniã optima est legum interpres consuetudo.

Et vt supra scriptum est iuris esse dico, & consulo. ego Iulius Ferrettus Rauennas, Iuris vtriusq; doct. saluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Prouocator an poßit mutare querelam. & an prouocatus super prima querela audiatur.*
Voluntarium à principio ex post facto fit necessarium.

CONSILIVM XIIII.

IN CHRISTI nomine amen. Nobilis quidam commes de Parma ad duellum prouocauit alium nobilem cõmitem de Placentia missis hinc inde literis, seu vt vulgo dicitur cartellis per fidos nuncios, & araldos in locis publicis affixis eorum querelis: prouocãs postea mutauit querelam, aliud crimen obiciés super quo asseruit se velle duellare. Et casus fuit mihi transmissus consulendus super præmissis; & an prouocatus audiri debeat volens se primò pugnare super prima querela iuxta consuetudinem, & communem sententiam militũ: quod ꝓbari videtur ratione: quia à principio fuit voluntarium, seu voluntas libera; & ex post facto fuit effectum necessarium: seu necessitas arctata. l. sicut. ff. de actio. & obli. & l. iii. §. idẽ scribit eodem tit. & l. si idem cum eod. & ibi Gl. ff. de in ius vocãdo, & l. ii. ff. de eo. ꝙ certo loco. & in auc. quod semel, in versi. necessaria. C. quomodo, & quando iudex; & per do. Par. de Put in tracta. suo duellorum in c. an prouocator possit mutare
2 querelam lib. vi. † Et quia actus duellandi est odiosus, & restringẽdus. l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. obli. & c. odia restringi. de reg. iur. in vi. † Con-
3 sulendo breuiter distinguo: aut literæ sunt datæ iudici indicturo duellum, vel non, & porrectæ ac iudici datæ hodie intelliguntur secundum d. Paridem quando prouocans narrauit causam alicui domino super qua vult contendere, vt sibi concedat campum francum, seu saluum conductum certandi in territorio, & iurisdictione sua: primo casu quando sunt datæ iudici puto procedere sententiã d. Paridis de Put. & militum, secundo ca-
4 su non per Gl. prædictam. † Ibi dum respondit ad legem primam. C. vt nemo inuitus cum distinctione de qua in dicta Gl. & sic videtur posse mutare querelam. Antequàm dentur literæ iudici: quoniam non est adhuc cognitũ de duello antequàm Iudici præsententur literę: & maxime si prouocator habuerit indicia super prima querela, ita ꝙ non prouocauerit temere, quo casu iudex nõ debet indicere duellum pro secunda excusabitur prouocator: & antequàm vlterius procedatur consulendum est honori vtriusque: quòd minime fieri poterit si causa iam fuerit apud iudicem introducta: quoniam tunc multa erunt con-
5 sideranda vt in causis iudicialibus. † Et quando sit locus cumulationi querelarum notat Bart. in l. libellorũ de accus. ad quẽ me remitto breuitatis causa qua
6 gaudent Moder. nostri temporis. † Quidam dicunt cumulari, & duellum committi; & quidam alii contrarium firmãt de iure seruari, & plura committi debere duella. Quorum opinio intelligi potest si plures essent querele à prima diuersæ & super prima essent indicia sufficientia tunc super prima erit certandum in hoc concordatur opinio, & consuetudo nobilium Martialium. Et si fuerint dependentes à prima super prima, & dependentibus ab ea, annexisque, & connexis: erit etiam certandum ad euitandum circuitus; et ne plura committerentur duella; et sic opinio concordabitur mili-
7 tum legalis, et armatæ militię. † Quidam etiam dicunt vnum experiri duellũ super diuersis querelis; quorum sententiam nõ reprobo per tex. in l. ampliorẽ. §. in refutatoriis. ff. de appel. nam frustra fit per plura quæ possunt fieri per paucio ra: horum tamen sententiam intelligo, nisi essent contrariæ: et penitus diuersæ querelæ à prima: et non esset eadem defensio et induceretur contrarietas. l. i. C. de fur. et l. edicta. C. de eden. sed si super prima non essent sufficiẽtia indicia prout in tortura, et non foueret prouocator iustitiam: tunc respondere poterit prouocatus renuncies primæ querelæ et fatearis te ius in ea non habere, et deinde deliberabo

berabo,& respondebo tibi super secunda,q̄d facile potest procedere in processu literarum,seu cartellorum ob iniurias, & verecundias allegatas, & varia conuicia;quæ scribuntur ad inuicem per duellare volentes, & tunc fortè posset super vno articulo acceptari duellum renunciando primæ querelæ: quãdo essent prima dubia,q̄d procedere posset antequã causa esset introducta coram iudice duel
8 li,vt supra dixi. † Et antequam in campo conducantur,possunt partes insimul concordari,aliàs non ; nisi cum superioris auctoritate cum qua indictum fuit duellum,& in campo conducti sunt sub eius mandatis. Et nisi à principio fuisset dictum per superiorem fore pugnandum super omnibus querelis , & differentiis tam propositis, quàm proponendis annexis,& connexis , & emergentibus quibuscunque:quòd fieri non debet aliàs duellare super noua,& vltima querela non esset de iure permissum: vt pluries hoc contingit de facto in Ciuitate Ferrariæ:& Mantuæ.

Et ita vt supra dictum,& conclusum est: iuris esse dico , & consulo ego Iulius Ferrettus Rauennas Iuris vtriusq; doctor &c. Saluo semper melius sentientis consilio.&c.

SVMMARIVM.

1 *Nobili , de iure non permittitur pugnare cum ignobile & infame,& nu. 5.*
Superiores quæ considerare habeant ante duellum,& nu. 4.
Superiores,qui cognitis causis illegitimum prohibent duellum,laudandi sunt.
2 *Cautela ad euitandum duellum.*
Duelli dubius est euentus.
3 *Pugnare in duello est actus nobilis.*
Infames expelluntur à duello,& nu. 5.
6 *Ignobilibus nulla est infamia,nec uerecundia.*
7 *Duellum quare sit.*
8 *Militiæ an dedecus sit,permittere ignobiles pugnare cum nobilibus.*
9 *Doctoribus,Philosophis,& alijs uiris literatis, ac religiosis non est pugnare permissum.*

CONSILIVM XV.

REDEMPTORIS nostri domini Iesu Christi implorato auxilio. Vicentinus quidam latro,& sacrilegus bannitus & rebellis nobilissimi Veneti Senatus , & pro hoste habitus , à prædicto nobilissimo Dominio Veneto prouocauit cum causa,nobilem quendam militẽ Patauinum ad duellum: & Patauus acceptauit signum pugnandi , & data sibi ad inuicem fide:& iudex superior noluit tale duellum procedere motus ratione , q̄ prouocans non erat par prouocati : quia prouocans erat infamis , & prouocatus optimæ integræ,ac immaculatæ famæ, & nobilior genere quàm sit prouocator. Et casus huiusmodi per iudicẽ fuit trans
1 missus mihi consulendus. † Et concludendo breuiter respondeo,dico, & consulo pro fauore , & honore ordinis equestris,& militaris iuris,& exercitii, dictũ excellẽtem dominum Iudicem rectè, bene , & probè fecisse in non permittendo nobilem pugnare cum latrone,rebelle,et infame:& valdè laudandus est, & cõmendandus dictus do. Iudex superior : quoniam ad iudices , & superiores spectat pro conscientia, & honore suo diligẽter considerare personarũ duellare volentiũ qualitates,q̄titates , honores,& gradus, ac de causis loco,& tp̄e:& de quo genere, & infamia,ac reconantes omni arte , & ingenio reducere partes ad concordiam. Duellumque concedere , aut negare vbi non insit causa legittima,ardua, & iustissima:non læsiua honoris quãdo non insit probatio : sed aliqua indicia non existente probatione vera. Superior non debet eligere viam pugnæ,sed diffamatorem secundum leges , aut aliter inique peccantem punire per no.per Bar.in l.i. §. huius autem.ff.vti possidetis , & per Canonistas in c super de concessio. preben.& sic iustè poterit euitari duellum.
2 † cuius euentus est dubius cum annexo in se peccato : hoc etiam posset procedere si dixeris tu me diffamas, quod negaui tibi depositum:seu equum tuum mihi vt asseris mutuatum,peto te hoc propo-

nere iudicialiter quoniam probabo te habuisse depositum, seu mutuum tuum: & si hoc nõ probauero, sum paratus armis innocentiam meam purgare, vel dicẽdo quære remedia iuris: quoniam non pertinet ad te pugnare ex lege militum, stiloq; , & consuetudine approbata: & sic multa mala, & cruenta spectacula euitari possunt: & silebunt ignobiles, & infames propter infamiam, & ignobilitatem
3 eorum. † Pugnare in duello est actus nobilis, & generosus: ac honorabilis ab infamibus non exercendus: & infamia iuris, aut facti excludit omnem honorem.
4 l. i C. vbi senator. vel clarissimi. † Ideò est curandum per superiores se bene informare de personis, & querelis duellantium vt supra: prout fit quando proceditur nobili iudicis officio in actu iudiciali: & si prouocans repelleretur aliquibus de causis legitimis à duello, & ipse fuerit prouocatus cessabunt in hoc casu causæ prædictæ impedimenti quantum attinet ad ipsum prouocantem: quia ipse prouocat, & non prouocatur: nam sæpe habetur ex persona alterius id quod ex sua propria persona forte patiente defectum haberi nõ potest. l. bene à Zenone, C. de quadriennii. prescrip. & per Doct. in. l. tam anguste. ff. de leg. i. & per tex. in l. si pignore. §. si prædo ff. de pig. actio. &
5 l. Aristo. ff. quæ res pig. obli. poss. † Legalis, & armatæ militiæ regula est, ꝙ nobiles, & integræ famæ cum ignobilibus, & infamibus non pugnant c. si miles rusticum. in vsibus feud. de pa. tenen. & l. i. C. ubi senat. vel clarissimi & . l. ii. de dig. li.
6 xii. † Ignobilibus nulla est infamia, nec verecundia. l. ii. C. vt inter certum tem-
7 pus crimi. † Et fit duellum ex causa honoris qui vitę, & morti comparatur. l. isti quidem. ff. ꝙ me. causa: & de iuris rigore, & æquitate nullus debet duellare qui non sit de nobili genere. Nec per se, nec per campionem: & malè faciunt superiores pati in hoc defraudari militiam, & ipsius honores, & priuilegia, & benè super inde aduertere debent. Cũ duella sint odiosa, & restringenda, & cum sit stylus, & ius proprium militum duellare & dedecus est militiæ permittere rusticos, ignobiles, & infames duellare, quoniam esset vilipendium, & vituperiũ glo
8 riosę militiæ. † Et sic miles prouocabit militem, et non rusticus militem: et hoc pro honore, conscientia, & iustitia benè aduertere debent principes c. primo. §. si miles rusticum: de pace tenen. Quoniam priuilegium est nobilium, ꝙ rusticus, plebeus, & similes non pugnẽt cum
9 nobilibus, & militibus. † Et similiter iuris doctores, Philosophi, & generaliter Grammatici, & bonarum literarum professores prouocare nec prouocari de iure possunt. Nam arma doctorũ sunt leges, & auctoritates vt etiam dicit d. Paris de Put. in suo tracta. duelli lib. vi. hii enim sunt venerandi tanquàm religiosi qui nõ prouocare aliquem, nec prouocari ab aliquo iure possunt ad duellum, in hoc semoto, & excluso Longobardorum iure per tex. in c. i. & . ii. de cle. pug. in duello & . l. vnica. C. de glad. cum si.

Et ita dico, & consulo ego Iulius Ferrettus Rauennas. I. V. D. &c.

SVMMARIVM.

1 *Milites diversi exercitus non possunt in simul duellare, sine superioris auctoritate, & nume. 2. cum sequen.*
2 *Proditores & desertores exercitus, à duello repelluntur.*
3 *Victus in duello iterum duellare non potest.*
4 *Duellũ cum infamibus non exercetur, & nu. 5.*
5 *Ignominia est perdere arma in bello.*

CONSILIVM. XVI.

SALVATORIS nostri omnipotẽtis inuocato præsidio. Casus consulendus talis est. Tudertinus quidam miles vnius exercitus, & Perusinus etiã miles alterius exercitus an insimul duellare possint sine licentia suorum ducum, seu superiorum exercituum. Item an semel victus in duello iterum duellare pos
1 sit de iure. † Breuiter dico, & consulo in vtroque casu: ꝙ non: quia sunt obligati

milites ducibus suis quousque sunt ad stipendia stare sub fidelitate, & obedientia ducum suorum exercituum: & prohibentur mittere literas, & nuncios ad hostes absque licentia superioris; alias tenentur pœna criminis læsæ maiestatis: & similiter deserẽtes exercitum, aut hostes priuati fugientes l.i.in fi. & l.iii.ff. ad legem Iul. maie. & l.proditores.ff. de re mi. & l.postliminium.§.transfugę. ff. de cap. & postlim. reuer. & per do. Andr. de Iser. in titu. quæ sint regalia in §. &
2 bona. † Nam hii, & desertores exercitus de iure repelli debent ab exercitu, & à duello.
3 † Et similiter ille repellitur, qui semel victus fuit in duello: quia succubuit, & fuit notatus Dei, & militũ iudicio propter iuramentum quod fecit antequàm duellaret: quia calumniose iurauit, & pugnauit contra iustitiam, & veritatem: & vt calumniator repellitur à iudicio, & à iudicis officio: & similiter hic à duello quod procedit iudiciorum more. l. qui athletas. §. calumniator & l. qui cũ ma-
4 ior. ff. de bon. liber † vbi calũniator damnatus efficitur infamis: & sic ex militum sententia non tenetur aliquem prouoca-
5 re. † Alia etiam ratione, quia arma perdidit, & est effectus captiuus, & seruus victoris qui eum seruauit, & non occidit: & quantumque viuat eius fama sem per diminuta; & læsa permanebit: ita ꝙ non habebitur pro integro homine apud milites, & nobiles equites: & repelli ab ipsis iure poterit: quia duellum nõ committitur, neq; exercetur cũ infamibus, & nõ integris hominibus ex iuris prouisione, stylo, & consuetudine militum Romanorum exemplo qui duobus eorum consulibus cum exercitu inclusis in loco arcto, & angusto ignominiosè relictis armis Samnitibus hostibus noluerunt de cętero dare stipendium, nec arma dicto exercitui: quem honore militandi priuarunt: quoniam arma dimiserant hostibus suis, nec dictos milites restituere vlterius voluerunt ad honores militares: quia se vinci semel permiserant relictis cum ignominia armis, & sic semel victus in duello repellendus est à duello: quia vt dixi non est integræ famæ apud nobiles milites: ꝙ non ita procedit in publico bello: sed tunc nimis rigorosus fuit Senatus, populusq; Ro. ꝙ fecit vt fortius & impugnẽ, & absq; timore pugnarẽt de cætero sui milites in hostes, & iuramenta seruarent per ipsos præstita de non vitando mortem pro republica, & honore suo.

Et vt supra scriptum est, & conclusum dico, & consulo ego Iulius Ferrettus Rauennas. I. V. D. saluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ cum uiris duellare non possunt; cum uirile sit officium duellandi.*
2 *Actus duellandi est odiosus & restringedus*
3 *Fœminæ in quibus casibus possint per campionem affinem, uel mundualdum pugnare.*
4 *Ius Longobardum permittens duellum, an in omni loco seruetur.*
5 *Clerici & doctores non duellant; neque per campionem.*

CONSILIVM XVII.

1 DIVINO implorato auxilio. † Nobilis quędam matrona egregiè nupta imputata fuit de adulterio, & vt vira go ad purgandum ipsius innocentiam ad duellum prouocauit infamatorem. Et an sit certandum mihi transmissus fuit casus consulendus: & pro parte mulieris allegabantur historiæ multę ꝙ mulieres pugnauerant pluries antiquo tempore: vt fertur de Amazonibus, & de Camilla Regina Volscorum, & de pluribus aliis ualorosissimis fœminis. Et cum pugnare sit virile officium, & non fœminile; dico, & consulo mulierem non posse de iure duellare, nec etiam per campionem, aut mundualdum prout in longobarda:
2 † quia duellandi actus est odiosus, & restringendus: vt in regula odia restringi. de reg. iur. in. vi. Nam sexus fœmineus regulariter, & generaliter prohibet mu-
3 lieres à militia. † Mihi tamen videtur re-

gulam prędictam limitari in pręmisso casu, videlicet mulierem non ex persona propria ipsius mulieris, sed per campionem affinem, seu mũdualdum mulierem posse ex sola adulterii causa, & de consilio mortis mariti inire duellũ: si de adulterio, aut de consilio mortis mariti accusata foret, vt habetur in iure lógobardo, quo iure viuit principatus Salerni. l. si vxorem & in. l. si fuerit suspitio qualiter quis se defen. debet & pro ea pugnabit mũdualdus campio, vel affinis: cum tractetur de honore fœminei sexus: qui nequit de per se defendere suam pudicitiã, per alium pugnabit, vt tenet d. Paris de Put. in c. ꝙ prouocator lib. ii. duellorum: & potest lex prædicta extendi, & ampliari nedum ad vxoratas, sed etiam ad virgines, & viduas nobiles. l. miles. §. defuncto. ff. de adul. quem tex. extollit Bal. in l. si à matre. ff. de suis & leg. & Phil. Dec. in c. ꝑ tuas. de prob. & Præpositus Alex.
4 in c. i. col. vii. de pa. tenen. † Et prædicta procedunt in loco vbi ius longobardum seruetur, & vbi vigeat consuetudo: In regno enim Sicilię ius Longobardum in multis locis seruatur, & prefertur iuri Romano: & prædicta non procederent in locis vbi talis consuetudo non esset, & vbi ius longobardum non vigeret: quoniam vt dixi duellandi actus est virile of-
5 ficium, & non fœminile. † Et quantũq; de iure longobardo permittatur clericos per campionem pugnare, corrigitur tamen ius prædictum per tex. c. i. & . ii. extra de cleri. pug. in duello: & prout clerici & doctores non pugnant, vt aliàs dixi, & consului ex persona sua, neque per campionem affinem, vel mũdualdum pariter & fœminæ non pugnabunt per campionem affinem, aut mũdualdum: sed ciuiliter, vel criminaliter pro ipsis, & contra ipsam experiatur coram competenti iudice semota via duelli de iure prohibiti. l. vnica. C. de glad cum similibus.

Et ita vt supra scriptum est: & cõclusum iuris & equitatis esse dico, & consulo: ego Iulius Ferrettus Rauennas Iuris vtriusque doctor.

SVMMARIVM.

1 *Regibus inter seipsos duellare licet, quando in ipsis non est disparitas, nec superiorem recognoscunt.*
Reges & alij recognoscentes superiorem, an cũ eius licentia uel sine duellare possint.
2 *Consilium pro regibus & alijs duellare uolentibus.*
Duello ius alicui non quærttur.
3 *Salus & perditio populorum stat in regibus.*
4 *Duellum Diabolica fraude fuit inuentum.*
Duellum est contra Charitatem.
5 *Diabolus propter superbiam à cælo cecidit.*
Diabolus est hostis humani generis, et cõtra illud in dies retia tendit.
Verba intentioni & non intentio verbis seruire debent.
6 *Duellorum domini quid facere habeant antequàm duellum concedant.*
7 *Duellandum quando sit, & per quam causam duella fiant.*
8 *Deus fauet iustis & odit iniustos.*
Spes omnis in Deo est.
9 *Experientia rerum magistra.*
10 *Pugnantes pro Iustitia Deum propitium habent.*
11 *Senex an possit pugnare per campionem.*
Duellum an recusari posit sine infamia.
12 *Qui acceptauit partitum duellandi, non duellando non incidit in infamiam.*

CONSILIVM XVIII.

ETERNI DEI inuocato suffragio. Nobiles duo iuuenes illustres viri duellare insimul nitentes variis armis pedester, & equester ex causa amoris cuiusdam formosissimę fœminæ: quę plurium mortis causa fuit. Et an liceret sibi absque peccato duellare à me consilium concorditer petierunt; eorum querelis mihi transmissis in scriptis, allegantes se fuisse ab alio consultore consulti licitam sibi fore causam duellandi, & licere de iure inter reges, & pares duellare cũ inter ipsos non detur disparitas: & visis eorum querelis, & consultatione præha-
1 bita. † Omissis non necessariis, & superfluis præmitto. ex causa legittima, & vrgentissima,

vrgentissima, ac necessaria licere inter reges duellare: quando inter ipsos non est disparitas: quod intelligo si non recognoscunt aliquem superiorem, vt puta Papam, vel Imperatorem c.si Apostolicæ, de re iud.in vi.& in cle.pastoralis eodem tit.& si recognoscunt superiorem non pugnabunt sine licentia sui superioris: qui de iure cognoscet eorum differentiam & prouidebit sine pugna: & similiter est faciendum, & prouidendum de dictis duobus iuuenibus illustribus pugnare volentibus superiorem recogno
2 scentibus. †Sanũ tamen consilium cum debita semper reuerentia. d. regibus nõ recognoscentibus superiorẽ ne se ponant cum peccato in discrimen fortunę duelli: sed fidos concorditer eligant iudices qui causam eorum decidant pro iustitia, & sine pugna. Nam nullum potest ius acquiri per duellum de iure prohibitũ.
3 †Reipublicæ enim salus, & perditio stat in regibus: qui suorum in bello augent audaciam, & in pace paccatos cum iustitia populos tenent: vt latius dicam in tractatu de medela conseruandi exerci
4 tum. † Duellũ enim inuentũ fuit diabolica suggestione, cõtra ꝑcepta diuina charitatis, quod est diligere Deum, & illi similem, idest hominem ad imaginem, & similitudinem Dei formatum sicut se ipsum: vt legitur de primo parente à quo omnes descendimus: & per duellum contrà charitatẽ læditur homo, & ipsi mors infertur cum peccato: igitur omni est curandum studio, & via: ut genus humanum conseruetur illesum: & ne ad cruentum spectaculum perueniatur, & cesse-
5 tur à sanguinolenta ꝓbatione. † Et quidem valdè crucior ꝙ in dies aliqui decipiuntur diabolica fraude duelli superbia duce: propter quam Diabolus cęcidit è cœlo mente Domini dominorum. Nec vllus negare potest hostem humani generis esse Diabolum, qui omni momento varia, & viscata retia tendit in escata pro capiendo humanum genus, vt pisces ad hamum, & ut aues ad viscum: & nemo potest tam rectè loqui quòd eius verba non capiantur in deteriorem partem eliciendo ex ipsis sententias contrarias proferentium, vt fiant duella. Nam verba intentioni, & non intentio verbis seruire debent l.non omnis ff.si cer. pet. &
6 c. intelligentia de verb. signifi. † Ideo duellorum domini, & iudices, & superiores primo tenentur rectè, probè, diligenter examinare causas duellare volentiũ; conãdo omni industria interpretari verba eorum in mitiorem partem, & placare partes, & eas inquantum sit possibile
7 ad concordiam reducere. † Et si fuerit duellandum, non debet quis ex leuitate venire in campum maxima nisi vrgente necessaria causa honoris, infamiæq; , uel euitandi scandali. Curantes non fore prouocantes, sed prouocatos; non intendentes ad mortem aduersarii, nisi pro satisfactione proprii honoris: ut sua omnipotẽs Deus illuminet corda, & sibi sit propitius. Nec fortitudo laudatur sine
8 iustitia, † quia Deus fauet iustis, & odit iniustos: vt dicunt Doc.in c.raynu.de testa.& Hostiẽ.& Io.And.in c.ii.de purg. vulgari. Omnis spes in Dei stat prouidentia, & non in humana natura.l.i. C.de vete.iure enuc. quoniam omnia à Deo procedunt cœlestia, & terrena: & q iustam causam habet, Deum propitium habet, lacessitus pugnans cum iustitia, & sine diffidentia, & timore pugnare poterit. Telaque, & vires hostis non time-
9 bit Dei suffragio. † Vt experientia docet rerũ magistra: & quicquid dicat longobarda multos vidisse perire sub clypeo iusto: hoc sępe, & sepius fallit licet quãdoque contingat propter peccata oc
10 culto Dei iudicio. † Nã sæpe vidi plures iustitiam habentes quantunque debiles senes, & impotentes annis, & armis nimis grauatos, fortissimos iuuenes in bello, & duello auxilio Dei superasse: quoniam iustitia prospexit de cœlo, vt contingit.d. Nico. Marchisello de Arimino ciue Rauennæ octuagenario, & de do. Alber. Monaldino etiam de Rauẽn. iuuene fortissimo qui insimul pugnarunt in ciuitate Forliuii. Et senex iustitiam fouens arte, & ingenio iuuenem Albertũ militari astu de equo proiecit, & ipsum

captiuum fecit, & dono inde tradidit.d.
Catherinæ Sfortiæ commitissæ Forliuii
olim vxori excelleñ.commitis.d.Hiero.
Riarii de Robore. Et tunc audiui di-
ctum senem antequàm pugnaret hęc ꝓ-
ferre verba erga Deum: Scis tu domine
ꝙ hic senex,& impotens conductus sum
pro iustitia,& veritate,& pro honore in-
iuriis mihi pluries factis ab Alberto hoc
iuuene bellaeissimo cognato meo q me
prouocauit ad duellum pluries: vt moré
gereret illustris.d. Pandulpho de Mala-
testis domino Arimini: qui vt scis tu do
mine cõtra iustitiam odit me, & detinet
bona mea,& à patria mea Arimini exu-
lem tenet,& huc lacessitus veni non ani
mo nocendi,sed me,famamque,honoré,
& dignitatem meam illæsam tutandi:&
ambobus delato iuramento de calũnia
per iudices electos duelli iam pridem co
gnitis causis eorum secundum no. per
Bal. in l. filiusfamiliàs. §. i ff. de leg. ii.
11 † Potuisset nempe de iure.d.Nico.senex
prȩfatus ob ætatem senilem non pugna-
re,neque per campionem, seu cum cam
pione si voluisset dimicare; sed pro ho-
nore armis expertus socia sibi iustitia vo
luit ꝑsonaliter pugnare. Iuuenis nãq;
Albertus curebat veloci cursu cum forti
equo, & senex armis, & annis grauatus
ictum iuuenis expectabat in equo oppo-
sito sibi scuto, & lancea dubitans curre-
re ne in cursu prohiceretur ab equo: &
ruptis amborum lancis cum stoccho cu
currit Alber.sene Nico. ipsum expectan
te in equo suo cum simili stoccho,vt su-
pra:tandem cecidit Alber.iuuenis in ter
ram astutia senis:qui pugionem Alberti
artè de latere, & ex coxis ipsius proiece
rat in terram inscio iuuene Alber. qui
postea proiecto stoccho in terram,volés
pugionem vnum de coxa eripere, & pen
dens ab illo latere Alber. quem senex
impinxit cum manu pendentem:& tunc
iuue. armis ab illa parte nimis grauatus
cecidit in terram astutia senis:qui de iu-
re,vt dixi potuisset se excusare, & vita-
re duellum propter ætatem quantũque
partitum primò acceptasset duellandi:
quia duellum est de iure prohibitum, &
per hoc in aliquam pœnam non incidis-
12 set. † Et licet milites peccando permit-
tant pugnare nollétes ꝓ ignominia pin-
gi in targetta,rotella,seu tabella: tam a-
ctorem,quam reum: tamen hoc nullo iu
re diuino sustentari potest, vt aliàs con-
sului, & dicam in tractatu de duello per
no.p Imo. & Io.de ana.in c.i.& in rub.
de cle.pug.in duello.l.vnica.C. de glad.
& c.i.extra de tornea.

Et ita dico & consulo ego Iulius Ferret
tus Rauennas Iuris utriusque doc.
saluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriatus in uerbis reluctando iniurias similes uerbales, an dicatur fecisse compensationem, ita quòd pugnæ, locus non sit. & an procedat inter impares. nu. 2.*
2 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur.*
3 *Pares an pugnabunt propter iniuriam & excessum.*
4 *Pugnare an quis possit pro iniuria facta in præsentia, & in absentia.*
5 *Iniurians naturam an actione iniuriarum teneatur.*
6 *Duellare quibus remedijs et signis quis cogatur.*
7 *Prouocans uel prouocatus desistens pugnare, an pro uicto habeatur.*
8 *Sententia an requiratur in duello & pugna.*
9 *Gonsuetudo militum circa duellum contra sacros Canones introducta, an ualeat*
10 *Cessantes duellare in aliquam pœnam incidere non potest.*

CONSILIVM XIX.

DEI nominis inuocato prȩsidio. Phi-
lip. quidam de Senis miles, citulum
quændam de Perusio etiam militem in-
iuriauit dicendo ipsum fore furem,& sa-
crilegum:& Perusinus fuit mentitus di-
ctum Philip. Senensem, & ipsum fore fu
rem, & sacrilegum replicauit, & aliàs
plures iniurias ei dixit. An per talem
retorcutionem, seu reluctationem iniu-
riarum intelligatur remissa iniuria per
compensationem,& an sit locus pugnæ:

& plus dicitur ꝙ Senensis ipsum etiam proditorem vocauit: & Perusinus respõdit tu mentiris, & tu es ille qui verus es proditor, & infamis, falsarius, & hæreticus: & an fuerit locus pugnæ, vel facta recompensatio iniuriarum. Item an deueniri posit ad duellum, & ordiri tale iudicium certaminis alia via: & modo quàm per literas responsiuas. Item an prouocans desistens dicatur conuictus apud nobiles, & milites, & quid in ꝓuocato desi-
1 stente? † Et super inde petitũ fuit à me consilium in scriptis: & distinguẽdo breuiter consulo: Aut uerba iniuriosa dicta fuerunt in præsentia aduersarii, aut in absentia. Item an per amicos tunc præsentes potuerit compensari. c. dilecti, de senten. excom. in vi. Aut propter talem iniuriam in persona aduersarii, vel suorum: & omnes casus in hac distin. reduci possunt dubitabiles. Et nisi expressè constet de prouocatore per verba iniu-
2 riosa locus esset coniecturis. † Et paria delicta mutua compensatione tolluntur. c. fi. de adulte. & l. si uxor. C. eo. & si duo. ff. de dolo. cle. i. de homi. & l. si ambo. de compen. & sic non erit locus pugnæ tenet Azo. in summa. C. de iniu. & hoc verum est, & procedit si prouocans, & prouocatus sint pares, aliàs non posset fieri rectè compensatio arg. c. i. §. si rusticus
3 militem de pa. ten. † Secundo casu si pares fuerint quia excesit in iniuriando, & in respondendo tunc forte erit locus pugnæ. l. vt vim. ff. de iust. & iu. & l. Gracchus. C. de adult. & l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. eo tit. quoniã ille tenetur de excessu si modum excessit in se defendendo. Sed milites seruant contrarium quia prouocatus graui contumelia potest quibuscunque iniuriis verbalibus apud nobiles, & milites satisfacere honori suo: no. Spec. in tit. de
4 accus. § i. † Et in præsentia facta iniuria, & reluctata non erit locus coniecturis offerente illo pugnam: & quando non est facta compensatio erit locus pugnæ in vtroque casu iniuriarum verba proferentium sunt attẽdenda per no. p. d. Pari. de Put. in trac suo duelli in c. quis dicatur
5 prouocator. lib. i. † Et quando quis iniuriatur accusando naturam: an tunc iniurians teneatur actione iniuriarum, vt puta, si quis fuerit cecus, aut claudus à natura, aut spurius natus, & ita conuiciatus, aut ab accidenti: & pariter teneatur iniurians: quoniam non debet illi improperari id in quo, nec ipse, nec parẽtes sui culpauerunt: sed tantum quando culpa sua: quia tunc peccata nocentũ oportet esse no. vt no. d. Andr. de Iser. in c. hac edictali. §. iniuria i addi. de pac. iu. fir. pđ est vtile scire vt causæ rectè cognoscant.
6 † Ad tertium respondeo posse deueuiri ad singulare certamẽ nedum per literas, sed etiam per signa: vtputa, mittendo annulum, cingulum, chirotecam vt vulgo dicitur guantum si prouocatus fuerit ab araldo, seu pignus acceptabit pugnæ iudicio erit obnoxius, arma, locum, & iudicem eligit competentem: & in hoc cõsuetudini stabitur in huiusmodi eligendis: & si recusauerit acceptare antiquo more, dimittet araldus ad pedes prouocati astantibus militibus signum pro pignore duelli, & eo accepto vterq; pugnę
7 astringetur. † Ad quartum, an prouocãs desistens dicatur cõuictus dico ꝙ prouocans desistens erit conuictus apud milites, & nobiles propter desistentiam: & non poterit desistere, nec dissedere nisi cum ignominia sua, & cum honore pro-
8 uocati. † Et idem cum prouocato sine iusta causa pœnitente, & cessante seruabitur, & licebit honorato per quem non stetit secundum consuetudinem militũ in hoc à lege diuina, & canonica reprobatam ad remedia obrobriosa procedere contra cessãtem duellare bãniendo, aut pingendo eum in tabellis, & cartis: & vt tedio, & ignominia affectus veniat ad pugnã: & vt inter milites maneat notatus
9 infamia † Et super inde poterit superior delarare militari more à canone reprobato. c. i. & ii. de cle. pu. in duello, nec aliqua valebit cõsuetudo militum introducta contra sacros cano. vt ibidem firmat Abb. in d. c. ii. quia duellum est prohibi-
10 tum de iure. † Et si quis non acceptauerit duellandi partitum, vel acceptauerit,

aut refutauerit partitum iam acceptum duellandi ob hoc in pœnam aliquam incidere nō poterit, vt aliàs cōsului, & dicā in trac. de duello, & p Doc. & maxime p Io. de Ana in c. i. de cle. pug. in duello.

Et ita dico & consulo. Ego Iulius Ferrettus Rauennas V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Causæ quę sunt primò examinādæ ante quàm concedatur duellum.*

Domini qui nam sint illi qui possunt licentiam duellandi concedere in sua iurisdictione & territorio.

2 *Papa & quilibet alius prælatus habens iurisdictionem temporalem concedendo ea quæ ab ecclesia prohibentur, irregularitatem diuinam incidunt.*

3 *Milites an subiaceant legibus Imperatoris.*

Leges & arma fraternizant.

4 *Contemnentes leges Imperatoris sacrilegi sunt.*

5 *Militum & armorum stylus qualiter in re bellica sit seruandus.*

6 *Milites magis exemplis quàm rationibus mouentur.*

7 *Iura quo nam tempore sunt seruanda in defectum styli & consuetudinis, ac statutorum.*

8 *Consuetudo unius loci non ligat alium.*

9 *Ius ciuile seruatur in castro Cæsaris inter duellantes; deficiente armorum stylo. & usu militum.*

Duellum est damnatum tanquàm Diabolus per superbiam.

10 *Consuetudo duellandi de iure est nulla.*

11 *Ius Canonicum seruatur, quando de peccato tractatur.*

12 *Duellum fuit Diabolica suggestione inuentum, ut anima perderetur.*

13 *Principes non concedentes duella in suo territorio. valde commendantur, ut in Hispania facit Rex Catholicus.*

14 *Duellum prohibetur de Iure Diuino, Gentium, Canonico, & Ciuili. & nu. 15. 16. & 17.*

Homicidium est Iure Diuino prohibitum.

Duellum est contra Charitatem.

Deus per duellum tentatur.

Deus tentari non debet.

18 *Duello fit iniustitia & iniuria.*

19 *Innocens quandoq; perit in duello.*

Multi sub iusto clypeo pereunt.

CONSILIVM XX.

DOMINI dominorum implorato auxil. Nobiles duo Romani duellari intendentes campum francum petierū à pluribus dominis in iurisdictione sua: qui cum noluerunt ipsis concedere: demum campum petierunt à quodam Illustri domino de Vrsinis habente communem iurisdictionem cum alio Illustri domino Columna, & eundem campum pariter petierunt à. d Illustr. domino de Columna: qui ambo causam bene primò examinarunt duellare volentium secundum doctri. per Bart. datam in l. prolatam. C. de sent. quas iura bellorum, &
1 armorum vsus comprobat: videlicet † si sunt nobiles, milites, & equestres: aut plebei, aut rustici prouocātes, seu prouocati: aut tali lacessiti iniuria, vel infamia no. Et quibus verbis, & causis, & vbi non sit probationis copia, & cum aliter prouideri non possit nisi experto duello: quod quidem abhorret natura, & iura diuina, gentium, & humana prohibēt: ex quo perditio animarum, & corporum sequitur suggestione Diaboli. Et quia dicti domini de Vrsinis, & de Columna tenent in feudum ab ecclesia Romana locum prædictum petitum campi franchi à duellare volentibus; & cum recognoscunt superiorem non possunt de iure concedere tale campum francum dictis bellare volentibus. l. i. C. vt armorū vsus. Papa autem, Imperator, vel alius Princeps, & populus nō recognoscēs superiorem nisi Deum, & ensem potestatem habent bellum mouendi, & indicendi, & tales habent auctoritatem concedendi in terris suis duellum; & similiter habent duces exercituum in exercitu, & castro suo: & non extra illum vbi non habent iurisdi. per Gl. in l. hostes ff. de cap. & postli. reuer. ad quę faciunt nota. per Pari. de Put. in c. quis possit lib. i. trac. sui duelli: fallit in eo qui haberet feudū à Papa, vel Imperatore, aut ab alio non

recognoscente

recognoſcente ſuperiorem, vel recognoſcente qui in priuilegio ſuo haberet talē facultatem concedendi duellum: vt in duce Ferrariæ, & Mantuæ: qui hanc auctoritatem habent in priuilegio ſuo conce-
2 dendi duellum in iuriſdi. ſua. † Addo prædictis Papam, & alium prælatum habentem iuriſdictionem temporalem debere cauere ne concedant ea quæ prohibet eccleſia Dei: quoniam irregularitatem diuinam inciderent, vt dicit Abb. in c. ad audien. de homi. & Felyn. in c. qualiter, el. ii. in §. ad corrigendos in vi. co.
3 de accu. † Et quia quidam milites temerè dicunt ſe non eſſe legibus ſubiectos, & eorum iura eſſe arma, & enſem eſſe petitionem, & libellum ſuum: & omnia dat qui iuſtè negat, iuxta illud Horatii. ſcriptor honorate ſi fortè reponis Achillē impiger, iracūdus, & inexecrabilis, acer: iura negat ſibi nata nihil non arrogat armis. Hii enim conſiderare habent Imperium Romanum fuiſſe feliciſsimum ob armorum uſum, & exercitationem, & religionis obſeruationem: & nulli dubium eſt ꝙ leges, & arma fraternizant. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudiciorum cum ſimul, & facta ſunt iura ab Imperatore orbis domino: & omnes gentes ligātur ciuili iure, & milites ſunt ex illis: igitur & ipſi ligantur. l. in nomine domini. C. de offi. prefecti Africæ & l. cunctos populos. C. de ſum. tri. & fi. catho. & l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. & l. deprecatio. ff. ad leg. Rod. de iactu. c. Adrianus, & ibi Gl. lxiii. diſtin. & c. in apibus. lxx. diſtin. habetur de re mili. per totum tit. ff. & C. de cap. & poſtli. reuer. & de iuſti. & iur. & de offic. milit. & de priuile. mil.
4 annonæ. † Ex quibus iuribus, & aliis liquido patet ſacrilegos eſſe milites illos qui in eorum cauſis leges Imperatorias ſpernūt. l. i. C. de cri. ſacri. l. fi. C. de legibus, in quibus Spiritus ſanctus iacet. c. ſi
5 ille xl. diſtin. † Et licet in re bellica ſit ſtylus armorū ſeruandus ſi ab omnibus fuerit approbatus eo modo de quo in l. i. C. ubi ſenat vel clariſsimi, ſecundum quem quandoque iudicatur: quia quiſlibet profeſsio abundat in ſuo ſenſu, & ſtylo quem obſeruat. l. iii. in fi. ff. de teſta. & xcii. diſtin. c. legimus, & l. cunctos populos, C. de ſum. tri. & fide catho. & de con
6 ſuetudine habetur in rub. † Milites magis exemplis mouentur, quàm rationibus: ideò oportet ipſos habere recurſum ad leges Imperiales: quibus omnes lai-
7 ci ligantur. † Et deficiente ſtylo, conſuetudine, vel ſtatuto, vel more regionis, ſeu loci certaminis: puenīt ad ius ciuile, et ēt ad ius longobardū, vel francorū in locis videlicet vbi ius longobardū, ſeu francorū ſeruatur: vt in regno Siciliæ. vbi in multis locis pferēt iuri ciuili romanorū, & ad cōſuetudines, ſeu cōſtitutiones Federici Imperatoris primò recurritur in d. Regno Siciliæ arg. l. de quibus. ff. de
8 leg. pro ratione. c. venera. de elect. † & cōſuetudo vnius loci non ligat alium: vt notanter dicit d. And. de Iſer. in c. i. quæ ſit
9 prima cauſa ben. amit. † Et ſi in caſtro Cæſaris fieret duellum deficiente armorum ſtylo; in continenti erit recurrendum ad ius ciuile. Hoc enim procederet ſi duellum abſq; peccato fieri poſſet: qđ eſt impoſsibile: propterea duellum eſt de iure prohibitum, & damnatum tan-
10 quàm Diabolus propter ſuperbiam. † Et conſuetudo duellandi eſt de iure nulla, cum permittat peccatum. not. Abb. in. c.
11 ii. de cle. pug. in duello. † Et quādo trac. de peccato ſtandum eſt iuri cano. in omni foro, & non iuri ciui. c. i. & ii. de no.
12 oper nun. & c. nouit, de iudi. † & c. monomachiam. ii. q. v. vbi habetur duellū eſſe repertum diabolica ſuggeſtione, vt homines ſe trucidarent, & perderent
13 animas. † Rectè enim & religioſè faciūt Principes illi non permittentes duella fieri in iuſdi. ſua: vt probè facit Rex catholicus Hiſpaniarum qui punit duellare volentes, & non permittit duella fieri in ſuo Regno propter peccatum, & ani-
14 marum perditionem. † De iure diuino prohibitum eſt homicidium, & pariter duellum ex quo oritur homicidium. l. oratio, de ſponſalibus: & duellum eſt contra charitatem c. nō ſatis. lxxxvi. diſtin. & c. charitas & c. proximos, de pœni. diſtin. ii. & per duellum tentatur Deus:

quod est prohibitum tentare Deum.c. fi.de pur. vulg. nam dicitur in Euangelio non tentabis dominum Deum tuũ, & per no. per d. Io.de Imo.in c.nisi cum
15 pridem,de renunci. † Prohibetur etiam duellum de iure gen. c. Nabuchodonosor,cum simi.ibi.xxiii.q. iiii. quia illud ius naturale non attenditur proueniens ex sensualitate,& odio naturali: & cum vnicuique insit liberum arbitrium ratio
16 est attendenda. † Et ꝙ iure cano. sit prohibitum duellum iura sunt aperta, vt in tit.de cle.pug.in duello & in tit.de vulg.
17 purg.per totum. † De iure etiam ciuili prohibetur duellum.l.vnica C.de glad. lib.xi. & per Gl. ibi. & insti. de hæred. quæ ab intesta.§.interdum in verbo per duellionis:non obstantibus Bal.dictis & annotatis in l. veteri digestorum, qua actione §. si in colluctat.ff.ad leg.Aquil.
18 per duellum partibus fit iniuria, & iniustitia,& denegatur iustitia,vt in titu. de
19 iusti. & iu. institu. & ff. † Et in duello quandoque perit innocens,& sibi fit iniuria, & iniustitia : vt in lõgobarda dicitur multos vidi sub iusto clypeo perisse in ti.qualiter quis se defendere debet.
Varia sunt hominum discrimina, & diuersæ corporum qualitates, fortitudinis,& debilitatis: & pares non sunt complexiones: & sæpe debiles prouocantur à robustissimis viris qui non iure, sed potentia ducti sunt: & ob debilitatem pereunt habentes quandoque iustitiam cum fortioribus pugnantes: & sic iis fit iniuria, & iniustitia grandis propterea iuribus præallegatis non est concedendum duellum, sed denegandum.

Et vt supra scriptum est, & conclusum dico, & consulo ego Iulius Ferrettus Rauennas.I.V.D.saluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Fractor secundus pacis an incidat in pœnam fractæ pacis.in contractu stipulatam. & an à primo uiolante licitè possit prouocari ad duellum.& nu.2.cum seq.*

2 *Iurans seruare contractum, illum seruare tenetur, in quantum alius obseruat.*

3 *Fideiussores an teneantur ad pœnam contractus, ad quam principales non tenentur.*

4 *Pœnam fractorum pacis quis soluet, cùm ignoratur quis primus violator pacis fuerit.*

CONSILIVM XXI.

GRATIOSI DEI inuocato præsidio. Miles quidam de Vrbino fecit pacem cum milite quoddam Fori Sempronii ex causa homi. per ipsos respectiuè cõmissi in perso. eorum fratrum. nam Vrbinas præfatus interfecerat fratrem dicti militis Fori Semproniani: & miles Fori Semproniani posteà interfecerat alium fratrem præfati Vrbinatis militis:& in contractu pacis iurauerunt seruare pacem sub pœna mille ducatorum,& pro obseruatione dederunt fideiussores: deinde facto contractu Vrbinas prefatus eundem militem Fori Smproniani vulnerauerit, & illinc ad paucos dies idem Fori Sempronianus miles aggressus fuit dictum Vrbinatem,& ipsum vulnerauerit pluribus vulneribus:& cõuallidato Vrbinate ipse vocauit præfatũ militem Fori Sempronianum uiolatorem pacis,qui ipsum mentitus est in falso gutture. Quem postea Vrbinas prò uocauit ad duellum, conuentis in iudicio fideiussoribus pro pœna dictæ fractæ pacis ob vulnera sibi illata per dictum Fori Sempronianum militem qui pacé secundò fregerat. Et casus prędictus mihi fuit transmissus consulendus: videlicet an Vrbinas prædictus rectè potuerit prouocare ad duellum prædictum Fori Sempronianum militem ex causa dictorum vulnerum sibi illatorum. Item an dicti Fori Semproniani militis fideiussores potuerint instante dicto Vrbinate pro pœna sibi promissa fractę pacis grauari, cum ipse fuerit primus qui pacem fregerit in primo aggrediendo, & vulnerãdo dictum Fori Sempronianum
1 militem. † Breuibus consulendo dico Vrbinatum militem illicitè, & non de iure prouocasse ad duellum prædictum aduersarium de Foro Semproniano cũ

ipſe fuerit primus qui rumpit pacem ag grediendo, & vulnerando ipſum Fori
2 Sempronianum militem. † Nam iurans ſeruare contractum intelligitur illum obſeruare inquantum alius obſeruat pro ſua parte, aliàs non tenetur ad obſeruantiam ipſius:& ſic ceſſabit cauſa duelli. l. quæro §. inter locatorem. ff. locati & per Bar. ibi & in l. cum pater libertis, ff. de leg. ii. vbi Bar. ponit quæſtionem, ꝙ ſi duo fecerunt pacem, & illam promiſerunt ſub certa pœna ſeruare,& non rumpere: ſi poſtea eam rumpunt qui primò rupit eam, poterit accuſari ab eo qui eã ſecundò rupit, & non primus poterit accuſare ab eũ qui eam ſecũdò rupit, & ſic
3 non primus ſecundum. † Et ſic fideiuſſores prædicti nõ tenebuntur cum principalis non teneatur, ex quo primus nõ ſeruauit pacem:vt no. Abb. in c. peruenit el ii. & in c. quemad. de iureiur. nam primus offenſor eſt ille qui rupit pacem: & non ſecundus qui eam ruptam inuenit: & rumpere non dicitur, ſed ruptam inuenire. l. qui fidem ff. de tranſ. & l. cum proponas. C. e. & de pactis. l. cum proponas. ad quę faciunt no. per Bal. in c. ſicut el. iii. de iureiuran. & per Romanum in conſi. ccxiii. & in conſi. cclvii. & per Per. de Anch. in c. ſi de iureiuran. & l. ſi non fuerit ff. de iureiuran. & l. conuenerit ff. pro ſocio cum ſimilibus. Et ſic ſecundus agere poterit ad pœnam, & nõ primus qui rupit pacem probando ante omnia ſe ſeruaſſe contractum. c. i. qualiter dominus proprietate feudi priuetur, & per Bal. ibi. in auc. dos data. C. de do. ante nup. & in l. talis facta ſtipulatio. ff. de iure do. & per Imo. in conſil. xli & per Pet. de Anch. in c. an ſit. de appellati. & in c. ſtatu. de proba. in vi. & tex. in c. ex eo, de reg. iu. in vi. & per Imo. in c. mandatum, de reſcri. & in c. ſuam de pœnis, & ibi per Card. Alexand. & per Bal. & Saly. in d. l. cum proponas. C. de trãſ. & per tex. cum Gl. in c. eſto ſubiectus.
4 xcv. diſt. † Et ſi duo iurauerunt ſeruare pacem ſub pœna: & ignoretur quis eam primò ruperit: nemo tenebitur ad pœnam conuentionalem per tex. in l. i. §. cum arietes. ff. ſi quad. paup. feciſſe dicatur. & ibi per Bal. Et ſic hoc caſu nõ tenebuntur ad pœnam conuentionalem: puniri tamen poterint quoad fiſcum per tex. in l. licitatio. §. illicitè. ff. de publicanis, vt dicam inferius latius de treu. & pac.

Et ita dico & conſulo ego Iulius Ferrettus Rauennas Iuris utriuſque doc. ſaluo &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ſuper cauſa ciuiliter deciſa, impedit duellum ſuper eadem cauſa.*
2 *Cautela ad euitandum duellum.*

CONSILIVM XXII.

REGIS regum inuocato præſidio. Caſus conſulendus talis eſt. Degus quidam Hiſpanus miles vendidit Craſſiæ etiam militi Hiſpano vnum equum cum pulchra, & ornata ſella pro duca. xcv. non expreſsis omnibus viciis equi: & infra legitimum tempus ſex menſium quo intẽtatur redibitoria actio, emptor conuenit venditorem in iudicio ciui. per tex. in l. ſciendum §. fi. ff. de redibi. & in l. ędiles ff. de ędil. edic. & cum de hac materia latius Domino duce dixerim in lib. rei naualis in tit. quid agere debeat claſsis pro victoria: igitur non me vlterius extendam, & etiam cum non ſit caſus noſter, & cum nemo fraudari debeat: ſententiam probatis probandis, & ſeruatis ſeruandis emptor in fauorem reportauerit: & venditor Degus condemnatus fuerit ad pretii, damnorum, expenſarum, ac intereſſe, reſtitutionem per tex. in l. in emptione. §. ſi emptor, cum Gl. ff. de contrahen. empt. & in l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. ædic. à qua ſententia non fuit appellatum, & cum vitium fuerit tale quod impediat totum, ritè emptor ſententiam obtinuit. l. eum qui & per Bar. ibi. ff. de fur. & l. ædiles. ff. de ædili. edic. compenſatis expenſis uictus
1 cum vſu ipſius equi. † Et dicta ſecuta

sententia, & in rem iudicatã transacta: Degus putans se fore iniuriatum à prædicto Crasia emptore erga ipsum dixit in conspectum plurium nobilium procerum, & militum se velle armis probare dictum equum non fore vitiosum: & super indè ad duellum prouocauit Crassiam qui acceptauit partitum duellandi, & habito campo franco: conuentum fuit inter partes amicorum interuentu: quod de iure videatur si licitum sit inter ipsos certare ex causa prędicta & per Illustrissi. Marchionem Vallis Sicilianę. d. Ferdinandum de Larcone, trãsmisius fuit mihi casus consulendus: vnde viso dicto casu dico, & consulo ꝙ non est licitum tale duellum fieri, cum duellum sit de iure prohibitum, & causa iam per sententiam finita sit ciuili iudicio. nam via electa strepitus iudiciorum ciuilium impedit duellum fieri: etiam si essemus
2 in casu duelli: † & optima est cautela ad impediendum duellum, ꝙ causa ciuiliter intentetur: vt latius dicam in tractatu de duello per Gl. in cap. cum filius. §. i. ff. de leg. ii. & per Doc. in c. i. & ii. de purg. c. cum similibus.

Et ita iuris esse dico, & consulo ego Iulius Ferrettus Rauennas. Iuris utriusque doc. minimus, & eques ac commes licet indignus Lateranensis Palatii: & in fidẽ me propria manu subscripsi, & solito sigillo meo roborari mandaui: saniori semper saluo iudicio.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS. EQVITIS ET COMMITIS LATERANENSIS PALATII, TRACTATVS DE DVELLO.



SVMMARIVM.

1 *Duellum vnde dictum. Et quid sit. & nume. 116. & 118.*
2 *Duellum impropriè dicitur bellum. & nu. 116. Bellum quid propriè dicatur.*
3 *Duellum an sit licitum & iustum dicitur bellũ. & nu. 31. cum multis sequen.*
4 *Bellum unde dicitur.*
5 *Pugna unde dicta, & unde dicitur prælium.*
6 *Duellum fit pro gloria & honore. & nume. 8. 9. 11. & 35.*
Dominis exercituum optimum est habere strenuissimos et fortissimos milites paratos ad singulare certamen, & hostes sua uirtute perterreant. & nu. 11. 12. & 13.
7 *Duellum est belligeræ uirtutis experimentum, iure naturali inductum, propter odium à natura ortum.*
Duellum est tollerabile dummodo non fiat ex odio.
10 *Duellum in re bellica committitur ex causa publicæ utilitatis.*
Mortui in bello pro republica, per gloriam uiuunt.
14 *Paruo prælio est etiam omni studio occurrẽdũ.*
15 *Duellum in quibus casibus de iure feudorũ permittitur. & nu. 16.*
17 *Duellum in constitutionibus regijs & Imperialibus regni Siciliæ quibusdam casibus permittitur. & nu. 18. & 19.*
Duellum per nouellam regiam pragmaticam penitus tollitur, & duellantes ac duellare volentes naturali morte puniuntur.

42 Nobilis insultatus à rustico fugere non debet. licet fugere possit.
43 Militi aggresso à uicino reputanti sibi ad uitu periū fugere an liceat aggressorem expectare, & eum percutere. & nu. 44.
Homini uili & debili an liceat se cum ense tueri, contra fortem eum percutientem pugno.
Surripienti quid uiolenter, an liceat armis resistere. & nu. 44.
44 Intellectus ad l. i. C. unde ui. Et ad. l. iii. §. cū igitur et ibi Glos. ff. de ui & ui arma.
45 Victus in duello pro crimine capitali, an possit morte naturali puniri, & nu. 47.
Confeßio præsumpta non damnat.
46 Prouocans ad duellum & succūbens, an ad pœnam talionis teneatur, & nu. 47.
Accusans & succumbens in causa criminali talionis pœna tenetur.
48 Prouato ad duellum latitante. quid facere debeat prouocans.
49 Victor non potest victo in duello vilia seruitia præcipere.
Vasallus uictus in duello, cui potius parere debeat, domino uel uictori, ambobus simul & eodem tempore uocantibus. & nu. 88.
Victus in duello sub fide relaxatus, an & quando parere debeat uictori rebelli effecto, uel excommunicato. Et quid si timet à uictore carcerari, an ad illum accedere teneatur, remissiuè.
50 Contumacia acceptantis duellum, & non comparentis in die statuta; qualiter accusari debeat, & sententia sit ferenda.
Victus in duello an teneatur ad expensas.
51 Captus in duello & seruatus, an efficiatur seruus pœnæ, & an testari poßit.
52 Doctoribus an permissum sit duellare, remissiuè.
Captus in duello qui fuit sub fide relaxatus, & inde effectus Princeps, uictori parere non tenetur.
Victus à pluribus & ab omnibus sub fide relaxatus, deinde ab omnibus interpellatus, an omnibus & cui eorum parere debeat.]
Obligatus duobus, illi parere debet, cui primò promisit.
Propulsatione iniuriæ facti, aut uerbalis facta, an possit deuenīri ad pugnam. remissiuè.
53 Mortuus in pugna singulari, an dicatur mortuus seruus pœnæ, & an eius testamentum rumpatur.
54 Prouocans ad duellum aliquem impingens ei crimina, tenetur per indicia & coniecturas probare. Qualia autem indicia sufficiāt, stat in iudicis arbitrio, quod secundum leges regulari debet, & nu. 55.
56 Occidens extra patriam duellando inimicum suum, an rediens in patriam possit de homicidio puniri.
Duellare an liceat ratione insignorum & armorum remissiuè.
57 Duellum an possit mutuo consensu prouocati & prouocantis sine superioris auctoritate reuocari.
58 Duellantium quis primò duellare, & uulnerare debeat, & nu. 99.
59 Sexagennarij & minores uigintiquinque annis an duellare teneantur. & nu. 69 & 70.
60 Fœminæ duellare non possunt, cum uirile sit officium duellandi, & nu. 64.
Fœminæ quo casu per campionem, mundualdū, filium, generum, uel affinem pugnare possunt & nume. 64.
61 Campio quando, & qualiter iurare debeat.
62 Iuramentum principalium duellantium, quale esse debeat.
63 Duellantes principales dolo falsi campionis uel mundualdi uicti, debēt in integrum restitui.
Falsi campiones uel mundualdi qualiter sunt puniendi.
Testis falsus eadem pœna puniri debet, qua puniretur reus de crimine intentato.
65 Captus in duello sub fide relaxatus à uictore, donatus pro captiuo, an posit per pecuniā remitti, et an sit captiuus filiorū uictoris eo mortuo, & an captus uocatus à uictore impeditus uenire excusetur remissiuè.
66 Occidens bannitum in duello, non consequitur præmium concessum occidenti bannitum.
67 Aetas quæ legitima est duellantibus. & nu. 68.
71 Prouocatus de iure habet modum pugnandi, & armorum electionem, iudicis, temporis, & loci.
72 Arma si alicui in duello franguntur uel cadūt, aut aliquis duellantium in terram cadit, an sit illa restituenda, uel alia danda illis, uel ille sit subleuandus.
73 Duellandum quomodò sit, quando prouocatus est aliquo membro debilitatus.
Prouocans mutilatus uel mancus quomodò pugnare debeat cum prouocato integro.

75 Prouocans non potest modũ duellandi eligere.
76 Pedes prouocatus ab equite, & eques prouocatus à milite uel pedite quomodo pugnare debeant.
77 Prouocatus an poßit petere ut puniatur prouocator, qui in duello non obtinuit, aut detur si bi pro captiuo; & an prouocatori sint pacta seruanda, si banniatur, remissiuè.
Captus in bello per armigerum an sit captiuus capientis, uel sui Ducis remißiuè.
78 Patris consensus an sit necessarius in filio fami lias intendente duellare.
Duellare pro quibus iniurijs quis poßit, & non duellare, remißiuè.
Victus in duello negans esse uerum, non potest iterum prouocari.
79 Duellum in uno die cæptum & non finitum, an sequenti die finiri debeat.
Dilatio noua dari non debet in pugna.
Consuetudo patriæ & militum seruanda est inter duellantes.
80 Prouocans an possit mutare querelam in literis & cartellis.
Prouocatus potest insistere super prima querela ante quàm perueniatur ad secundam.
81 Accusati de crimine & condemnati ad mortẽ, an sit differenda executio per duellum futurum cum accusatore, uel alio: ob allegatam in hoc consuetudinem. & nu. 82.
82 Infames à duello repelluntur.
83 Mentiri non licet, nec fallere fidem, nec quenquam decipere mendacio.
84 Clericus coniugatus duellare non potest.
Nec clericus habens primos ordines.
Clericus ab arte gladiatoria non desistens, an perdat priuilegia clericalia.
85 Clerici non possunt interesse duellis.
Clericus qui duellauit, an in ordine prius habito administrare poßit, & an ad alios ordines possit promoueri.
86 Clericus iniens duellum deponendus est, potest tamen ab Episcopo dispensari, si mors uel mem bri mutilatio non sit inde secuta.
87 Prouocans uel prouocatus suscipiens ordines sacros, uel ecclesiasticam dignitatem, excusatur à duello.
88 Dominus potest suum uasallum prohibere ne pugnet.
89 Desistens à duello non incidit in Turpillianum, nec illius pœnam.
90 Desistere à duello an liceat cum licentia iudicis electi.
Miles existens in castris ab hoste prouocatus, non potest sine sui Ducis licentia pugnare.
91 Prouocator à iudice prohiberi potest ne alios prouocet.
Delinquens puniendus est in loco delicti.
92 Victus semel in duello nõ potest iterũ duellare.
93 Bona occisi in duello, innocentis reperti, eius hæredibus & successoribus restitui debent.
Occisus in duello an à uincente poßit spoliari armis & rebus cum quibus duellauit.
94 Ecclesiastica sepultura nõ denegatur mortuo in tormentis, qui causa uidendi conuenerat.
Probationes uulgares ab ecclesia reprobantur.
95 Occidens inimicum suum in duello licito, non tenetur de occiso.
96 Torneamentum quid sit.
97 Torneamenta & duella inuenta sunt instigatione Diaboli, ut exterminaret humanum genus & homines se interficerent, ac proprias animas perderent.
Torneamentum & duella sunt diuino iure improbata.
98 Litis contestatio in duello quomodo fiat. & nume. 99.
99 Prouocans ad duellum potest pœnitere ante q̃ reus prouocatus ueniat.
100 Duellare prætendentes an posint se submittere in iudicem forensem, utriusq; partis cõsensu.
Ligius sine consensu sui Principis in alium iudicem iurisdictionem prorogare non potest, et acta ab ipso iudice facta, nulla sunt.
101 Ortus ex illustri natione legitimus & naturalis, de proditione inculpatus, refutari non potest in duello.
102 Bastardus miles an in duello refutari posit, & nume. 104.
103 Victus qui per xxx. annos à uincente non fuit requisitus, an posit ulterius requiri.
104 Bastardus etiam militis filius non potest dici miles.
Bastardi non dicuntur de familia & casata patris.
Bastardi arma legitimorum portare nõ possunt.
Bastardi non dicuntur esse de cognatione uel agnatione.
105 Spurij nubilium aut militum non dicuntur nobiles, nec habiles ad standum in brachio militari.

Spurij de domo & casata non dicuntur.
Spurij non dicuntur coniuncti, nec nobiles.
106 *Emphyteusis concessa agnatis, filijs, & descendentibus, an transeat ad filios spurios.*
Spurij non prohibentur ab honoribus.
107 *Militaris dignitas an tollat spuritatem.*
108 *Comes palatinus apostolicus uel imperialis an possit legitimare non subditum in territorio alieno.*
109 *Comites Palatini non habentes comitatum. in odiosis & pœnalibus non ueniunt appellatione comitum.*
Nec Episcopus nullatenensis & canonicus supernumerarius. ueniunt episcoporum & canonicorum appellatione.
Statuta & leges strictè & propriè intelligi debent.
110 *Subditi possunt prouocare dominos suos ad duellum propter adulterium uel aliam offensionem.*
Pacati, inter quos noua lis oritur, an possint iterum in simul duellare.
111 *Legitimatus an succedat in emphyteusim ecclesiasticam.*
Legitimatus est suus hæres, et iura hēt suitatis.
112 *Legitimatus in testamento patris præteritus, uel sine causa exhæredatus. habet uim contra tabulandi & dicendi testamentum nullum.*
Legitimatus habet ius congrui.
113 *Filius naturalis tantum an excludat substitutū. & nu 114.*
115 *Nepos natus ex incestuoso coitu à nullo ex parentibus institui potest.*
117 *Duellum quandoque fit propter innocentię purgationem.*
119 *Duellum fit etiam ad purgationem glorię & ad odij exagerationem.*
121 *Sententia duelli est nulla & appellabilis, & nunq̃ transit in rem iudicatam.*
122 *Vasallus non potest domino pugnam offerre, nec illum in ius sine uenia uocare.*

1 VELLONAM antiquorum imprudentia aiebat Martis fuisse sororem: & ab ea dictum esse duellum latino vocabulo, & græco monomachia. qui duorū est pugna à monos ꝙ est vna & machia pugna: quasi vnica pugna, & singularis: de qua in Glo. legis qua actio ne. §. si in colluctatione. ff. ad legem Aquiliam.
3 † Et duellum impropriè etiam dicitur bellum, quando duæ partes pugnant: & bellum propriè dicitur vniuersum, vt Punicum in quo multa prælia possunt inesse in primo videlicet, & secundo cornu, dextero, & sinistro lateribus, in medio, & fiunt exercitus.
3 † Et an licitum sit duellum, & iustum dicatur bellum, dilucidabitur inferius.
4 † A Bellona dictū est bellum altera Martis sorore, ut scribit Mar. Varro. cuius templum fuit exigua colūna super qua hasta iactabatur dū bellum indiceretur in hostes: & de hac Bello a cantat Poeta: Et cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
5 † Et Pugna à pugnis dicta est: quia primitus pugnis pugnabat Antiquitas, tunc incognitis, & deficientibus armis: & prælium à prælo instrumento dictum, quo vuæ & oliuæ præmuntur: & ab imprimendo hostes per vim impellendo.
6 Et fit duellum pro gloria, & honore: & optimum est in re militari, quòd Imperatores, Reges, & Duces exercituum habeant semp in exercitu suo aliquos strenuissimos, & fortissimos milites qui sint prōpti ad singulare certamen: exemplo Mangli Torquati, Lutii sicci, Dentati, Curii, & Elegiarii, fortissimorum militum: qui ob egregia facta sua in singulari certamine pacem hæredem reliquerunt: & per viginti tres vices duellando mortuis semper hostibus victor extitit strenuissimus vir P.M. Seruilius Romanus Consularis.
7 † Duellum.n. est experimentum bellige ræ virtutis, inductum iure naturali propter odium ortum à natura cuius natura le, distin.i. Et facile prouenit quando homines sola sensualitate, & non rationis libramine reguntur c. de nostris. 20. q. 5. & c. Nabuchodonosor 23. q. 4. De quo habetur in Glo l. qua actione. §. si in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. vbi tollerabile habetur dummodo non fiat ex odio.

8 † Contigit per sæpe fieri aliquod egregiè factum in hostium conspectum per aliquem doctum, fortem, & expertum virum in re militari: vt pro animi gloria incendantur exercitus, & vt frangatur præsumptio hostilis, temeritasq́;, & audatia sua tollatur.

9 † Mortuo in duello vno ex ducibus Atticis obsidentibus Siracusas vnà cũ Calicrate Siracusano prætore fosso mutuis vulneribus solo duce supstite Nicia Atheniése tunc infirmo in tentorio existente; & ne sui trucidarent̃, & sua clasis ab hostibus cõbureretur, incendiũ Nicia fecit in locis vbi hostes sibi nocere poterant; & arte tali illos expulsit, & suos cũ classe ueasit à periculo.

10 † Committitur in re bellica duellum ex causa publicę salutis quod est gloriosum, & laudabile in re, & exercitio militari. l. i. §. bestias. ff. de post. & inst de excu. tut. §. Sed in bello: vbi habet̃ per gloriam viuere illos qui ceciderunt in bello pro salute, & honore rei publicæ: vt q̃ plures fortissimi antiqui milites fecerunt; exemplo Polidamæ strenuissimi Romani militis: qui in omni certamine attulit palmã Et idem fecit Saturninus filius Tritami robustissimus miles Pompei: not. Dominus Par. de Put. in tracta. suo de duello lib. 1. fol. 30.

11 † Scipio in Hispania pro ioco fecit duellare gladiatores, & corã eo duellare pmisit duos Hispanos principes in simul patrueles Corbé v3, & Orsciam causa regnandi: quorũ vnus periit in ipso duello.

12 † Et optimũ est in re militari, & exercitio bellico semper habere aliquos vt dictũ est, fortissimos viros in exercitu suo: qui hostes sua virtute perterreant; vt de Achille scribit Homerus, Teucros fuisse ab illo perterritos dum vixit: & mortuo Hectore, Troes non exibant ciuitaté ipsius timore; quo postea perempto, dolo Paridis sub ficta fide coniugii Polisenæ Teucri aperto Marte pugnãtes per egregia gesta peregerunt in gręcos: quorum demum fraude, & arte pelasga diruta fuit Troya.

13 † Legitur regem Anthiocum Lisiæ filiũ cum centum, & viginti millibus armatorum, & elephantis triginta duobus turritis castramentatum fuisse, & vnius elliægiarii perterritum fortitudine: qui elephantem inter hostes, & in eius conspectum solus interemit hostibus inuitis: & inde exanimatus sub mortua belua getulla Elliegiarus occubuit humiliter pacem petiisse, & exercitum in patriã suã illicò, & sine pugna transtulisse. Et si casus eueniret aduersus, abstinendum forte tunc erit à bello: in quo pauci strenuissimi milites persæpe in causa fuerunt uictoriæ.

14 † Nec paruum prælium est contemnendum in re militari, sed illi est omni studio occurrendus repente: quoniam ex parua neglecta scintilla, & non prius extincta, sæpe magnum consueuit exire incendium. Igitur paruo prælio est viribus totis operandum, ne procedat in maius cum periculo, & dedecore exercitus.

15 † In tribus casibus de iure feudorum videtur permissum duellũ, vt in. §. si quis miles, & in. §. si quis alius, & in §. si quis hominem, de pac. tenen coll. x. vbi Imperator habet respectum ad ius fori, vt in præscriptionibus inducentibus peccatũ, & non ad iura poli: vt in canone ecclesiæ Dei considerante salutem animarum c. fin. de præscrip. & c. malæ fidei possessor, de reg. iur. in vi.

16 † In vsibus feudorum dãtur casus quibus permittitur duellum propter quamlibet videlicet causam capitalem quinque concurrentibus: primò videlicet ꝙ ille qui prouocatur sit suspectus, vel diffamatus; secundò, ꝙ non aliter possit haberi vera probatio de eo quod inculpatur: tertio, ꝙ sit par prouocatus prouocanti, vel minor prouocanti: quia nõ licet minori, seu inferiori prouocare maiorem; & ascendere ad superioré; quia sunt seruandi gradus: quartò, ꝙ causa sit psonalis, & non pecuniaria. quintò ꝙ per duellũ sit electa uia duelli, & nõ via strepitus iudiciorũ ciuilium per Glo. fi. in l. cum filius. §. i. ff de leg. ii. & ꝑ tex. & Doc. in c. i. & ii. de purga. vulgari: & in titu. de cleri. pugn. in duello.

17 † In constitutionibus regiis, & imperialibus regni Siciliæ reperi in certis casibus permissum esse duellum l.prosequentes, & l.monomachiã, de pug.subl.lib.ii. & in l.comes, & in l.in consutilem, & in l.omnes, & in l nullus, & in l.præsenti, cum sequenti ibidem: vbi habetur de iuramento pugnantium in duello; & per do.Par.de Put.in vi.par. sui libri de duello.c.v.& in c.ix.vbi legitur de perditione; & per nouellam regiam pragmaticã imperialis, & regii culminis penitus tollitur duellum, & duellantes, & duellare volentes puniuntur naturali morte.

18 † Et quòd sufficiat data fides in duello, & pro duello, habetur per Alex.ab Imo. in l.iii.ff.de iniur.& tex.in dicta l.præsenti de pug.subl.lib.ii.const. Imperialium regni Siciliæ: vbi dicitur esse permissum duellum pro, & in crimine læsæ maiestatis indiciis dũtaxat præcedentibus; & non aliter, vt in d.l.in quæstionibus, & in l in consutilem: & in morte clandestina, & furtiua, aut abscõsa proditoriæ, & veneficii. Et an tale iuramentum duellantium possit præstari in die festiuo, dic ꝙ non c.i.& fi. extra de feriis: pro pace tamen iurare permittitur omni die, etiam festiuo, fauore pacis: vt in c. decretauit.xxii.q.v.

19 † Lex Federici Imperatotis de pace tenenda ponit duos casus quibus permittitur duellum. videlicet. Si quis intra tempora pacis hominem occiderit, & constet de homicidio punitur pœna capitali; vt fractor pacis: nisi per duellum probare voluerit; ꝙ hoc fecerit se defendendo; & iste est spetialis casus ꝙ duellũ est in optione rei. Alius casus est si intra tẽpora pacis vulnerauerit, & punietur vt fractor pacis; nisi per duellum probare voluerit ꝙ se defendendo fecerit: vt in.§. si quis alium, de pa.tenen.& per Bal. ibi, & per Ioan. de Lign.in tract. suo duelli c clxxv.& per Abba.in c.i.&.ii.de cler. pug.in duello, & per Doct.in c.monomachiam.ii.q.v.

20 † De iure longob ardo quilibet tenetur duellare personaliter, nisi minor ætas, vel senilis, aut infirmitas, vel sexus fœmineus impedierit illum, vel aliis casibus de quibus in Glo.c.i.de pacten. vbi habetur conuictum perdere manum: vt in l.i.de mono.lib.i.& in l.regis Alliprandi; quia incerti sumus de iudicio Dei: & multos audiuimus per pugnam sine iusta causa perdere causam suam. Sed propter consuetudinem gentis longobardæ legẽ impiam vitare nõ potuit Rex Longobardorum; vt ipse ibidem attestatur, adde Bal.de pac.iur.firm.in.i. col. Et iure longobardo permittitur duellum in viginti quatuor casibus: quos meminit Bal.in tit.de pac.tenen. & Par. de Put.in vi.parte libri sui duelli c.ii. Primò, videlicet quando agitur de crimine læsæ maiestatis. Secundò, de publico maleficio.l. fin.in longob.de malef.pub. Tertiò, de consilio mortis absconsę, vel occultæ; quando mulier imputatur de mrote sui mariti, vt in l.fin in long.de cons.mortis. Quartò, de obrobrio concurbitationis; vt in longob. de conuiciis l.i. & per Glo.in c.i. quib. mo. feud. amitt. Quintò, de homicidio facto inter treugam, & pacem. Et Sextò, de homicidio post pacem perpetrato, vt in l.i. de homicid. in longob.lib.i. Septimò, de morte furtiua l. fin. eod. titu. Octauò pro paricidio l.fin.in longob.de paric. Nonò, & Decimò, de improperio fornicationis liberæ mulieris: ut in l.ii.de iniur. mul. pro fur.facta à seruo in fuga constituto, pugna permittitur contra dominum l.i. in longob.de furt. Vndecimò, in l. si seruus, de fornic.facta cum vxore alterius; vt in longob.l.iii. de adult. Duodecimò pro re intricata inter venditorem, & emptorem.l.si res intricata, in longob. de reb.intric. Tertiodecimò, de ordine malo possessionis quinquenalis, vt in longob. qualiter quis se defendere debeat. Quartodecimò, de debito paterno negato peruento ex maleficio.l.si quis in longob. de testam.& in l.si quis post in longob. quando quis se defendere debeat. Decimo quintò, duellatur inter contrarios testes l.si quis cum altero in lõgob. de test. Decimo sextò de periurio facto scienter duellatur vt in long.de furt.& in tit.qua

liter quis ſe defendere debeat. Decimoſeptimò, pro inueſtitura prædii, ut in longob. de inueſt. Decimo octauò fit pro de poſito negato, ſi fuerit vltra viginti ſolidos: vt in longobarda l. ſi quis per ipſum. eod. tit. Decimo nonò de furto, & ſcalcho ſi exceſſerit vntiam auri, quæ eſt de ſolidis ſex, ſeu de ſex ducatis aureis: Nam in iure ſolidus eſt ducatus vnus, eſt glo. in. l fin. ff. de in ius vocando; & pro furto prædicto excedente vntiam ſuſpenditur fur in regno Siciliȩ prouiſione Regis. Vigeſimò, de morte proditoriè ſequuta per venenum. l. i. in longob. de mo noma. & in l. fin. in longob. de conſil. mort. & per tex. & Glo. in c. i. §. ſi miles militem de pace tenen. Si aliter probari non potuerit: & ſuper hoc iudicetur an ſit pugnandum, uel ne. l. vnica de homic. ad iud. non mittendo; niſi iudicatum fuerit. l. iii. ibidem in longob. Et ſic de omni cauſa capitali duellabitur de iure longobardo Vigeſimoprimò de cauſis ciuilibus excedentibus unciam. ſ. ſex ducatos vt in Gl. prædicta, & l. de fur. in longob. qualiter qs ſe defendere debet, et l. decet imperialem, de homicid. lib. homi. in longob. lib. i. Vigeſimo ſecundò, iure prædicto fit duellum pro inſtrumento prædiorum per uim facto. l. ſi quis dixerit. eod. tit. Item fit pro incendio l. ſi quis à ſe. in longob. eod. tit. Vigeſimo tertio de infidelitate. l. quibuſcunque. eod tit. & per Glo. in c. i. in §. non eſt conſuetudo. de alien. feud. pater. Vigeſimo quarto de rebus emphyteuticis. l. fi. in longob. in tit. de inſtrumento prædiorum, & per Bald. in. l. unica. C. de dediticia liber. tollen. & l. negantes. C. de actio. & obligat. & per Canoniſt. in cap. cum olim de reſti. ſpolia.

21 † Et in his caſibus quibus duellatur ex conſuetudine, immò abuſione hodierna; ex quo de facto obſeruatur: ꝙ plerunq; milites, & nobiles ſe adinuicem prouocant ad duellum, & de facto re ipſa exequuntur, perinde haberi debet ac ſi de iure permitteretur. not. Alb. de Roſa. in l. i. col. fi. C. de ſum. trin. & fid. cath. & dat exemplum de eo qui ſoluit vſuras, & illas poſt repetit, not. d. Philip. Deci. in conſ. cccclxxxvii. in iiii. vol. & in conſil. dclxxxv. in v. vol. & pugnant duellare volentes per ſe, vel per campionē: quòd de ȩquitate procedit, cum regulariter in duello de per ſe pugnent duellare uolentes: & in hoc ȩquiperatur criminali iuditio, in quo non interuenit procurator, niſi ad allegandum cauſas cauſæ abſentiæ: vt in l. penul. §. qui ad crimen ff. de publi. iudi. & l. ſeruum quoque. §. publico, ff. de procu. & c. licet, & c. veniens. de accuſ. & ratio eſt. quia non poteſt fieri ſententia condemnatoria contra procuratorem qui innocens eſt, ſed in perſonam domini qui eſt abſens. l. abſentem, ff. pe pœn.

22 † In duello tendunt duellantes ad proſtrationem, & exterminationem perſonarum, vt veritas eliciatur hoc probationis genere: & ſic in duello regulariter non interuenit cauſa pia, ꝑterquàm in caſibus à lege permiſsis: & in arbitrio ſtabit iudicum, vt dicit Ioan. de Lign in libro ſuo de bello c. 180. & 181. ſeruata æqualitate campionum habilium.

23 † In Gallia permittitur duellum in viginti duobus caſibus in omni videlicet crimine ꝙ probari non poſsit, excepto furto, vt dicit Illuſtriſs. Doctor. d. Ioan. Fab. qui Gallus fuit in §. per cōtrarium, ſeu interdum, inſt. de hȩte. quȩ ab inteſt. deferun. Inter quos caſus, eſt caſus leg. ſecundæ. C. quando liceat vnicuique ſe vendi. Item ob probationum diffidentiam, vt in c. veniens. de teſt. & in l. con ſenſu. C. de repudi. Item in caſu capitali vt famæ, de ſenten. excom. & de public. l. licitatio. §. illicitas. Et tenet Glo. in l. i. C. de dedit. liber. tollen. & in l. his penes quem. C. depoſiti: duellū eſſe licitū ex generali conſuetudine: & ꝙ victus in duello moribus militum approbato, ſi ſe victum vocat, & ſe ſuperatum fatetur, & reddit: & tamquàm in hominem mortuum poteſt in ipſum animaduerti.

24 † Et pacta inter duellantes ſunt ſeruanda, licet fuerint facta per metum, qui licitus eſt de natura victoriæ. l. in executione, §. fin. ff. de verb. oblig. de iure lon-

gob. permissum est duellum propter con suetudinem suæ gentis, & in illis videlicet casibus quibus de licentia superioris ex maxima causa permittitur: habetur p Bal. & Ias. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. in v. & viii. colum. p tex. inst. de hæredit. quæ ab intest. deffer. in §. per contrarium, & per Gl. ibi in verbo perduellionis, & l. i. C. de spect. lib. xi. & l. i. C. de gladiat. eod. lib. xi.

25 † Et plus dixit Bal. in c. i. de pac. tenen. & de eius violatoribus in v. col. motus p Gl. ibi. q duellum habet locum in casu quo reus victus punitur eadem pœna, ac si esset confessus: & mitius agitur cū eo, quàm cum confesso: quia est conuictus à præsumptione; qđ est notādum ad plures casus, q mitius est agendum cum eo, qui est præsumptione conuictus; & ex præsumptionibus, quàm ex confesso, vel confessione.

26 † De iure canonico reprobatum est duellum; vt ibidé tenet Bal. referendo fratré Ray. de Penna Forti, in tracta. suo de pugna, limitando ius canonicum dixit esse verum; nisi fiat pro defensione propriæ salutis: vt ibi in tex. Idem si pro defensione patriæ arg. l. i. §. bestias ff. de liber. & posthum. Idem si pro defensione filiorum, vel vxoris, vel aliorum, quorū iniuriam quis propulsare tenetur: sed pro defensione extranei non putat iniri posse duellum, nisi foret Campio per nota. in l. cum fundum, ff. de ui, & ui armata.

Et plus etiam dicit Bal. in l. ex hoc iure in iii. col. ff. de iust. & iur. Duellum esse licitum inter duos; quando vnus fuisset diffamatus coram Rege, si aliter fortasse non posset recuperare gratiam Regis: qa tunc necessitas facit probabile, qđ aliàs non esset. l. qui potueruut. ff. de manu. testam. Cum liceat vnicuique famam suā non derelinquere secundum Bal. in d. l. ex hoc iure, & per Glo. ibi in verb. iniuria: habetur per dom. Parid. in suo libro duelli in vi. parte c. vii.

27 † Hercules plures fuere bellaces, & fortes in duello, inter quos vnus Antheum gigantem occidit, & leonem, colūnasq; termini nauigabilis maris posuit; alius Cacum latronem occidit in Auentin o.

28 † Legitur Sertorium capta per vim vrbe Tygenda, reperisse sepulcrum Anthei gigantis: & id apertum fuisse per ipsum: & mensurato cadauere, id fuisse longitudinis. lxx. cubitorum.

29 † Et licet duellum sit experimentum virtutis, & innocentiæ in defectum omniū probationum repertum legibus: tamen est & naturę valde odiosum. l. i. C. de gla. lib. x. Nam multi in eo pereunt innocentes sub iusto clypeo, vt in longob. de his qui se defendere habent, & l. i. de monomachia in longobarda lib. primo.

30 † Nec licitum est quemq̄ prouocare ad duellum, sed licet prouocato se defendere: & nisi vrgeat necessaria necessitas, nunquàm est offerendum duellum, neq; est licitum illud suscipere eadé nisi pręmente causa necessitatis: argu. d. §. per contrarium, inst. de hæredib. quæ ab intest. defer. auctoritate tamen semper interueniente superioris, ex causa maxima vt supra l. i. C. vt armo. vsus in scio Principe lib. xi. Dicit etiam Gl. quòd potest iniri duellum pro defensione iustitiæ. & etiā circa res, qđ procedit vt in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & in leg. i. C. vnde ui, & c. sinificasti, de homic. & c. culpa, de reg. iu. in vi & l. metum. §. licet. ff. qđ metus causa: & quando liceat se sine iudice uindicare l. i. & ii. & l. qui furé. ff. de sicar.

31 † Nos aūt optime Princeps, dicimus illicitū esse, duellū vt aliàs Carolo Imperatori Quinto retulimus in ciuitate Bononiæ in præsentia nō nullorū Principū, & maximè in p̄sentia Ferdinādi Gonsaghę Domini mei honoratiss. verè militū patris: tempore quo Illustris Comes Guidus Rangonus ab Illustri Comite Petro Maria de Rubeis prouocatus ad singulare certamen duellare intendebat: quia diuino iure, naturali, canonico, gētium, & ciuili, omni post posita abusione prohibetur. Nam per duellum oritur homicidium, & proximi lęsio, & iniuria p̄mittitur contra charitaté, qđ est contra ius diuinū, & Dei præceptū videlicet nō occisor eris c. nō satis. lxxxiii. dist. c. charitas,

ritas,& c.proximos,de pœnit.disti.ii. Nã charitas est fundamentum omnium virtutum, & exclusio vitiorum: vt dicto c. charitas,de pœnit. distin.ii. Et duellum in se tenet naturam peccati, cum sit alienum à charitate,vt in c. xviii. Euthoronomi: Et ꝙ non vis tibi fieri,aliis,fecisse caueto, inquit Deus c.i. distin.i. & in l. xii.tabularũ tentatur ipse Deus ꝑ duellum,vt miracula faciat,videlicet vt debilis fouens iustitiã obtineat in pugna cõtra fortem:qđ est contra ius diuinum:nã ꝑcipitur in Euangelio non tentabis dominum Deum tuum c.fin.de purg.vulg. Prohibetur duellum de iure naturali, & gentium:quia abhorret natura hominẽ trucidari,& interfici opera mala Diaboli:cuius instigatione fuit introductum duellum;vt extirparetur genus humanũ sibi odiosum c. Nabucdonosor xxiii. q. iiii. Nam illud non est attendendum ius naturale, quod prouenit ex sensualitate, & odio naturali: Sed est attendenda ratio illa Diuina,qua vnicuique concessum est liberum arbitrium peccandi, & non peccandi:& Homo sequi habet diuinam rationem,& non feri animalis arbitrium:vt cantat Ouidius. Pronaq; cum spectent animalia cætera terram, Os homini sublime dedit,cœlumq; videre Iussit,& erectas ad sidera tollere palmas: accedit ad prædicta tex.in l.vnica C.vt nõ liceat quis sine iud.uindic.l.negãtes.C. de action.& obligat. & l.extat. ff. quòd tus causa.

32 † Et certè peccant Principes illi q dant duellare volentibus licentiam duellandi l.vnica C.vt armorum vsus lib. xi. & c. i.de cler.pugn.in duello: ꝑ quod omnia iura, leges, & consuetudines tolluntur, & corriguntur: quæ duellum permittebant quacunque explosa abusione.

33 † Et est quãdoque duellum prohibitum naturali iure, sumendo ius naturale pro naturali intelligentia: quæ idem est, ꝙ est ius gentium:& Natura quidẽ abhorret genus humanũ exterminari ꝑ duellum; & æquitas naturalis iuris gentium tendit ad conseruationem illius:nec cõsuetudo valeret in contrarium: habetur ꝑ Hostien.in summ.sua:& Alb.de Ros. in l.qua actione. §. si in colluctatione.in Gl.ff.ad leg.Aquil. & sic non potest consuetudo facere duellum esse licitum c.ii. de purg.vulg.& l.i. C. de glad.lib. x.& ibi.per Doct. & in c.pro humani,de homic.lib.vi.& §.i. authen. & nulli iud.& l.cum filius.§.i.ff.de leg.ii. Quia est tentare Deum c.monomachiam,iunctis ibi Glo.ii.q.v. exprobatione.n. quæ fit per duellum, nulla potest oriri iustitia, nec æquitas esse potest:vt,in Leuitico c. xix. vbi dicitur,nec facias quòd iniquũ est.

34 † Nec morientibus in duello est dandũ Eucharistiæ sacramentum,quibus,& ecclesiastica denegatur sepultura c.i.de torneam.& firmat Gl.in d.c.monomachiã. ii.q.v.& in tit.de cler.pugn.in duello,& de torneam.& de vulg.purg.c.i.& per totum tit.& de glad. C.l.i.cum Gl.ibi. Et. sic omni iure prohibitum est duellum diuino,canonico,& ciuili:vt ĩ dictis iurib.

35 † Posset distingui pro resolutione iuris ciuilis; aut tractatur de publica vtilitate totius exercitus,& Populi: & tunc vnus posset pugnare cũ alio:vt mors tollatur multorum, & pax sequatur concordia tali:& ita intelligi potest Gl.in l.qua actione. §. si in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. ꝙ vnus pugnet pro honore,& gloria:& pro ostensione fortitudinis,& vtilitate publica. Aut quando tractatur de tollenda poblica iniuria totius exercitus,& populi,& tunc etiam pugnatur. Aut quando tractatur de publica voluptate,iniuriaq; priuata,honore, & vtilitate priuata:& tunc non pugnabitur: & ita intelligi potest tex.in l.i. & ii. C. de gladiat.lib xi.& in l.excepta ,& per totum tit. C.de spectac.senis,& lenonibus lib.xi.& in l.vnica C.de expensis ludorũ,& in l.i.§.item Senatus.ff. de postul. & in l. Athletas.ff. de infamibus, & l.ii. ff.de aleator. habetur per Paridẽ de Put. in suo tract.duelli in vi.parte c.iii.iiii.& vi. & an pro defensione aliorum liceat duellare ibidem tangit Par. in c.vii. & si quis occisus fuerit causa letitiæ inter duellantes Principis auctoritate, an teneatur de occiso habetur ꝑ Par. ibidem.

36 †Et cum de iure ſit prohibitum duellũ: ſi prouocans, vel prouocatus ad duellum deſiſteret duellare non poteſt deficiens pingi de iure in tabella: vt quidã imprudenter noſtri temporis milites putant ſibi licere: vt dicit Ioan. de Imo. in l. filius familiàs. §. fin. ff. de. leg. ii. Nec obſtat regem Dauidem duellaſſe cum Golia, & illum occidiſſe: vt in teſtamento veteri legitur in lib. Regum. xviii. & in d. c. monomachiam. ii. q. v. & per Glo. ibi c. gaudemus. de diuor. & c. ſi non licet. xxxiii. q. v. Nam Canon expreſſè dicit Sacræ ſcripturæ Euãgelicæ, non occidas: & pone gladium tuum in vaginã; & dilige ꝓximum tuum ſicut te ipſum: & ora pro inimico tuo; & hoc eſt Dei, & ſuæ diuinæ charitatis præceptum: & duellũ eſt vt dixi cõtra diuinam charitatem: igitur non permiſſum: nec factum Dauidis trahendum eſt ad conſequentiam, ut d. c. monomachiam; & iuſto bello per Deum indicto cõtra Goliam hoſtem, & deſtructorem populi Iſrael, licitè potuit occidi Golias, vt in l veteri: quia hoſtis erat Golias populi Dei: & illum perſequebatur, & vtramque legem adimpleuit Dominus, quando Petrus incidit aurem Malcho adimpleuit legem veterem: & legem poſt nouam dedit dicens Petro, pone gladium tuum in vaginã: & tunc interdixit homicidium fieri, & aurem Malcho ſanauit bonus Dominus.

37 †Fugiamus peccatũ, & Diuina iura ſeruentur, inquit tunc prudenter Inuictiſſima Imperialis, & ſemper auguſta maieſtas, licet bellaciſsima, & tantæ diſcordię procerum, finem impoſuit ſuo ſancto imperiali decreto: quòd per gratum fuit Romano Pontifici Clementi Septimo Domino meo clementiſsimo, cuius anima requieſcat in pace: & omnis Catholicus reſpondeat Amen.

38 †Et licet in mero quandoque ſtet arbitrio Principum permittere, & concedere, vel non permittere, & non concedere duellum ex maxima, & vrgenti neceſſaria cauſa: ut ſupra dixi de iure fori militaris, & non de iure fori diuini poli, neque ciuilis, neque canonici: vt dixit Dominus Petro, & Apoſtolis ſuis quando erga diſcipulum, quem peramabat Ioannem Euangeliſtam, inquit volo huc te manere donec veniam: & tũc factus fuit ſermo inter fratres condiſcipulos ꝙ diſcipulus ille non moritur: & reſpondit Dominus non dixi ꝙ Diſcipulus ille nõ moritur, ſed ꝙ volo huc ipſum manere donec veniam: quid ad vos? cuius exemplo Principes prudentiſsimè faciunt in non concedendo duellum, ꝙ eſt in mero arbitrio ſuo: vt C. vt armo vſus inſcio Principe, & l. ſi vacantia, & per Ang. de Peruſio ibi. C. de bon. vacant. lib. x. Et denegando illud, non grauant aliquem: vt dixit Dominus ſi volo ipſum huc manere donec veniã, quid ad vos? l. i. §. apud Iulianũ. ff. de leg. primo & l. non quidq̃d ff. de iudiciis. Ex quo non eſt iuſta cauſa permittere duellũ. Nam dépto caſu proditoris, in arbitrio ſemper ſtat Principis illud concedere, uel non: & nullam partẽ grauat de iure fori, neque de iure poli cap. cum olim de reſti. ſpol. & cap. ſicut de iure iur. & ibi per Innoc. & c. cum noſtris, de conceſſ. prębend. & c. i. §. ſimiles de cler. pa. uiolat. Dominus Paris de Put. in viii. parte ſui lib. duel. ponit pacta duellantium pro lege fore ſeruanda, ꝙ iuri, & rationi conuenit in caſibus, in quibus foret permiſſum duellum: & quãdo vnus leuiter armatus in primo curſu poſt terga equi, & alter cecidit in terrã: & quando duo longo tẽpore pugnarunt, & vnus modo erat deſuper, modo deorſum: modo alter erat deſuper, modo deſuptus, an fuerint ſeparandi: & quando ex conſuetudine ciuitatis iuuenes pugnant, & colluctantur: & quando frater vnius ex duellantibus clamauit in fauorem fratris, vt contra alterum iret, an ſit puniendus: & quando alter currens ab altero inſecutus cęcidit, & crus ſibi fregerit, an inſequens ſit victor: & quando ſit facta conuentio, ꝙ qui plura vulnera faceret victor foret: & plures ſint vno ictu factæ percuſsiones cum ferro biſurcato, triſurcatoque, & ultra cum ſimilibus armis: & quando vnus euulſit oculũ alteri, qui illi narem abſcindit: quis præ

dictorum habeat maiorem honorem: & quando vnus percussit in brachio debilitando brachium in totũ: & alius percussit in tibia, ita ꝙ tota fuit debilitata tibia: quis prædictorum habeat maiorem honorem: Et quando mancus pugnauit cum dextro, & ambo sint percussi in manibus: & quando factis hinc inde percussionibus vlterius non pugnant; quis horũ victor dicatur: & qñ quatuor pugnãt & vnus occiditur, & alter capitur, an ille captus sit captiuus amborum: & quã do est factum pactum ꝙ septem pugnent cum septem, & duo ex vna parte ceciderunt, & ex alia quinque se pessimè gesserunt: & reliqui duo optimè: & quãdo prouocator abstulit ensem prouocato: & alter eum non superauit: & quando prouocator equester duellando detulit igni tum artificiũ, vt equus fugeret alterius: & an prouocans qui recedit debeat puniri: & qui ui armorum se occidit, possit allegare vim, & metum: & nõ fecisse spõte: Et an conqueri possit, quis duellantium de iudice diuidente duellum ante finem duelli: & quando vnus erat percussus cum effusione sanguinis, & alter iacebat, in terra: & ille stabat cum ense, ut illum interimeret: & fuit duellum diuisum: & percussus inde fuit alienatus mẽte, & an si Princeps qui duellũ cõcessit parcat victo, possit victor petere à Principe expensas factas in præparamẽtis duelli: & circa prædicta me remitto ad not. per dominum Parid. de Put. in libro suo duelli, & ad cõsulta ꝑ me iam impressa.

39 † Quæro de capto in duello, qui relassatus fuit sub fide, an possit deinde occidi per victorem: & Dic conclusiuè ꝙ non: tenet Bar. in l. q à latronibus, de testam. & per Cyn. in l. si libertas. de sta. hom. & per Pari. de Put. in prima quęst. sui lib. noni de bello. Quibus pro nunc ommissis, queritur an sit licitum insultato se defendere: dic, vt aliàs dixi ꝙ sic, pro defensione personę, & bonorum l. ut vim. ff. de iust. & iur. & l. i C. vnde ui. c. si vero, de senten. excom. & extra de homic. c. significasti: licitum enim est pro recuperãdis bonis cõuocare parentes, & amicos: quos defendere licet l. iii. §. cũ igitur, cũ Glo. ibi ff. de ui, & ui, armata, & l. Gracchus C. de adult. c. i. xxiii. q. i. c. ii de homic. c. dilecto, de senten. excõm. in. vi.

40 † Et licitum cuiq; est, obuiare errori occurrendo vbi possit obuiari: & non obuians consentire videtur errori c. error. lxxxiii. dist. & c. consentire videt̃ ibidẽ: quia prouenit ex charitate obuiare erroribus c. proximos, de pœniten. distin. ii. Quòd etiam procedit in clerico si fieri potest cum moderamine inculpatæ tutelę repulsando violentiam, puniendo temerariam. c. contingit, et c. nuper, de senten. excom. & nemo incidit in irregularitatem sine dolo; Glo. est in clemen. si furiosus, de homicid.

41 † An liceat militi duellare propter honorem suum, & nõ fugere aggressorem, dic ꝙ sic: vt consuluit Bart. Veronensis in consi. xviii. in. iii coll. consiliorum crimiualium suorum quia turpe est militi, & nobili viro propter honorem militarem, & nobilitatem suã fugere. Et proptereà nobilis quidam eques Rauennas, virtute præditus, animo inuictus, dũ foret inermis; et aggressus fuisset à quodam alio equite Rauẽnate associato cum sex aliis militibus etiam Rauennatibus omnibus armatis, fugere noluit: ne propter fugam sua nobilitas, virtus, & honor ipsius militaris macularetur: & maluit potius mori gloriosè pugnando pugnis, & aliis fortissimis gestis corporeis inquãtum potuit, quàm turpiter fugere; inquiens magna voce non licere sibi nobili fugere, cũ fuga vilem redderet ipsum: & de nobili ignobilem faceret, cuius gestum virtutis roboratur doctrina Bart. in l. i. C. vnde vi: quę patitur distintionem personarũ, locorum, & armorum: firmant quidam licitum esse duellum pro defensione sui maculati honoris; cum ille sit crudelis qui negligit proprium honorem, & famam: honor, & vita comparatur, & pręfertur omni commodo pecuniario. l. Iulia. ff. si quis omissa causa testamenti.

42 † Ideò si rusticus insultaret nobilem, nõ debet nobilis fugere, licet fugere posset: cum fuga reddat quem vilem, habetur

per Bal.in c.i. de pac. tenen. col.v.& per Cy.in l.ex plagis, & in l. scientiam.ff. ad leg. Aquil. & l. eadem.ff. ex quibus caus.maior.

43 † Et dicebat Ioan.de Lignano in lib.suo de bello c.cxvi.& cxvii.quòd si miles fo ret aggressùs à suo vicino reputans sibi ad vituperium fugere expectauit illum, & ipsi resistit,& eum percussit;an censea tur vim vi repellere, videtur ꝙ non, per tex.in l.scientiam.ff.ad leg. Aquil. & Gl. in.l.i.C.vnde vi;dicit inter audacem, & timidum virum fore distinguendum mo difice;cuius dictum firmant esse verum Doct.in l.in eadem.ff.ex quibus caus.ma ior.Et non obstat dicta lex scientiam in §.qui cum aliter: quia non poterat tunc euadere sine periculo suæ famæ, & hono ris:quæ non possunt reparari per iudicẽ l.Iulia.ff.si quis omiss.causa.testam. Et èconuerso,an liceat vili, & debili homi ni se tueri cum ense contra fortem cum percutiendo pugno;& videtur quòd sic, cum sit pōderanda æqualitas.l.fin.C.de fruct.& lit.expen.cum simil. Contrariū putant quidam esse verius; nam si quis vult tibi quid surripere violenter,cū fue ris eo viribus impar: an tibi liceat illum percutere armis,& dicunt ꝙ non: quia fieret compēsatio corporis ad rem, quod esse non debet.l.fi.C.de sacrosanct.eccl.

44 † Et tu distingue, aut quis vult propulsa re violentiam illatam personæ, aut re- bus;primo casu licet etiam cum armis, vel aliter se tueri:si aliter recuperari non potest.l.si quos.C.de appell. Secundo ca su si per viam iudicii recuperare non po teris,licebit rem tuā tutari,& furem oc cidere,aliàs non.l.furem.C.ad leg.Cor- nel.de sicar.Et ita intelligitur lex vnica. C.vnde vi,& l.iii.§.cū igitur,& ibi Glo. ff.de vi, & ui armata: & sic intelligendū est cum moderamine inculpatæ tutelæ ex qualitate armorum,locorum,& facto rum: vt tenet Ioan.de Ligna.in lib.suo de bello in c.cxii.Et casus prædictus, ri- xa potius,& armorum impetus nuncu- pari potest,quàm duellum,quod fit quan do legitima discussa causa cum auctorita te superioris.

45 Et si quis victus fuerit in duello pro cri- mine capitali,an puniri possit morte na turali tanꝙ si foret confessus delictum; dic ꝙ non,vt supra dictum est: quia esset dare modum vindicandi ex præsumptio- nibus,& contra leges iudicādi: Nam hęc esset præsumpta, & non vera confessio c.i.& ii.& per Docto. ibi de cler.pug.in duello,vt supra dictum est.

46 † Et an prouocans ad duellum, & inde succumbens teneatur ad pœnam talio- nis, probè tenet Ioan.de Lign ꝙ sic in c. cxc.sui lib.de bello,ad similitudinem iu dicii criminalis contentiosi, vbi imponi- tur pœna talionis accusanti succumben- ti.l.fin.C.de accus.& c.super his, & c.li- cet,extra eodem tit.

47 † Et de iure habetur non esse locum in scriptioni ad pœnam talionis nisi serua- retur consuetudo legis longobardorum: & cum sit reprobatum duellum iure di- uino,ciuili, & canonico. posset succum- bens in duello accusari in iudicio conten tioso;vt de purg.uulg.Quòd secus foret, si pugnasset pro crimine lęsæ maiestatis: tunc uictus perinde haberetur, ac si con fessus & conuictus fuisset,& foret punien dus non tamen naturali morte, sed alia mitiori pœna superioris arbitrio iudica- re debentis c.i.cum Glo. & per Bald.ibi col.v.de pac.tenen.quia nō est vera pro- batio,sed diuinatio: vt dicit Imperator Federicus in const. monomachiam. de pug.subl.lib.iii const.regni Siciliæ.

48 † Quæro de prouocato qui latitauit pu- gnare,& de illo qui latitauit ne sibi lite ræ intimarentur duelli faciendi, quid sit agendum, aliàs consului,& ibi me remit to:& habetur per d.Par.in lib.vi.sui duel li.c.xix.fol.20.

49 † Quæro an victor possit præcipere vi- cto in duello, vt vilia seruitia faciat,dic vt aliàs consului ꝙ nō: & per Par.in.ix. parte sui lib.duelli in ii.q. Quæritur de vasallo qui duellando captus fuit,& vi- ctor relaxauit illum sub fide;& inde vo- catus fuit à domino suo,& à vincēte,cui magis parere habeat:Dic si duellauit do mino suo consentiente parebit victori, aliàs secus;habetur latè per dom. Par.de

Put.

de Put.in suo tractatu duelli in.ix. parte. q.iii. & in.iiii. v. vi. q. decidit probè casum an victus relaxatus sub fide habeat parere uictori rebelli effecto, vel excommunicato; & quando sic, & quando non, & quid si timet carcerari à victore an teneatur accedere ad illum.

50 † Quæro de eo qui acceptauit partitum duellandi, & contumax inde fuit alio in campo, seu in steccato tota die statuta il lum expectante; quomodo accusabitur ipsius contumatia: & fiet sententia per iudices contra ipsum; dic post meridiem trino emisso banno de mandato iudicis alta voce proclamabitur, si talis sit præsens miles, vel alius pro eo legitimus excusator, quia talis comparuit statuta die duelli pugnare paratus cum eo iuxta conuenta: declinante autem Sole, & adhuc latitante: & non comparente aduersario iterato: instandum est per illũ qui comparuit, & tota die expectauit in campo, qualiter venit cum armis duellare paratus in steccato pro tali causa cum tali, qui latitauit conscius suę culpę: & diffidens de malo suo iure non cõparuit: & accusata ipsius contumacia, instabit petendo sententiari, & declarari in dedecus, vilipendium, & infamiam ipsius non comparentis: qui contumax adhuc non pronuntiabitur: Sed iterato citabitur ꝑ preconem, & emisso banno de mandato iudicum, expectabitur vsque ad solis occasum: & apparentibus stellis, iudex electus cum expertorum rei militaris consilio pronuntiabit, & declarabit illum esse contumacem, & pro confesso haberi, & iniustam habuisse, & habere querelam, & propterea non comparuisse, Sed latitasse, & noluisse duellare ob ius suum falsum: & pro victo, & diffamato milite haberi: & ita cum effectu fuisse, & esse in futurum reprobandum, & reprobatum à militum pugna: quia aduersarius suus vt supra comparuit statuta die in campo electo, illo latitante, & contumace, existẽte tota die, ipsumq; comparitum absolutum pro honore suo; & pro victore haberi declarabit, & in expensis condemnabitur contumax c.si nem, de dolo, & contum.l. Terminato C.de fruct. & lit.expensis. Sin autem comparuerit, & victus permanserit, hæc non propria, neque vera dicatur victoria, sed præsumptiua, & cũ non propria, sed præsumptiua, & ficta sit: & dicatur confessio: tunc mitior esse debet iudex quando proceditur ex præsumptionibus in non condemnando victum in expensis: ita tenet Bal.in auth. generali. C.de episco. & cler. quæ sententia cum ęqua sit, etiam habebit locum in contumacia prædicta, cum in ea sit ficta confessio, & non uera.

51 † Tenent quidam in l.ex hoc iure.ff. de iust.& iur.captum in duello, & seruatũ fieri seruum pœnæ, & testari non posse per tex.in l.si libertas.ff de stat. hom.& secus fore de morientibus in eo: contrarium tenet Bal.& bene in c.i. de pac.tenen.in ccl.vi.

52 † Quęro si Doctores variæ professionis habeant acceptare partitum duellandi per se, vel per campionem prouocati ab armigero: me remitto ad aliàs ꝑ me consulta: habetur & per Par.de Put.in suo tractatu duelli parte.vi.in c.xx. fol.20. Quæro de casu, si captus in duello fuerit relaxatus sub fide: & inde effectus fuerit Princeps, an habeat illi parere, dic ꝙ non, propter adeptam dignitatem: habetur per do.Parid.in lib.suo duel.ix.in c. viii. & ix.vbi ponit de armigero qui cũ pluribus pugnauit, & ab omnibus sub fide relaxatus fuit; & deinde ab omnibus interpellatus; an omnibus, vel cui eorũ habeat prius parere, & ad illum accedere, dic ad primum victorem, vt aliàs consului de eo qui cum pluribus gradatim pro uariis querelis pugnauit, nam obligatus duobus debet parere illi cui primo promiserat.l.priuilegia.ff.de priuil. credit.Et inde secuta via strepitus iudiciorum non potest vlterius duellari, vt supra diximus per Glo.in.l. cum filius. §.1.ff. de leg.ii.& in c.i.&.ii.extra de pugna-cano. Et an facta propulsatione iniuriæ facti, aut verbalis possit deueni re ad pugnam, habetur per do. Parid.in lib. suo duel.vi. in c. xvi. xvii. & xxxi.

Quid de prouocato, vel prouocante la-
titante agi debeat: de quo aliàs consul-
ui quid esset agendum: vide quæ con-
sului, & per Par. de Put. in. vi. parte sui li
bri duelli fol. 20.

53 † Quæro nunquid ille qui moritur in pu
gna singulari moriat͂ seruus pœnæ. Bald.
in c. i. de pac. tenen. dicit illum esse simi
lem illi qui moritur in tormentis non-
dum condemnatus. Ideò nõ moritur ser
uus pœnæ; & suum testamentum non
rumpirur, allegans rationem hanc vide
licet. quia illi qui occiduntur in bello
nõ moriuntur serui pœnæ, secus si cape
rentur, & seruarentur: vt in d. l. libertas.
ff. de stat. hom. ꝙ contrarium ego puto
per ius postliminii quo capti finguntur
liberi, & mortui in ciuitate: Ad prædi-
cta faciunt not. per do. Par. de Put. in. v.
par. de duello; & per totum tit. ff. de capt.
& postl. reuers.

54 † Regula est ꝙ omne primo fiat experi-
mentum in iudicio, & per probationes
legitimas contra prouocatum, & tene-
tur prouocator probare per indicia, &
& coniecturas, antequàm perueniatur
per viam duelli: cum pugna singularis
æquiparetur torturæ: quę non debet fie
ri nisi legitimis præcedentibus indiciis
l. quicunq;. C. de ser. fug. & l. maritus.
ff. de quæ. & l. si q. C. ad leg. Iuliã maie.

55 † Et quæ sint legitima indicia, & qualia
sufficiant stat in arbitrio iudicis: quòd
arbitrium regulari debet secundum le-
ges. l. milites, & l. de minore. §. tormen-
ta. ff. de quæst. & per Bald. in. l. i. de pac.
tenẽ. alioquin quilibet strenuus, vel ma
lus homo, & desperatus miles alium, &
forte debilem ad pugnam sine causa pro
uocaret: quod esset iniquum, iniustum,
& absurdũ arg. l. Senatus. ff. de iur. fisci.

56 † Quæro de casu: quidam extra patriam
duellauit cum auctoritate superioris, &
occidit eius inimicum in duello, an re-
diens in patriam puniri possit de homi-
cidio: dic excusari superioris auctorita-
te, vel abusiua consuetudine ab homici-
dio: prout late disputauit Ang. de Pe-
rus. in. q. incipiente duo milites gallici,
& ibi me refero, & ad aliàs ꝑ me cõsulta
habet͂ & per Par. de Put. in vi. parte sui
lib. duel. in c. xxi. Quęro si ratione insi
gnorum, & armorum possit procedi ad
duellum, dic vt aliàs consului: & habe-
tur per do. Par. in vi. parte sui lib. duel.
in c. xxxiiii. fol. 23. Et est notandum, ꝙ
quilibet potest sibi eligere insigne ex
herbis, floribus, & arboribus, lapidi-
busve, terræ absq; priuilegio.

57 Quæro de quæstione: an re integra pos-
sit reuocari duellũ mutuo dissensu absq;
superioris auctoritate antequàm ingre
diantur campum, seu locum duelli; ꝙ
vulgo steccatum dicitur, muris, vel fo-
ueis, argeribusve, aut lignis, vallis, vel fu
nibus circundatum, dic quòd sic, secun
dum Bal. in c. i. col. vi. de pac. tenen. Nã
mutuo consensu non æquè, neque licitè
fiebat. Ideò iustè ab eo mutuo dissensu
desistitur: ꝙ secus foret, si fuissent redu
cti in campo duelli: quia abolitio conce
di, & fieri debet tunc à superiore ex quo
fuit inter ipsos cõuentum pugnare: ideò
est necesse ꝙ pugnent, cum publicę vtili
tatis intersit peccata innocentum appa
rere. l. eum qui nocentum, in princip. ff.
de iniuriis.

58 † Et quis bellantiũ incipiet primo duel
lare, & vulnerare, an prouocans, vel pro
uocatus: Dic regulariter ad prouocantẽ
spectare: quia actor esse fingitur: Sed or-
do in hoc non seruatur bestiali actu, sed
locus erit pręuentioni, & prætensa con-
suetudo, & seu magis abusio seruabitur
cum partium conuentione.

59 † Quæritur de illis qui tetigerunt sexa
gesimũ annum suæ ętatis, & minores vi
gintiquinque annis an duellare prohi-
beantur à iure in casibus abusiuè permis
sis: dic ꝙ non, propter ætatem senilem,
& nimis iuuenilem ætatem respectiuè,
cum eorũ personæ sint immunes à duel
lo iuris priuilegio: Sed bene possunt ꝑ
sui defensione, & loco sui si uellent aliũ
ponere campionem: secundum statuta lo
calia Federici Imperatoris: & quia di-
scretionem in se habent, & æquitatẽ na
turalẽ: Ideò de ipsis hic mentionẽ feci.

60 † Et idem est dicendum de fœminis quæ
pugnare prohibentur de iure: quæ si pu

gnare voluerint campione, aut mundualdo, vel affine aliquo ſuo pro honore pugnabunt in caſibus à lege permiſsis longobarda, in loco vbi ſeruatur, & vigeat iniqua cõſuetudo: videlicet pro falſo adulterio, vel falſa inculpatione virorum: vt in longob. non exiſtentibus & probationibus legittimis.

61 Et † poſtq̃ electi fuerunt campiones pro ſenibus, minoribus, & mulieribus; corporaliter iurare tenentur campiones in forma, poſtq̃ intrauerint locum duelli, vt moris eſt cauſa pugnandi ſe credere eorum dominos, & principales, pro quibus ſunt pugnaturi veritatem, & iuſtitiam fouere: & ꝙ pro ipſis ſe omni ſtudio, & diligentia, ex toto ſuo poſſe pugnabunt: habetur in lege Federici Imperatoris in tit. de iur. præſtan. campio. poſtq̃ intrauerint circulum pugnatoriũ: & per Bal. in l. i. col. x. de pac. tenenda & per Paul. de Lign. in vltima add. ſua facta ſuper libro de bello Ioan. de Ligna. in c. cxciiii.

62 † Et pugnantes principales perſonaliter iurabunt quandoque eſſe verum, & quãdoque ſe credere fouere iuſtitiam; & eſſe verum l. i & ii. C. de iuram. calum. & l. illud, ff. ad leg. Aquil. & l. fin. C. ad leg. Cornel. de falſi. & c. tranſacto, de conſti. l. mẽtio in lõgob. qualiter quis ſe defen. debeat lib. ii. licet Reus de iure non arctetur ad iurandum circumducta conſuetudine ſecundum Ioã. de Ligna. in lib. ſuo de bello in c. clxxix.

63 † Et poſſunt Principales in integrum reſtitui ſi dolo falſi campionis, vel mundualdi reſpectiuè forent victi: ſicut ſi eſſent victi per falſos teſtes. Et ſi deierauit falſus campio, aut mundualdus ſcientes, debet ei manus amputari vt falſo teſti: q ſimili pœna punitur: niſi falſum depoſuerit contra liquem inquiſitum de crimine. per qđ ſi cõuictus reus fuiſſet pœnam mortis naturalis fuiſſet paſſus: & eadem pœna puniendi ſunt teſtes falſi: qui falſum depoſuerunt in tali cauſa l. i. ff. ad leg. Cor. de ſica.

64 † Nec de iure poteſt pugnare mulier perſonaliter, cum officium ſit virile pugnare: ideò per Campionem, vel mundualdum, filium, generum, aut affinem ſuum pugnat: habetur per d. Par. de Put. in vi. parte ſui trac. duel. c. xxix. ꝙ forte falleret in mulieribus bellacibus, vt in Taleſtri Regina Amazonum, & in Amazonibus ſuis bello inſtructis: legitur Amazones tempore Alexandri magni fuiſſe bellaces in Scithia incolentes apud flumen Thermodontis de quibus dicimus, & inferius plura dicemus locis ſuis.

65 † An captus in duello ſub fide relaxatus à victore, vel alteri donatus pro captiuo poſsit remitti per pecuniam. & an ſit captiuus filiorum victoris eo mortuo: & an captus vocatus, à victore impeditus venire excuſatur; de prædictis me remitto ad conſulta per me aliàs: & ad not. per d. Par. de Put. qui illas diſputauit in ix. parte ſui lib. duel.

66 † Quæro de illo qui duellauit cum bannito, & illum occidit, an debeat habere pœnam ſtatuti concedentis præmium illi qui bannitum occidit, dic ꝙ non: quia hoc non fecit principaliter fauore rei publicę: ſed ad ſuam defenſionem l. i. ad Sylla. & l. ſi quis nec cauſam, & l. rogaſti. ff. ſi cert. pet. & per d. Par. in ix. parte ſui duelli.

67 † De ætate quæritur, quæ nam ſit legitima ætas tã de iure Canonico, quàm Romano, ciuili, & longobardo memorato ſimpliciter ętatem legitimam, vt in caſibus legis Imperialé de pac. iuram. ſirm. intelligitur de ætate xxv. annorum ſecundum ius Canonicum, & Romanum l. fin. C. de his qui ven. ætat. impet. & l. cum filio, ff. de leg. iii.

68 † De iure autem longob. lapſu. xviii. annorum eſt legitima ætas l. i. in longob. de proh. alien. mino. lib. ii. & hac ætate. xviii. annorum in Regno Sicilię, vbi ius longobardum ſeruatur, & præfertur iuri ciuili Romanorum, & l. puritatem de officio baiuli in Imper. conſt. & liberant à curatione minores, & ſine curatore cõtrahunt legitimè poſt decimum octauum annum.

69 † Minor xviii. annorum in Regno prædicto non pugnabit inuitus: quia ipſum

excusat ętas minor xxv.ann.sicut senem excusat ætas senilis excedens annos sexaginta.l.penu.in longob.qualiter quis se defen.deb.& l.si rusticus,de pa.tenen. & de eius violatoribus.

70 † Sed & si pugnare voluerit cum ꝓpria sua persona sine Campione,vel alio affine:quia de ꝓprio facto agitur iurabit, & ex quo vult pugnare admittitur per ea q̃ dicta sunt;: quia volens ad ꝙ cogeretur inuitus propter iuris priuilegium: tenet And.de Iser.in l.Imperialem,de pac.iur. firm.per tex.in l. cum donationis,C. de transact.& contrariũ disponitur in cõst. Imperial.Regni Siciliæ: vt in l. consuetudinem prauam de æqual. & ætat.pug. lib.ii. vbi habetur minorem annis vigintiquinque, & maiorem lx. annorum nõ pugnare, ꝙ æquitati conuenit iuri ratio ni:nec quẽquã iura præsumunt iustitiã habere per oblationem Duelli.

71 † Prouocatus de iure habet modum pugnandi,& armorum electionẽ,iudicis,tẽporis,& loci: vt in Glo.c. non est consuetudo,in vsibus feud.in tit.de alien.feud. patrim & per Parid. de Puteo in tractat. suo duelli ꝙ ꝓuocator lib.ii. Et in hoc seruanda est consuetudo militum, locorum,& regionum.

72 † Et si caderent arma alicui in duello, vel frangerentur, vel aliquis duellantiũ in terram caderet; An sint illa restituenda,vel alia danda illi,vel ille sit subleuãdus de terra,dic ꝙ non:Nam fortuna ibi dominatur:& quandoque contingit succumbere potentiorem tacito Dei iuditio:& vt supra dixi etiam in hoc seruabitur prætensa consuetudo militum,locorum,& regionum l. de quibus,& ibi Gl. ff.de leg. & sen.consult.

73 † Et si prouocatus fuerit aliquo mẽbro debilitatus, tempore quo prouocatur ad duellum: seruanda est paritas, & seu æqualitas:quam prouocans omnino seruare tenetur de iure: qui si habuerit duos oculos, & prouocatus vnum tantum ob turetur oculus vnus prouocanti l. i. C. de mutu.petit.&l.terminato C.de fruct. & liti.expen. per regulam iuris nõ licet actori de reg. iur. in vi. & per Paul. de Lign.i vlti.sua add.Ioã.de Ligna.de duello,& per Bal.in c. primo col.vii. de pac. tenen.ibi vnum non omitto, & in const. Federici Imperatoris incipiente consuetudinem.

74 † Et si prouocans fuerit mutilatus, vel mancus, & prouocatus integer non seruabitur æqualitas prędicta: sed imputabitur prouocanti ꝙ integrum prouocauerit: quia stat in arbitrio prouocantis prouocare: vt in iuditio contentioso l.si quis à modo in longob. qualiter quis se defen. deb. fallit tamen in crimine læsæ maiestatis, vbi quis cogitur duellare ex necessitate l.fin.in longob.de publ. iud. & in l.fin.in long.de iniur.mul.illat.lib. i. & per Bal.in c.i.de pac.tenenda.

75 † Nec potest prouocans de iure eligere modum,& qualitatem duellandi secundum decisionem Federici Imperat. incipientem consuetudinem prauam tollentes li.ii.cõst. Imper.Regni Siciliç in tit. de ætate,& qualit.pugnat. nisi aliter videret, vt dixi prętensã consuetudo, & seu magis abusio patrię, vel mos generalis militum.

76 † Et si eques ꝓuocaueris peditem,eques vt pedes pugnabit pedester:quia sibi parem fecit improuocando minorem: & si pedes,seu miles prouocauerit equitem: vt eques non pugnabit: quia non licet minori prouocare maiorem: & repelletur à pugna minor prouocans: vt ordo dignitatum seruetur in militia in exercitio suo l.i.C.vt dign. ord seru. & c.ii.de pac.ten.col.x.& prudenter dixit M.Tullius Cicero se nolle respondere quibusdam sibi inferioribus ipsum valde iniuriantibus verbis,& contumeliis multis, ne illis similes fieret in respondendo. Ideò maiores in se habent retinere existimationem, & non se facere pares, & similes minoribus.

77 † Quid si prouocator non obtinuerit in duello, an possit petere prouocatus, vt puniatur prouocator similitudine supplitii,aut detur ipsi pro captiuo. Et an prouocatori vincenti sint pacta seruãda si banniatur: & an captus in duello per armigerum sit captiuus capiẽtis, vel sui

Ducis,

Ducis, remitto me ad aliàs per me con-
sulta iam impressa, & ad d.Parid.de Pu.
in ix.parte sui tract.duelli.

78 † Quæritur de filio familiàs qui duella
re intendit, an patris consensus in hoc
exigatur,& pater posit de iure inhibere
ne duellet: Dic militiam fuisse antequã
iura fuissent condita:& in hoc non habe
re locum patriam potestatem,habetur ꝑ
d.Parid.in vi. parte sui duel.fol. xxiii.c.
xxx. Tu Dic ꝙ si filius viuit iure Roma
no prohiberi poterit cum subiaceat legi
patriæ potestatis,vt insti.de patr. potest.
iunctis Glo. & l.fin. §. necessitatem C.
de bonis quæ lib. Sed si vixerit iure lõgo
bardorum, vel Francorum, aut Veneto-
rum:qui non habent filios in potestate
viuentes,suo duellabit filius arbitrio: nõ
obstante patris prohibitione l. liber ho-
mo in longobarda de fur. & in l. si inter
fratres in longob.de pręscrip. & ꝑ Abb.
in c.ii.de conuersione in fid.& per Iaso-
nem in l quod dicitur ff.de verb. obliga.
Et pro quibus iniuriis posit quis duel
lare,& non duellare præponendo in iu-
ditio iura sua,habetur per d.Parid.in di
cto loc.c.xxxiiii.ibi an contrà diffamato
rem. Quæro de victo in duello hoc ne
gante esse verum, an iterum posit pro-
uocari,dic ꝙ non:habetur contrarium ꝑ
d.Par.in c.xxix.sui duel.sed iudiciali au
ctoritate hoc obtinere poterit igitur.

79 † Quæritur de casu occurrenti in duel-
lo:Duo pugnarunt à mane,à sero:& nul
lus ex pędictis apparuit uictor, sed sem
per fuerũt pares in virtute: ~~& sic~~ illa pri
ma die nõ potuerunt finire eorum diffe-
rentias,& querelas per duellum,cum ex
illis nullus appareat victor, nec supera-
tus:an sit per sequendum duellum donec
ex pędictis duellantibus vnus victor ap
pareat,& alter succumbat: Ioã.de Lign.
tenet quòd sic, in tractat.suo de bello.c.
lxxxviii. Nos autem dicimus contrariũ
moti ratione:quia is qui se probaturum
iactauit,nisi die assignata probet,non est
vlterius audiendus firmat Bal. in c.i. de
pac.tenen.in viii.col.arg.§.omnis.insti.
de actio.& l.si vitẽ.§. fi.ff. quòd ui, aut
clam: & alia noua dilatio dari nõ debet,
licet videatur danda quia non fuit impe
ditus l.fi.§.si stipulator.ff. de eo per quẽ
factum fuerit,& l.Diuus §. nec intra.ff.
de rest.in integr. & l. oratione ff. de fe-
riis: quia illa Regula nõ habet locum in
pugna in qua nullus habet supprimere
alium l.excusationibus.§.fin.ff.de uerb.
oblig.nisi alirer pactũ foret inter partes,
vel de consuetudine: quia tunc pacta ser
uarentur, & conuentiones partium, &
consuetudo patrię,& militum l. ait prę-
tor ff.de pact.& l. de quibus cum Glo.ff.
de leg.ad prædicta faciũt not.per d. Par.
de Put. in lib. suo duel. fol.ix. & lib. iii.
fol.xviii.

80 Quæro si prouocans posit mutare que-
relam in literis, & cartellis: & an liceat
prouocato insistere super prima querela
antequam perueniatur ad secundam,dic
ꝙ sic:habetut per Parid.de Put.in vi.lib.
duelli cap.xiiii. fol.xix.l.sicut C. de act.
& obligat. & l. si idem cum eodem ff. de
in ius vocan.l.fi.ff.de abigeis,& ix parte
sui lib.duelli fol.50.51. vbi habetur: an
posint in licia, seu steccato mutare que
relam,& aliam accipere:vt super ea duel
letur relicta prima.

81 † Quęro de consuetudine existente in
Prouincia,vt de pancrita fertur:ꝙ accu-
satus pro crimine confessus, vel conui-
ctus: & de crimine carceratus posit pro
uoacre accusanté ad duellum:si sibi fue-
rit similis antequam condemnetur, aut
contra ipsum exęquatur:& ꝙ in prouo-
cato condemnato, aut cõdemnando etiã
impediatur executio: & datur casus ꝙ
quidam fuit prouocatus, aut prouocauit
inimicum suum ad duellum:deinde deli
quit in committendo homicidium,& ca
ptus fuit prædictorũ alter qui deliquit:
vel ambo delinquerunt capti fuerunt:&
anteq̃ condemnentur,vel exequatur sen
tentia confessi, aut conuicti fuerunt,
an debeant pugnare inter se,vel alium ꝓ
se,ponere vt pugnet primò antequã con
demnentur, aut puniantur dicta stante
consuetudine: & tenet ꝙ sic Gugliel. de
Cun in l.Imperator,ff.de stat. homi. qa
solùm attenditur factum,& non iuris or
do,per tex.in l. si bonæ fidei. §.fin. ff.de

acquir.rer.dom.& l.quid ergo.§.cum fa
ctum ff.de his,qui notantur infamia.
82 Contrarium † probè tenet Bar.in d.l.
Imperator,la.ii.ff.de stat.hom. ne impe
diatur iustitia, & detur materia de malo
in peius faciendi,& delinquendi: & opi-
nio Bar.est æqua, & consona iuri,& pro
cedit rationibus multis:& secundum mi
litum consuetudinem: quæ non vult in-
fames pugnare ob militarem honorem
l.i. C.vbi Senat.vel Clarissi & c.similes
rusticum, de pac. tenen. & l.ii.C.de di-
gnit. lib.xii.
83 In † loco autem vbi est consuetudo duel
landi contingit casus de duobus duellan
tibus pro castro vno dando victori, & v-
nus cecidit in terram profitẽdo se victũ,
& inde victus victorem super se stantẽ,
& ob dictam cõfessionem surrectum,seu
surgentem remoto gladio vltore vulne-
rauit, & occidit , an superuiuens debeat
habere castrum de iure:Dic ꝙ non:quia
non est licitum mentiri,nec fallere fidẽ,
nec quemquam decipere mendacio.c a-
nima,& c.nequis,& c. homines,xxii.q.
ii.vt aliàs dictum est, & inferius suo lo-
co dicetur: Et ita consuluit Excellentis-
simus Dominus Signorellus de Homo-
deis de Mediolano in consilio. xcvi. vbi
etiã dicit duellũ,& iudiciũ æquiperari.
84 Quęro † de clerico coniugato cum vni-
ca , & virgine an duellare possit : vel de
clerico non coniugato habente primos
ordines: quibus eximitur à iurisdictione
iudicis secularis c.nullus,xi.q.i. cum si-
mil.ibi,& per Glo.50.distin.& in c. i. &
ii.de sen.excom. & retinet aliud priuile-
gium Canonis, si quis suadente,de sent.
excom.ꝙ percuti nõ potest, & dic ipsum
duellare non posse : quia fieret irregula-
ris, & cum eo duellans esset excõmuni-
catus per dicta iura:immò plus dic quòd
per artem gladiatoriam clericus canoni
cè monitus si non desisteret ab ea perdit
dicta priuilegia c.ex parte, extrà de pri-
uileg.c.sacerdotibus,& Rub.ne Clerici,
vel Monachi .
85 Item † quæro, si Clericus de iure possit
interesse duellis, & torneamentis vbi se
iugulant homines,dic ꝙ non: quia fieret
irregularis fauendo alicui partiũ clem.i.
§.porrò,de stat.Monac. Quid si Cleri
cus duellauit , an in ordine prius habito
ministrare potuerit ex dispensatione,dic
ꝙ sic, c.i.de corp.vicia. Quòd intelligẽ
dum est si non interfecit , vel mutilauit
quemquam in dicto duellari exercitio,
& promoueri poterit ad alios ordines c.
i.de cler. pugn. in duel. Sed si interfecit
ꝓmoueri non poterit c.ii. extra eod.tit.
86 † Deponendi sunt clerici tam prouocan
tes, q̃ prouocati in duello pugnãtes siue
victi,seu vincentes c.i.de cleri. pugn. in
duello. Vbi habetur ꝙ si clericus inierit
duellũ ꝓ bonorũ recuperatione, vel alia
legitima causa obtulerit,siue susceperit,
deponendus est : poterit tamen cum eo
dispensare Episcopus si mors,vel mutila
tio membri non fuerit inde secuta: vt in
dicto Canone,sed si mors, vel mutilatio
interuenit dispensabit eum Papa catholi
cos ex causa,cuius Papę auctoritas maxi
ma est,& suprà eum nemo est nisi Deus
qui iudicat eum .
87 † Quęritur de casu:quidam prouocator,
vel prouocatus ad duellũ ordines sacros
sumpsit , vel dignitatem ecclesiasticam ,
an excusetur à duello , dic ꝙ sic: si absq;
fraude tales ordines, & dignitatẽ eccle-
siasticam susceperit, habetur per d. Par.
in trac suo duel.fol.53.in li.de Imꝓbis.
88 † Quęro si Dominus possit prohibere
suum vasallum ne pugnet,dic ꝙ sic: & si
pugnauerit,& victus fuerit,& relaxatus
sub fide , an habeat parere magis domi-
no,quàm victori,aliàs dixi superius:ha-
betur per d. And. de Iser. in c. i. quibus
feud.non amitt.& in c.hic finitur lex; cũ
esset domino necessaria persona sui vasal
li,& per d.Parid.in vi. par. sui lib. duel.
fol. 21. c.xxii.
89 Quæro † de desistente à duello, an inci
dat in Turpilianum,& in illius pœnam,
videtur ꝙ sic:ad instar contentiosi iudi-
cii criminalis l.i.§.si qs aũt.ff.ad Turp.
Senat.consul.qđ non procederet de iure
communi, cum de iure communi sit re-
probatum hoc iudicium,& videtur puni
ri iudicis arbitrio ex eadem æquitate in
iure expressa. c. de causis extra de offi.

deleg.in fin.& l.i.ff. de iur. delib. dic in Turpilianum non incidere, cum pœnæ ſint reſtringendę l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb.obligat. cum vulgaribus. Nam iure cõmuni recedens à duello nõ punitur : immò talis obtemperat legi:& propterea non facit contrà legem deſiſtens à duello omni iure prohibito, ſecũdum Ioan.de Lign. in c.clxxxii. in libro ſuo duelli.

90 Et † an cum licentia iudicis electi poſsit deſiſtere; dic vt ſuprà diximus ꝙ ſic : ex cauſa ad inſtar accuſatoris, & impetrantis abolitionem l.abolitio,&.l.ſi quis.ff. ad Turpil.& l admittant,C de abolit.in iure cõmuni Romanorum non eſt dubium,ſecus longobardo iure : qđ eſt contrarium, vt ſupra diximus diſtinguẽdo. Miles exiſtens in caſtris, an de iure ſine ſui Ducis licencia pugnare habeat prouocatus ab hoſte,dic ꝙ non l.i.C. vt armo.vſus, & per Glo.in l.ex hoc iure ff.de iuſt.& iur. habetur per do.Par. de de Put.in ſuo lib.duel.in vi.par.c.xxiiii.

91 † Quæro ſi prouocator poſsit prohiberi à proprio iudice,ne alios prouocet,dic ꝙ ſic:c.ille.xxii.q.v.& c.aliàs. xxv.diſt. ꝙ intellige in territorio ſuo, ſecus extra territorium: quia delinquens eſt puniendus in loco delicti, habetur per do. Par. de Put.in c.xxiii.ſui trac.duel.in vi.par.

92 Quæro † de caſu quem pluries habui in facto,an ſemel uictus in duello poſsit alterum prouocare, uel pugnam offerre: dic ꝙ non : ſecus ſi à caſu, vel fortuna, & non viribus foret victus l. in bello.ff. de capt.& poſtl.reuerſ. habetur per do. Parid.in lib.duel. in vi. parte fol. 19. vbi ponit an ſemel deuictus poſsit alios prouocare in aliis cauſis.

93 Quæro † de bonis occiſi in duello innocentis reperti, & ſpoliati an ea reſtitui debeãt heredibus, & ſucceſſoribus ſuis, dic ꝙ ſic.c. ſignificãtibus,extra de purg. vulg. vbi Papa mandat bona ablata reſtitui : & ibi habetur qualiter duellum, & aliæ purgationes vulgares ſunt prohibitæ:quoniam per ſe ex illis cõdemnantur illi qui ſunt abſoluendi,& Deus tentare videtur. Et an poſsit occiſus in duello ſpoliari à vincente armis, & rebus cum quibus duellauit, habetur per d.Par.in ix.par.ſui tract.de bello fol.49. fol.50. Torquatus accepit torquem Breni occiſi Regis Gallorum, & arma victorum opima ſuſpendebantur in arboribus,& templis antiquo tempore. & in hoc ſeruabitur conſuetudo militum.

94 Et † ſepultura eſt,vt alias dixi, deneganda illis qui in duellis, & ſimilibus pugnis mortui ſunt, & illis qui in ludis, ſpectaculis, & torneamentis moriuntur: ſed non illis eſt deneganda, qui ibidem cauſa videndi conuenerant,& inopinatè occiſi fuerunt c.ii.& per Abb. ibi extra. de torneamentis,& de cler.pug. in duel. per totum titu.& per d. Par.in ix. parte ſui lib.duel.quia moriuntur duellantes, & videntes huiuſmodi in peccato mortali:& ad eccleſiam ſpectat talia terminare,an ſint mortui in peccato mortali,vel ne c.nouit, de iudic. & c. venerabilem, extra qui fil.ſint legit.& tales probationes vulgares reprobat eccleſia.c.i.& per totum de purg.vulg.

95 Quæritur † ſi ille qui hominem ſibi inimicum occidit in duello licito teneatur de occiſo pœna leg.Cornel.de ſicar. dic ꝙ non:ſecundum Ioan. de Annania in rub.de cler.pugn. in duel.& Bald.in l.i. de pac.tenen. & Ioan. de Lign. in tract. ſuo de duello circa finem.

96 Et † quid ſit torneamentum habetur in c.i.de torneam.Torneamẽtum enim eſt ludus illicitus, & noxius pro oſtentatione virtutis,& virium factus. Pacta ſunt ſeruãda duellãtiũ de qbus in c.l.ſui lib. bellorum meminit do.Parid. de Put. & ſi equites expugnent cum totidem lanceis,vno cadente ſit finis duelli:Et quando duo pugnantes ſint ambo mortui in terra cadentes,& inſimul reluctantes,& quando vnus pugnantium ſtans in pedibus occidit alium volentem de equo deſcendere:Et quãdo duo equites pugnãt, ambo cadunt de equo, & ſtat inter ipſos pactum ꝙ cadens erit uictor: Et quando vnus duellãtium deiectus tenebat equũ alterius per frenum,& illum iam percuſſerat,& inde finiuit pugnam: Et quando

quando duobus pugnantibus vno deiecto ad terram, alter stans supra illum equum tenebat; & ille cadendo dixit se victum,& cum gladio supra ipsum incũbente occidit: ad prædicta faciunt consulta per me iam impressa, & not. per do. Par. de Put. in viii. par. lib. sui duelli.

97 Fuerunt † quippe huiusmodi duella, & & torneamenta reperta imaginatione, et instigatione Diaboli, vt exterminaret genus humanum,& homines se interficerent, & proprias animas perderent c.i. extrà de cler. pugn. in duel. & per scribentes ibi. c. Mennam. ii. q. v. & c. fin de purg. vulg. & per Glo. in l. qua actione. §. si in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. & apparent leuibus personis fantasmaticæ illusiones diabolicæ c. Nec mirum. xxvi. q. v. Et ideò diuino iure improbantur torneaméta, & duella per sacram literã, & in hac sententia est totus mundus: qa sunt contra diuinam charitatem: Nam Deus est charitas, & qui manet in charitatem cum Deo manet,& Deus cum eo: nec dici potest illum habere charitatem qui proximum fratrem suum non amat, sed illum iugulat, spoliatq; vita, honore, & bonis.

98 Quæritur † de casu: si ante litem contestatam iudiciorum criminalium, vel ciuilium more possit impunè desistere qs à duello, pro vt à causa ciuili, vel criminali incepta ad partis instantiam: vt in actione iniuriarum,& similium: & quidam asserunt litem in duello contestari per primam admenationem armorum actoris, seu prouocantis & reluctationẽ, vel readmenationem, & responsionem rei prouocantis cum armis: vt fit in iudicio contentioso per productionem libelli; & responsionem secutam. l. rem nõ nouam. §. patroni C. de iudic. & l. vnica C. de lit. contest. & c. vnico extrà eodem tit. & prima percussio habetur pro libello, & loco libelli; & secũda quæ fit à reo est contradictio: & sic fit litis contestatio in duello. Tu dic aliter litem contestari in causis duellorum. videlicet cum prouocans prouocat prouocatum asserendo ipsum perpetrasse tale crimen, & prouocatus negat: & per istam negationem, & contradictionem lis contestatur, & post litis contestationem de calumnia iuramentum deffertur: authent. vt liceat iud. in med. lit. & l. ii. de iuram. calum. C.

99 Et † de astu iurant duellãtes: & sic à verbali prouocatione incipit duellum, & ipsius contestatio litis, & non à percussionibus, & vulneribus: quæ habentur loco probationum, vt sunt testes, & instrumenta producta, & quæ fiunt, & producuntur post litis contestationem: & sic ex prædictis deciduntur plures quæstiones. s. an actor, vel Reus, seu prouocans, vel prouocatus primò percutere habeat: & de pœna Turpiliani. l. senat. §. qui rẽ ff. ad Turpil. Senat. consul. & poterit accusator, & seu prouocãs pœnitere anteq̃ reus citatus; seu ꝓuocatus veniat l. quesitum. ff. ad Turpill. & per Ioan. de Lign. in lib. suo duel c. vltimo.

100 Quæro † de duobus duellare pretendentibus, non subiectis alicui Principi, cum non sint vasalli, nec illi præstiterunt aliquod iuramentum fidelitatis, & homagii: an possint se submittere in iudicem forensem, & ipsius prorogare iurisdictionem vtriusque partis consensu; dic ꝙ sic. l. fin. §. subiiciant. ff. de iudic. & l. si qui ex consensu. C. de episcop. aud. & nisi esset facta prorogatio partibus præsentibus durabit iudicium vsq; ad litis contestationem inclusiuè operabit, & locus esse poterit pœnitentiæ. l. si conuenerit. ff. ve iurisd. om. iudic. Et in casu ꝙ essent subiecti alicui Principi iuramento homagii illi p̃stito, vt in clem. pastoralis, in Glo. incipiente homo ligius sine consensu dicti Principis in alium iudicẽ prorogare iurisdictionem non possent: & acta quæ fierent per talem iudicem essent nulla per Glo. communiter approbatam in tit. de pac. tenen. & in c. Imperialem. §. præterea, aliàs de prohib. alie. feud. per Frider. & per Bal. in l. decernimus. C de sacro sanctis eccl. & per Canonistas in c. transmissa, de for. competenti.

101 Quæro † de quæstione: quæ sæpe contingit de iure fori: an miles, vel alius ex illustri

lustri natione ortus legitimus, & natura lis, de pditione inculpatus, refutari posſit in duello: dic ꝙ non, etiam ꝙ ipſe modò cæperit militare & ita ſeruat militum consuetudo.

102 Quid † de Bastardo milite, an refutari posſit, dic ꝙ non; ſi fuerit ex cauſa proditionis vt ſupra prouocator, vel prouocatus: quia à principio diſpenſatus in hoc videtur propter enormitatem delicti, & propter militiam ſibi datã à Principe. Et repellentur infames, & criminoſi, & labe notati varię qualitatis criminum: & an hi legitimati posſint repulſari à duello nota infamiæ: & an Armiger posſit legitimè repulſari ab officiali exercitus, quin duellet cum ipſo: & an nobilis posſit prouocari per armigerum ambobus exiſtentibus in caſtris: & an Armiger ruſticus diu verſatus in militia, & armis qui ad domum propriam reddit prouocare posſit nobilem ad duellum: Et an dominus posſit cogere uaſſallum vt pugnet pro eo, iam pacto facto per ipſum contrà alium, cum quo habet guerram: Et milites negotiatores in caſtris posſint offerre pugnam nobili pariter in caſtris militanti, Et an is qui conuenerat cum alio pugnare in certa die ſi efficiatur infamis ante diem, posſit repulſari à pugna: Et an ſubmiſſus in campionem, & deinde damnatus ad mortẽ posſit impediri executio ſententiæ, aut ꝙ prius expediet pugnam; ex prædictis refero me ad conſulta per me impreſſa, & ad dom. Parid. de Put. in vii. lib. ſui duelli folio 34.

103 Quero † de eo, qui ſub fide relaxauit captum in duello, & ſtetit per xxx. annos ꝙ non requiſiuit illum, an posſit illum vlterius requirere, tenet Par. de Put. in ix. parte ſui lib. de bello ꝙ non poteſt vlterius illum requirere: quoniã eſt præſcripta libertas, iuribus vulgaribus: Sed Proceres armigeri ſeruarunt contrariũ, quia dicunt fidem promiſſam ſemper eſſe ſeruandam, donec quis vixerit. De pugna nobilium, & de reprocis; & ꝙ attendatur qualitas in pugna, & de nobilitate: & an pro imperio duo diſcordantes habeant de iure duellare, Et an ſit licitum Regi pugnare cum Imperatore, & guerram expedire per duellum Reges duo contendentes, Et An Rex non coronatus pugnare licitè posſit cum Rege coronato: Et an Comes posſit de iure vocare ad Duellum vnum Ducem; Et an Princeps ſubditus posſit prouocari ad duellum per Ducem etiam ſubiectum: Et an nobilis quatuor quartorum posſit rite prouocare ad duellum Commitem, vel baronem: Et an magiſtratus exercitus, aut ciuitatis prouocetur ad duellum vel in pugna militum, attendatur ęqualitas, & ꝙ in pugna dignitas appellatur.

104 In † aliis autem caſibus refutari legitimè poterit baſtardus, & ſeu naturalis tantum: quia baſtardus etiam militis filius dici non poteſt miles, vt in Gl. leg. i. ff. de teſtamen. tutel. cum baſtardi nõ dicantur de familia, domo, & caſata patris l fin. C. de verb. ſign. neque poſſunt portare arma legitimorum per not. ꝑ Dyn. in l. pater. § mater. ff. de leg. ii. neque dicuntur eſſe de cognatione, neque de agnatione: vt dicit Bar in l. item qui in poteſtate. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.

105 Quæro † de ſpuriis nobilium, aut militum an hi dicantur nobiles, generoſi, & habiles ad ſtandum in curia in brachio militari, & videtur ꝙ non: Nam veri ſpurii dici non poſſunt filii militum ob militare priuilegium: habetur in Glo. l. i. ff. de teſtamen. tut. Item quia veri Spurii non dicuntur de domo, & caſata, neque de cognatione, neque de agnatione patris, per not. per Bald. in l. fin. ff. de verb. ſign. Nec poſſunt ferre arma legitimorum: vt ſupra dictum eſt, habetur per Bald. in l. filius. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Neque ſpurii dicuntur coniuncti c. nonnulli. de reſcript. & per Innoc. ibi, & per Bald. in l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. Neque dicũtur nobiles Spurii. l. Lucius, & per Bar. ibi. ff. de leg. ii.

106 Et † conceſſa emphyteuſi agnatis filiis, & deſcendentibus an comprehenditur filius Spurius in ipſa conceſsione; dic ſecundum Bald. in auc. ſi quas ruinas, C. de ſacroſ. eccl. ꝙ in hoc attenditur con-

ſuetudo patriæ,ſi hi filii vocentur communi vſu loquendi,arma portant paternę domus:nec prohibêtur ab honoribus l. ſpurii. ff. de decur. Sed legitimè nati his præferuntur: vt in tex.l. generaliter. §.ſpurios.ff. de decur.

107 Quæro †,ſi vitium ſpuritatis purgatur per militarem dignitatem;dic ꝙ ſic;l.Imperialis.§.ſi miles, & per Bal. ibi. C. de nupt.Cautela tamen eſt ꝙ Princeps ſciat ſpuritatem,& conditionem militũquando eos milites facit,& ita poterint conſequi honores,& dignitates omnes militares.prout dicit d. Hippoly. de Marſ. de Bon.in ſingulari incipiente notiſsimum eſt ſpurium,nobilis magnæ conditionis, & eccellentiæ pro non ſpurio haberi : & tamen eſt bonum propter diſt.Gl. in l.i. de teſtam.tut.ad euitandum, & tollendũ euitanda,& omnia cõtraria, vt Princeps ſciat eorum cõditionem ſpuritatis quando milites illos facit dicendo nõ obſtãte.

108 Quæro † an Comes Palatinus apoſtolicus,vel imperialis poſsit legitimare non ſubditum in territorio alieno,dic ꝙ ſic, inſtante patre legitimandi, quando, & vbi tractatur de ſolo præiuditio legitimare facientis,habetur per Bar..in l.Gallus,ff.de lib.& poſth.& per Parid.in ſuo tractatu ſynd.in clauſula quæro de quęſtione facti emancipationis in verſiculo & ꝙ comes.

109 Et † notandum eſt ꝙ iſti Comites Palatini ſunt in dignitate, licet ex ipſis quidã non habeant comitatum,ſed titulũ tantum dignitatis: tamen habent dignitatẽ ipſam comitum palatinorum,vt in eorũ priuilegio continetur,quantũque videantur eſſe ſupra numerarii iſti comites nõ habẽtes comitatum:Princeps tamen dat dignitates arbitrio ſuo quibus vult ſecundũ merita c.grãdi,de ſupplen.negl. prælat.c.in cunctis,de electio.& c.ſtatutum, de reſcrip.c.de multa,de præben.priuilegia huius modi ſunt fauorabilia, & non extenduntur in odioſis,& pœnalibus videlicet ſi imponeretur aliqua pœna grauior commitibus corporalis , vel pecuniaria quàm aliis vt in conſtitu.Imper. de forban.& foriud. habetur lib.ii.conſtit.Imper.regni Siciliæ ; Intelligeretur de proprio comite habente comitatum, & non de iſtis comitibus ſine comitatu priuilegiatis c.i.& per Bal. ibi in vſibus feud.quis dicatur Dux,Comes, vel Marchio;Nam Epiſcopus titulatus nullatenenſis, & canonicus ſupranumerarius etiam titulatus,& ſine præbenda, & comes priuilegiatus tantum,& ſine comitatu puniri non debent dictis grauioribus pęnis ſimpliciter à lege,vel à ſtatuto impoſitis epiſcopis,canonicis , & comitibus delinquentibus:vt in cõſtit. Impe. incipiente pœnã eorum . Nam propriè, & ſtrictè debent intelligi de proprio epiſcopo habente epiſcopatum , & de proprio canonico habente canonicatum , & præbendam:& de proprio comite habente comitatum cum priuilegio,& reſtringitur dicta pœna ad proprium Epiſcopũ, canonicum , & comitem : quia ſtatuta, & leges ſtrictè,& propriè intelligi,& interpretari debent.l.iii.§.hæc verba.ff.de neg.geſt.&.l. quidquid aſtringendæ. ff. de verb.oblig.& c.in noſtris de iniur.& damn.dat.

110 Quæro † de ſubditis an poſsint prouocare dominos,& ſuperiores ſuos ad duellũ propter adulterium , vel aliã offenſionẽ, dic ꝙ ſic,deficiente ſuperiore iudice.l.i. C.quando lice.ſine iudi. vendic. & latè per do.Parid.de Put.in vi.parte ſui trac. de bello c. xxv. &. xxvi. Nam priuatur Dominus vaſallagio ob adulterium,iuribus vulgaribus. Quæritur de duobus pacatis inter quos fuit orta noua lis, an inſimul pro noua cauſa poterint duellare Bar.tenet in l.aut facta.ff.de re iudic. non rumpi pacem primò factam, ex noua cauſa,vt infra ſuo loco dicam:quæ tamen noua cauſa eſſe debet vera,& non ficta:& ꝙ dolo non incederit in eam,habetur per do.Par. in tracta. ſuo duel.in vi. parte c.xxvii.fol.22.

111 Quæro †de occurrẽti per dies quęſtione an legitimatus veniat,& ſuccedat in emphyteuſim eccleſiaſticam, dic ꝙ non,ſecundum Bal. in l.generaliter , & ibi per Moder. C.de inſtit.& ſubſtit.ſub cond.factis:qa non eſt legitimè natus,& in add.

Spec.de instrum.edit. in verbo emphyteusis,& in c.quæ in ecclesiarum,de consti.& per Ioan.de Imola in l. quòd dicitur,de verb.oblig. & Alex. in l.ex facto, §.si quis rogatus,ff.ad Trebell. & in consi.xciiii.& in consil. ccxxviii. incipiente consideratis verbis,& in consi.ccii.incipiente visa legitimatione,& per Petr. de Anch.in cõsi.ccccvi. incipiente circa primum quæsitum. In contrarium tamẽ est veritas,& ita est iudicandum,& consulendũ per tex. in auten. si qua mulier, & Ias.ibi C. de sacros. eccl. cum legitimatus sit verè filius, licet non sit legitimè natus, firmat Bart. in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. circa xv. col. vbi pulcherrimè, & subtiliter tractat an fictio fingatur cõtrà ea quæ sunt iuris: alia etiam ratione: quia lex permittens patri testari inter liberos cum duobus testibus, habet locum in liberis legitimatis; &inter liberos legitimatos. ita tenet Bald.in penul.col.rubr. de off. delega. alia etiam ratione: quia legitimatus est suus hæres, & iura habet suitatis, vel suorum : vt tenet Bald.in l.eam quam, C.de fideicomiss. consuluit Philipp.Dec.in cons.lxxvi. legitimatum ad oĩa benefitia etiam feudũ obtinere posse.

112 Et † præteritus legitimatus in testamento patris,vel sine causa exhæredatus habet ius contratabulandi,& nullum dicẽdi,& querelandi contra testamentum patris legitimati firmat Rom. in consil. xxxiiii ꝙ incipit naturæ : & per Matth. de Afflitt. laboriosum doctorem Parthenopeum in l. sancimus,de iur.prothom. vbi dicit ꝙ legitimato cõpetit ius cõgrui.

113 Quæro † de alia per dies occurenti quęstione: an filius naturalis tantum excludat substitutum:dic ꝙ sic, nisi foret ecclesia substituta. l. ex facto. §. si quis rogatus,ff.ad Trebell.& l.cum pater ff. de le. ii.& leg.i de condi.in ser. & l. generaliter.C.de instit.& substit. & per Bal. ita limitantem in c.in pręsentia, de proba. & per Fely.ibi.

114 Et † ꝙ etiam procedit si talis filius esset ligitimatus ab Imperatore propter priuilegia,& dignitatem ecclesiæ.

115 Et † quantumcunque legitimus expurio natus possit instituì à parentibus,locum tamen nõ habebit in nepote nato ex incestuoso coitu, qui à nullo ex parẽtibus instituì potest,auten. licet. C.de natur. liber. & l. fin. C.eo.tit.auten.igitur, aute.qualiter nat.effi.sui,& cap. cum haberet, extra de eo qui duxit in matrim. quam pollu. per adulte. & per Bald. in dicto c. in præsentia, in viii. col. & in l.si quis C.de incest.nupt.

116 Præmissis † præpositis est demum sciendum duellum esse dictũ à duobus , & est particulare, & corporale bellum ob tutelam sui corporis, & rerum : & pro bello quãdoq; impropriè ponitur duellum:habetur ff.de ui, & ui arm in l.i.§. uim,ui, & ad leg. Aquil. in l.qua actione.§. si in colluctatione,& in l.scientiam.§. qui cũ aliter,ibidem,& in clemen.si furiosus,de homici.& in l.i.C.vnde ui,& c.cũ olim, de rest.spoli.

117 Et † fit duellum quandoque propter purgationem innocentię, vt dictũ est supra, non aliter valens probare nisi viribus sui corporis,vt ille qui aliter non ualet probare de innocentia sua, nisi per experimenta sui corporis, & in fortitudine sua purgatur in tormẽtis: & per duellum:vt in tit. de cler. pugn. in duello, & C. de glad.& de purg.vulg.per totum titulũ.

118 Et † dicitur duellum ab etymologia vocabuli; & vt dixi, est corporale bellum, & seu pugna ad differentiam iudiciariæ pugnæ: quæ etiã fit inter duos, aut plures : vt duellũ inter actorem,& reum; & duello pugnatᷣ viribus, & in iuditio iuribus contenditur c.forus,de verb.signi.l. properandum C.de iudiciis.

119 Ad † purgationem gloriæ,vel odii exagerationem fit duellum ; & propriè est inter duos, aut partes duas.c.i. & per Bal. ibi de pac.tenen. & l. milites, & ꝑ Ang. ibi.C.de test.milit. & de duello in pluribus iuribus habetur prællegatis, & in l. cõmodissimè,de re iudi.& in l.Athletas de his,qui not.in fãm. & l.i.C. quæ res pign. oblig. pos.& per Doct.V.I. in uariis locis.

120 Pacta † sunt seruanda facta inter duellan

tes:de quibus mentionem facit d.Par. de Put.in suo tract.duell.in vi parte: Quid si duo pugnantes sunt vulnerati ambo cũ vulneribus magnis, & letalibus, quis eorum victor, & quis prædictorum maiorem habebit honoré: & quando vnus pugnantium differt in prælio clauam cũ veneno. an sibi detur ob hoc victoria: & quando vnus ex duellãtibus est effectus debilis ob sanguinis nimiam abundantiam vulnerum, & ligatus: deinde alter moritur: quis victor dicatur, & sit: Et quando ambo duellantes vulnerati ceciderint in terram mortui, quis eorũ erit victor: Et quando vnus ab eo deiectus equum suum concitauerit contra alterũ equitem; adeoq; equis rixantibus cecidit eques, & fractis cruribus perit: Et quando vnus equitũ descendit ab equo, & hostem cœpit per pedem qui se deiecit supra illũ, & ipsum obtriuit:Et quando eques vnus cecidit de equo ob pondus armorum, & casualiter absque impulsione cadens, fuit ab alio captus, an honor detur capienti: Et quando vnus duellantium detulit tripedes intra liciã, seu sticcatum, & quando vnus prędictorum dixit. Io me rendo: & hoc dicendo astrinxit ensem, & alium occidit: & quã do vnus duellantium cadit ab equo, & alter vadit storditus, & semiuiuus per aliquantulum temporis: me remitto circa prędictos casus ad alia consulta per me iam impręssa, & per d. Parid. de Put. in viii. & ix. parte sui lib. de bello.

121 † Quæritur si à sententia duelli possit appellari, dic ꝙ sic: & plus dic ꝙ nunq̃ transit in rem iudicatam, quando potuisset alius delinquere in crimine opposito præter victum, & seu condemnatum: vt patet in furto: habetur per d. And. de Iser. & Bal. in §. si quis hominé, de pac. tenen. Glo. in c. ii. de cler. pugn. in duello, & c. ii. de purg vulg. & licet non esset à tali sententia appellatum, non transit in rem iudicatam: & reperta veritate in contrarium reiterabitur. l. fullo, de cõd. sine cau. & l. admonẽdi, de iure iur. & ꝙ nulla sit sententia quæ profertur super duello: quia est facta per incertam probationem, & imaginariam præsumptioné, tenet Bal. in l. liber. C. de test. & in l. fin. C. de proba. limitat illius rigorem ob incertitudinem probationis: habetur per d. Par. de Put. in vltim. parte sui lib. vbi plenè disputat hanc quęstionem.

122 † Demum quæritur si vasallus potest offerre pugnam domino, & illum in ius sine venia vocare: dic conclusiuè ꝙ non: Immò in hoc casu perdit feudum: è contrariò autem posset ipse Dominus vocare in ius uasallum suum sine venia: sed non è contrà: quia vasallus nullam in dominum habet iurisdictionem, nisi subiectam c. i. de milit. vasallo qui contumax est: & est vna de fallentiis pro dominis contra uasallos: Domini autem in multis sunt magis priuilegiati quàm vasalli, habetur latè per D. Matth. de Afflictis in decisione. nu cclxv.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS. EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

TRACTATVS DE IVSTO ET INIVSTO BELLO.



SVMMARIVM.

1 *Bellum iustum dicitur quod à Papa Catholico contra non recognoscentes Romanam Ecclesiam indicitur.*

2 *Romanæ ecclesia est caput omnium ecclesiarum uniuersi orbis.*

3 *Papa tenet uniuersale imperium inspiritualibus, inter omnes fideles & infideles.*

4 *Papa est Christi Vicarius & Petri successor. & omnium ecclesiarum proprietarius dicitur. & nu. 17.*

5 *Pugnantes contra infideles, merentur apud Deum.*

6 *Pax in omni bello, offerenda est inimico, ante quàm bellum fiat.*

7 *Bellum etiam iustum dicitur. quod indicitur ab Imperatore catholico.*

Imperator iurisdictionaliter est totius orbis dominus, & nu. 17.

8 *Bellum iustum quoque dicitur. quod indicitur à Principibus nõ recognoscentibus superiorẽ.*

9 *Bellum semper præsumitur iustè indictum à Papa, Imperatore Ortodoxo, & à principibus superiorem non recognoscentibus.*

10 *Bellum à populo Romano indicebatur, & iustum erat.*

11 *Principis priuilegium est indicere bellum.*

12 *Bellum propriè quando dicatur.*

13 *Bellum & duellum quare ita dicantur.*

14 *Bona & mala quæ inducantur à bello.*

15 *Bellum unde deriuatur.*

16 *Persiciariorum officium est indicere bella, & alijs pœna mortis imponitur.*

17 *Papa habet utrunque gladium, & contrarium asserentes sunt hæretici.*

18 *Deus ex se rexit mundum sine ministris tempore multo.*

19 *Deus quo tempore cœpit regere mundum per ministros.*

20 *Imperium unde ortum habuit, & nu. 23.*

Imperator an sit in bona uel mala fide Imperij sui, & nu. 24.

21 *Quæ iusto bello quæruntur. licitè, & iustè quæsita sunt. & sunt præscriptibilia.*

22 *Christus in hoc seculo exercuit utrunque gladium, & nu. 24.*

23 *Papa uacãte Imperio põt utrũq; gladiũ exercere.*

24 *Principes omnes, excepto Papa, subiacent Imperio, & nu. 23.*

25 *Principes Christiani bella inter se gerentes, an rite acquirant regna aliena.*

26 *Imperator an possit reuocare priuilegia per ipsum. uel prædecessores suos cõcessa. et nu. 29.*

27 *Priuilegia concessa ab Imperatore ante eius coronationem tenent.*

28 *Imperator non coronatus improprius est.*

30 *Baro abutens priuilegio, potest eo priuari.*

31 *Priuilegia quæ in uim contractus transierunt, an possint à concedente reuocari.*

32 *Priuilegia meritoria non possunt reuocari à concedente.*

33 *Bellum iustum dicitur intuitu Principis præcipientis & obedientis, cùm ipsi Principi obediens necessario iure parere tenetur.*

34 *Bellum iustum multipliciter quoque dicitur. & num. 35. cum seq. usque ad num. 47.*

36 *Bellum legitimum quibus fit concurrentibus. & nu. 37. & 38.*

Bellum quid sit, & nu. 196.

38 *Clerici an possint ministrare gladium sanguinis bello. & bello interesse. & num. 195.*

185 Dei bellum immortalis fugere non potest homo mortalis.

186 Securitas facienda est per exercitum illis qui afferunt annouas populis & laborantibus in agris.

187 Domini inter se bellantes an possint inter se componere super damnis subditorũ. & nu. 188.

189 Episcopi an licitè poßint interesse bello sine licentia Papæ.

190 Prælatus an poßit indicere bellum pro iniuria subditi sui. & alios quàm iniuriantes bello capere.

191 Bella distrahunt mentem clericorum à diuinis, & inquietudinem pariunt.

Clerici non possunt arma portare sine iusta causa.

Prælatis licet inuocare brachium seculare pro defensione ecclesiarum, suorumque bonorũ.

192 Legatus D. Papæ an posit indicere & facere bella. & inuocare brachium seculare.

193 Bella inducta per ecclesiam contra excommunicatos hæreticos & rebelles ipsius, sunt meritoria.

194 Miles secularis an possit ad sacros ordines ordinari sine licentia Papali.

195 Clerici interessentes bello sine licentia Papæ irregulares efficiuntur.

196 Bellum quotuplex sit, & unde dictum.

197 Subditi an licitè posint habere bella cum suis dominis, & è contrà.

198 Rex iuste militans contra eius superiorem, an poßit facere ligam cum alijs.

199 Excommunicatus existens in excommunicatione per annum qualiter puniatur. & supra nu. 198.

200 Vasalli baronum an teneantur magis regem q̃ baronem iuuare in bello.

201 Principes tenentur periti eße in re militari & literis, & nu. 202.

202 Fabricius Iesualdus Comes antiquę urbis Campsę doctus fuit literis & armis. & bonitate plenus.

203 Ciuitas obligata dare Imperio tempore belli tot gentes licet steterit per centum annos quòd illas nõ dederit talem obligationem nõ præscribit. & nu. 104.

Iura ecclesiæ Romanæ & Imperij per centum annos præscribuntur.

204 Ius patronatus eligendi rectorem ecclesiæ non perditur per electionem non factam spacio centum annorum, quia non expediuit.

205 Priuilegia & rescripta realiter perpetua sunt. nisi aliud tempus sit in eis diffinitum.

206 Priuilegium perditur per uoluntariam abusionem decennalem.

207 Priuilegium multum largum habens de aliquo faciendo, si eo utitur multũ stricte sibi præiudicat.

208 Iurisdictio nõ usa per cẽtũ annos an perdatur

Ius oneris imponendi quanto tẽpore perdatur.

209 Lex uel statutum an tollatur tpe per nõ usum.

210 Tueri qui potest se, an posit & suos defendere. & nu. 211.

211 Pater perpetuatur in filium, & una eademq; persona censetur.

212 Forensis an teneatur tempore belli ad onera personalia.

Forensis belli tempore ad præstantias tenetur.

213 Morbus & ætas an tempore belli excusationem præstent à custodia ciuitatis.

214 Vocatis ad bellum in itinere spoliatis. antequàm ad locum belli perueniant, an sint reficienda damna, equi & spolia per prouocantes illos, & quo iure.

215 Ius gẽtium & postliminij an locum habeat inter ciuitates liberas inter se bellantes. & nume. 216.

216 Ius captiuitatis & postliminij locum non habet inter duos populos unius dominii inter se bellantes.

217 Bona mobilia in bello iusto capta an capiẽtium fiant.

218 Bona quæ nobis fuerunt capta ab hostibus, & inde per nostros recuperata, an sint nobis restituenda.

219 Rex uel baro non potest contra iustitiam capere uasallos suos. sed tunc licet ipsis uasallis fugere.

220 Dominus qui cum vxore, filia, uel nuru uasalli concubuit, uasallagio priuatur.

221 Papa & Imp. an posint legitimare ad feuda.

1 VSTVM EST † bellum illud quod indicitur a Papa catholico contrà non recognoscentes Romanã ecclesiam; quod Romanum dicitur: quia Papa Romanũ tenet Imperium in vrbe.

2 † Et Romana ecclesia est caput omniũ ecclesiarum vniuersi orbis. c. hæc est fides. xxiiii q.i.& c.quoniam & penul. de Sum.Trin.& fide cathol.

3 † Et vniuersale imperium tenet Papa catholicus in spiritualibus inter omnes fideles,& infideles per vniuersum orbem.

4 † Et Christi verus est Vicarius, & Petri successor in terra : & dicitur proprietarius omnium ecclesiarum : firmat And. de Iser. Doctor veritatis in l. Imperialẽ in add.ii.in tit. quæ sint rega. & in capitulis Corra.& tex. in c.iustum, xxiii.q. ii.& c.excommunicamus,el.ii.de hæret. & tex.in c. hæc est fides ; & c. quoniam xxiiii.q.i. habetur per Imo. in c. sup iis de vot.& p Host.ibi,& p Bar. in l. Christianis,C.de paga.& in l. hoc iure ff. de iust.& iur. & per Ioan. de Lig. in tract. suo de bell. & Abb. in c. non nullis, de iud.& Io And.in c.gaudemus, de iud.& Glo. in clem.i. de testi. & in cle. fin. de iud.& Pau. de Ling. in add. ii. tract. iii. principalis libri de bello domini Ioan. de Lign.olim aui sui paterni.

5 † Et pugnantes contra infideles, & hostes rei publicæ Christianæ:merẽtur ualdè:& consequuntur ęternam gloriã morientes in tali bello,& plus acquirunt q̃ si viuerent in hoc seculo : quia æternaliter viuunt in paradiso: nã illi beati sunt qui moriuntur pro Deo; ad prædicta facit c.excomunicamus,de hæret.

6 † Et licet sit iustum bellum , antequàm moueatur offerẽda est pax inimico: quã si acceperit,& portas suas aperuerit:populi sunt in ea seruandi, quibus est parcendum in quantum fieri potest : vt in xx.c.Deutero.

7 † Iustum est etiam bellum illud quod indicitur ab Imperatore catholico, Iurisdictionaliter in tẽporalibus domino totius orbis:locum Cæsaris Augusti tenẽte:iuxta illud Euangelium,exiuit edictũ à Cęsare Augusto . vt describeretur vniuersus orbis.

8 † Iustum est quoque bellum quando indicitur à regibus,& principibus non recognoscentibus superiorem ipsius belli præcipiendi; potestatem ordinariam habentem.c. Iulianus,xi.q.iii. & per Glo. in c.auctoritatem,in verb.materiali. xv. q.vi.& p Bar.in l.hostes.ff.de capt.& postli.reuers.& in l.i.id prin.in Glo.in uerbo.bello. ff. de acquir.poss. & in c. quid culpatur.in Glo in ver. Principes.xxiii. quæstio.i.

9 † Et in dubio semper præsumitur esse legitimè indictum bellum à Papa catholico, & ab Imperatore orthodoxo, & à principibus non recognoscentibus superiorem,vt tenent Doct. in c. sicut,de iur. iura & in c.quę in ecclesiarum,de const. & in l. p̃scriptione, & l.fi.C. si cõtra ius vel vtil.publ.

10 † Et à populo Romano tunc non recognoscente superiorem indicebatur, & iustum erat l.i.C.ut arm.vsu.

11 † Principis enim priuilegium est indicere bellum.l.iii.ff.ad leg.Iul.maiest.ad quæ faciunt not. per Bal. in cons.xii. & in cons.L & in cons.cccxxii.in i.vol.

12 † Et impropriè bellum dicitur . quando indicitur ab inferioribus principibus recognoscentibus superiores.c.sicut,el.iii. de iur. iur. quod in dubio præsumitur iniustum l.vnica.C.de glad.c.i.de purg. cano.& per Oldr.de Laude in cons.lxx. lxxi.& lxxii.

13 † Quidam bellum à bono: & duonum p bono à duello per antriphrasim,id est per contrariũ dicuntur deriuari:quia in eo multi sæpe malum recipiunt in perditionem animarum,corporum,& substantiarum l.i.C.publ.lætic.lib.xii. & p Archi.in.c.i.xiii q.i.& in c.fin.xliiii.dist. & vt dixi, secundum quosdam bellum à bono dici posse : quia fit propter futurũ bonum,id est,propter pacem.

14 † Quæ sequitur post bellum ex causa finiti belli:& quę bona, & mala inducant bella:habetur in Gl.in ver.patiuntur,authen.de arm.coll.vi.in princ.

15 † Et quidã de iure naturali deriuari bellum firmant:quorum opi. probatur propter appetitus naturales : quorum sententiam non improbamus ; sed dicimus esse de Iure gentium,ciuili,& canonico: quia inclinatio illius inclinationis introductæ à principiis naturalibus insurgit

ex iure gentium, id est,ex æquitate gene ralis rationis intelligētiæ.c.ius gentiū.i. distin.& per Glo.& Doct.in l. ex hoc iu re ff.de iusti.& iur.& c. ius naturale, di-stin.i & l.ius ciuile. ff. de iust. & iur. & quando aliquid adimus, uel detrahimus iuri cōmuni,ciuili,vel canonico,ius proprium est ciuile, vel canonicum : & dic igitur bella esse de iure ciuili, & canonico,id est,de ipsa rectitudine: quæ est ius ciuile, & canonicum vt dicit Ioan. de Lign.in libro suo de bello.

16 † Et bellum indicitur per perficiarios : quorum proprium est officium indicere bellum.l.i.C.de perfic.dign.lib.xii.& p Bar.i l.hostes.ff.de capt.& postl.reuers. Et pœna mortis naturalis est in alio indicente; & non deputato indicere bellū si illud indixerit, Glo.est in tit. de mād. princ.& habetur in tit. de arm. authen. & in tit.vt armo.vsus.lib.xi.C.

17 † Et vt prædiximus catholicus Papa est Dei vicarius,& iurisdictionaliter dominus in spiritualibus, & proconsul,dictator,& Imperator totius orbis: & Imperator etiam catholicus est Dei vicarius, Dictator,& ordinarius legatus,domin⁹, & proconsul iurisdictionaliter vniuersi orbis in tēporalibus : & hi sunt illa duo luminaria mundi:Papa.n habet vtrunq; gladium,& qui contrarium dicunt hæretici sunt.c.violatores.xxv.q.i.

18 † A principio creauit Deus in mēte sua, & post cum effectu cœlum, & terram, & mare seperauit,& omnia quæ in eis sunt cum angelica;& humana natura:& spiritualia,& temporalia per se ipsum rexit: & homini quem creauit ad imaginem, & similitudinem suam : præcepta dedit:& transgredienti pœnam imposuit; & dedit. Genes. ii. rexit per se dominus vsque ad tempora Noe ; puniuit Caym. & Lamech. Reges, & Sodomos nephandos,& peccatores .

19 † A tempore verò Noe incepit Deus mū dum regere per ministros: & Gene. 4.5. 6.Et primus fuit Noes cui commissa fuit archa:quæ significat populum, & ecclesiam Dei.Gene.8.9.in hoc gubernio successerunt Patriarchæ,& Reges, ac Iudices: qui pro tempore fuerūt in regimine populi Iudæorum: & hoc durauit vsque ad tēpus D.nostri Iesu Christi; qui post se reliquit prædicta duo luminaria magna c.i. & per Bal. ibi de pa. costan.

20 † Et licet Imperium videatur habuisse originem à violentia; & in mala fide videatur . ne præscribere valuerit iura Imperii : hoc tamen fuit iustificatū à Deo, & ab eo comprobatum : authen. de non alien.§.si minus: secundum Bal. & alios scriben. ibi,in l. cunctos populos. C. de Sum.Trin & fid.cathol.Et dum Christ⁹ dixerit imaginem Cæsaris reddi Cesari: nec fuisset ab ecclesia defensus possessor iniustus , si fuisset iniustus possessor Cæsar August⁹ i sua possessione Impii.

21 Nam † quę iusto bello quærūtur licitè, & iustè quæsita sunt, & p̄scribilia sunt : habetur per Inno. in c.super. de uot. & de iure ciuili etiam cum mala fide præscribitur spacio xl. annorum l. sicut. C. de præscript. & tot Reges , & Principes Christiani Sancti fuerunt: quos Dominus non permisisset errare si fuisset in errore possessionis iniusti Roma.Imperii: quod dependet,& depēdebat ante Christum à solo Deo , & post Christum cœpit esse Christi:vt ꝓphetauit Daniel:& successiuè in eius vicarium, per quē fuit translatum Imperium limitata potestate.c.solitæ,de maior.& obed.& c.venerabilem , ext. de elect. Glo. in authen. de mand. princip.

22 † Et Christus ipse exercuit in mundo vtrunq; gladium spiritualem videlicet ; & temporalē:de spirituali plenæ sunt cartę ; de temporali patet in liberatione adulteræ , & in expulsione ementium, & vendentium de templo : & in incisione auris facta per Petrum Malcho;& in restitutione dictæ auris eidē Malcho resti tutæ per omnipotentem.D.nostrum Iesum Christum: vtroque per ipsum respectiuè adimpleto Testamento nouo, & veteri; & aliis actibus spectantibus ad Regem,& cum corona regia coronatus fuit,& crucifixus cum corona: vt Rex coronatus Iudæorum mortuus fuit:vt patet in tit. Sanctæ crucis : IESVS NA-

ZARENVS REX IVDAEORVM, habetur per Ang. Aret. inst. de milit. testam. in fin. & nouum, & vetus, vt dixi adimpleuit testamentum DOMINVS NOSTER IESVS CHRISTVS, & per ipsum distincta sunt lumina illa duo in excellentia, & iurisdictione: iuxta determinationem sacrorum canonũ Sanctę matris ecclesiæ catholicę, & iuris diuini dispositione; exiuit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis vt dixi sup.

23 † Et vacante Imperio potest Papa exercere vtrũque gladium; videlicet iura sua spiritualia, & temporalia Imperii: Imperium autem à Deo est, & non à fortuna: habetur per D. And. de Iser. in tit. de pace tenẽ. & est bonus tex. in c. quæsitum. xxiii. q. iiii.

24 † Et omnes Principes excepto Papa subiacent regulariter Imperio, & suo catholico Imperatori; à quo priuilegia habẽt: vt est videre in consti. Imperat. vniuersi ferè orbis principibus factis: & illi qui non habent priuilegium ab Imperatore: vsurpatores sunt iurium, regnorum Imperii, nisi illa sua uirtute recuperauerint ab infidelibus primò occupata: vt de Hispaniarum, & Lusitaniæ regibus habetur. not. dñs Ias. moder. doctor insignis in l. id quod ff. de legi. l. deprecatio. ff. ad leg. Rod. de iactu: & aliàs posset Imperator illa ritè debellare, & imperii sui ditioni submittere: ita tenet legum magister dominus Bar. in l. si duas, §. grammatici, ff. de excus. tut. & per Glo. in l. hac edictali, de pac. iur. firm. vbi notat quæstionem illam de Rege Franciæ quã subegit Cæsar: & de aliis regibus orbis subiectis Romano Imperio: nec fallit sacra litera firmans Tiberium Cæsarẽ Augustum fuisse dominum vniuersi orbis: cum etiam legatur in historiis tempore Octauiani Augusti qui imperauit ante Tiberium omnes populos sponte se ditioni tanti Imperatoris Romani Imperii supposuisse, & illi obedientiam dedisse: habetur per Euangelium: exiuit edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis: habetur per Ang. de Aret. Inst. de patr. potest. §. fin. & ꝑ Ioã. Baptis. de S. Seue. in l. cũctos populos. C. de Summ. Trini. & fid. catholi. & alios communiter ibi scribentes.

25 † Nec Principes Christiani inter se gerentes temeraria bella rectè tenent principatus per ipsos occupatos illegitimo titulo: & occupantes aliena loca per uim, vel alia illegitima uia, vel modo indirecto cum peccato: illa dominis suis legitimis restituere de iure tenentur: cũ fructibus illis iniustè perceptis ob malã fidem eorum: ca. miles xxiii. q. v. firmãt Ant. de Butr. & Host. in c. super his, de uoto, quia tales præscribere non possunt cum sint in mala fide, c. fin. de pręscrip. & confessores illos absoluere non possunt: qui habent cauere ne ipsi, & confitentes cateruatim damnentur ad ęternas pœnas in inferno: vbi silet lux, & alios secum ducant in foueam profundam, (vt dicit Euangelium) si cæcus cæcum, ducit, ambo in foueam cadunt.

26 † Quæro de casu quem habui Romę in facto: An Imperator posit reuocare priuilegia huiusmodi ad libitum suum, tã per ipsum concessa, quàm per suos prædecessores: & iudicaui posse per tex. in c. is cui, de præben. in vi. & c. subiectum, de decim. & per Franci. Areti. in c. nouit de iudi. & l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. iii. & per not. per Bart in l. hostes. ff. de cap. & postl. reuers. & in l. Imperium. ff. de iurisdi. om. iud & ꝑ Alexã. & alios ibi scribentes.

27 † Et an ualeat priuilegium alicui concessum per Imperatorem non coronatum, dic valere: vt not. Ange. de Aret. in instituti. procemio. & Cy. in l. fina. C. de quadri. præscri. & Bar. in l. sed si reprobari. ff. de excus. tutor. & per Inno. in c. venerabilem, de elect. & per Luc. de Pen. in rubri. C. de aur. coronar. lib. xi. & ratio est: quia corona signum est regis: sed regem ex se corona nõ facit, neque tribuit imperium; sed insignę honoris: igitur va
28 let prilegium: † nam improprius est Imperator sine triplici corona, & cum ea proprius est Imperator: qui si tẽpore suę creationis, vel coronationis, aut bellorũ victoriæ,

victoriæ, vel ſtatus acquiſitionis aliquid promiſerit, ſeu donauerit aliquam vrbé ſibi pręiudicialem, & contra proprium, & imperii ſui honorem: non valebit tale promiſſum, aut datum, nec ſeruare tenebitur c. cum veniſſent, extra de inſtituti. & per Abb. in c. ſicut el. ii. de iureiuran.

29 † Et ampla priuilegia per ipſum, & anteceſſores ſuos cõceſſa alicui iuriſdictionum primarum, ſecundarum, & tertiarũ cauſarum in pręiudiciũ ſuæ iuriſdictionis, ſimiliter ſeruare non habet: & illa poteſt reuocare, & contra illa facere ad libitum ſuum c. ſubiectum, de decim. & per Fely. & Franc. de Aret. in c. nouit. de Iud. & c. i. de proba.

30 † Et de facili quidem poſſunt priuari barones priuilegiis ſibi conceſſis ſi fuerint illis abuſi, habetur ꝑ Bald. in c. i. Id in. §. publici latrones. de pac. tenen. & in c. i. qualiter dom. proprie. feud. priuen.

31 † Et quia Deus non ſubiecit contractus in poteſtate principũ: ideò non potuerint prouocare priuilegia illa quæ tranſiuerint in vim contractus, niſi ex legitima, & vrgenti cauſa de iure ſubſiſtente: ſecundum Bald. in c. i. de natura feud. & in l. penul. C. de donat. int. vir. & vxor. Petr. de Anchar. in c. canonum ſtatuta, in xiiii. q. col. ii. de conſt. & per tex. in l. fundum. C. de fun patrim. & Petr. de Ancha. in c. quoniã, de cõceſſ. præben. in vi.

32 † Meritoria quoque priuilegia de iure non poſſunt reuocari ſine legitima cauſa: vt magiſtraliter docet d. And. de Iſer. inſignis doctor, & maximæ auctoritatis in conſti. ea quæ, ſub rubr. ꝙ nullus prælatus, comes, vel baro. & per do. Matth. de Affli. ibidem.

33 † Iuſtum bellum dicitur intuitu principis præcipientis, & obediẽtis, ſi ipſe pręcipiens ſit talis cui obediens neceſſario iure parere teneatur c. quid culpatur in bello xxiii. q. i. & c. dominus. xxiii q. ii. & per And. de Iſer. in c. i. de conſu. feud. c. perpendimus, de ſenten. excom.

34 † Iuſtum quoque dicitur bellum intuitu illius cõtrà quem fit, & licitè indicitũ iuris aucto. c. i. & vlti. xxiii. q. ii. Inductum bellum fuit ut aliàs dixi pro pulſanda iniuria, & inferẽda vindicta ne impunita tranſiret, aliàs excitatura ad peius inferendum: & ne manifeſtum immineat nobis periculum: quod iuſtum, & neceſſarium dicitur: vt mali puniantur, & eorum audacia reprimetur, & emendentur: & vt boni ſubleuentur ſtudio pacis. c reos. xxiii q. v. & c. cum homo ea. cau. & q. & fit, geriturq; bellum ut pax quæratur, & non èconuerſo, quęrit pax, vt bellum exerceatur c. nolli. xxiii. q. i. & de iuſti, iniuſtiq; belli materia habetur per Hoſt. in tit. de tregu. & pac. in. §. quid ſit iuſtum bellum: quod iuregentium fuit introductum, ut inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. §. ius autem.

35 † Bellum iuſtum multipliciter dicitur: & quando ſit permiſſum, & quando nõ not. Glo. in c. i. dicta. 2. q. 10.

36 † Legitimum dicitur fieri bellũ ſex concurrentibus videlicet: quando fit pro fide, iuſtitia, & pro republica chriſtiana amplianda, & tutanda; & non fudendi ſanguinem deſiderio: & primò fit ꝓpter charitatem, vt pacis lenitate tollatur id quod belli calamitas introduxit c. quid culpatur & c. militare. xxiii. q. i. & l. fin. C. vt ar. vſ. lib. xi. Nam ſæpe per bellum perditur anima, corpus, & ſubſtantia: Ideò calamitoſum bellum nuncupari poteſt. vt dicit Bald. in l. unica. C. vt publ. letic. & eſt bellum quædam animoſitas orta ad propulſandum iniuriam, vel ad inferẽdũ vindictam, c. in ſumma. xxxiii. q. 1: Hyere. xxxiii. cap.

37 † Et iuſtè pugnantibus fauet Deus: & qa Gręci in Teucros iuſtè pugnarunt, proptereà iacet ſuperba Troya à græca deuicta virtute.

38 † Secundò à perſona indicente bellũ habente ſuperioris poteſtatem ordinariã indicendi bellum. l. vnica. C. vt arm. vſus lib. xi. & l. i. C. de perfectiſsim. dignit. iuncto c. quid culpatur. xxiii. q. i. Prohibent iura ꝑſonas eccleſiaſticas miniſtrare gladiũ ſanguinis, & ſe nõ inquinare ſanguine etiã miniſtrando iuſtitiam c. 2. & c. ꝑ humani, de hom. in vi. & c. clerici. xxiii. q. viii. ineuitabili niſi cogente neceſsitate: Poſſunt tamen clerici anteq̃ prælium

committatur alios pro fide,& re publica
Christi hortari ad prælium, & ipsis assi
stere in bello hortationibus, & absolu-
tionibus spiritualibus:ut fidem catholi-
cam tueantur, iustitiam, & patriam libe
rent:sed non vt aliquem interficient,aut
mutilent;& si aliqui interficerentur non
sibi posteà imputabitur ad peccatum;im
mò peccarent si illis nō subuenirent hor
tationibus spiritualibus.c.de occidēdis.
xxiii.q.v.& c.postulasti,de homic.& c.
quia te.l.distinct.

39 Et si clericus consuluerit in aliqua re ex
qua potuit sequi mors, vel dedit consi
lium ꝙ instrumentum bellicum, vel in-
sidiæ ponantur in aliquo loco: quo pos
sit humanum genus insidiari catholico-
rum, & sequi mors quorundam ex ipsis
ortodoxis, & an sequta morte efficiatur
irregularis.dic ꝙ sic:vt tenet Fely.in c.i.
de offi.iud.deleg.

40 † Tertiò,persona legitima non obtempe
rari necessario iure tenente præcepto
præcipientis.

41 † Quartò,legitimata pro defensione sua,
vel suorum.c. si nulla.xxiii.q.viii.cum
Glo.ibi.

42 † Quintò,propter res occupatas:videli-
cet pro restitutione, & recuperatione,
aut repetitione rerum sibi ablatarū per
vim vel alio modo doloso: strepitu in
hoc cessante iudiciorum: ob hostium po
tentiam c.cum olim.de rest.spoli.

43 † Et iustum bellum est in re publica: vt
inquit.M.Tullius Cicero contra Catel
linam quod denunciat, & indicitur Prin
cipis autē,& geritur pro rebus repetun-
dis,non de iure ablatis, & etiam pro pul
sandis hostibus,& eorum iniuriis rei pu
blice factis,& fieri comminatis.

44 †Sextò,ꝙ nō ex odio; sed vt suum conse
quatur debitum c.quid culpatur:& c.mi
litare non est peccatum.xxiii.q.i.

45 † Hostiensis doctor magnæ auctoritatis,
Iuris Spec. magister dicit in summa: ꝙ
fieri potest & indici bellum iustum au-
ctoritate episcopi: quādo pro fide pugna
tur.c.si non ex fidei, & c. displicet, cum
sim.xxiii.q.iiii. & si pro auctoritate ec-
clesiæ bellum indicatur:habetur in c.ex-
communicatis, in §.acolitis in Glo.ac-
cesserit.

46 † Et potest indici bellum contra illum
qui pro peccato mortali excommunica-
tus non vult parere ecclesiæ Dei indura
to corde,& in contemptum clauium: &
sic etiam requiritur persona contra quē
indicatur bellum: & quando episcopus
possit indicere bellum, & ipsi bello in-
teresse sine incursu irregularitatis:habe
tur in c.clericus qui paganum, cum se-
quenti c.ix.distin.& in c.ex multo ex-
tra deuot.& id c.cū olim, & ibi per Doc.
de restit.spol.

47 † Et quando,& qualiter sit pro fide, &
pace pugnandum: habetur de conuers.
infidel.c.i.& de homic.cap. suscepimus
& xxiii.q.iii.cap.fortitudo.

48 † Et an clerici parantes sagittas,vel alia
mortifera instrumenta ad interficiendū,
perdendumq;,aut vulnerandum, vel mu
tilandū homines in bello iusto, vel iniu
sto, incurrant irregularitatem. dic il
los incurrere in irregularitatem, in
casibus prædictis secundum Innoc.in c.
fin.extrà de post. prælat.& in c. senten-
tiam,extrà ne clerici,vel monachi.& in
c.ita extrà de Iudæ.& c. vnico. ext. de
sagitt.

49 † Quæro de casu: si Imperator catholi-
cus possit indicere bellum contra eccle
siam catholicam; & subditi habeant illi
parere,dic ꝙ non;quia Imperator est fi-
lius subiectus,defensor,& aduocatus ec-
clesiæ Dei,quam tutari tenetur ex debi
to suo.& si aliter faceret perderet priui-
legia tota Imperii,& priuari per Papam
catholicum,& deponi legitimè posset ab
Imperio.c.priuilegium xi.q.iii.c.sugge
stionem,de decim.

50 † Et potest Papa catholicus tunc rectè
liberare subditos Imperatoris,& sui im
perii à vinculo iuramenti fidelitatis ne
sibi pareant,c.nos sanctorum, & c.iura-
tos.xv.q.vi.& c.excomunicamus de hæ
ret.& per Io.And.& Hostien. in c. cum
olim.de rest.spoli. & per Abba. & Fely.
in c.nouit,de iudic.& per Io.de Lign.&
eius nepotem Paul.de Lign.in tract.suo
de bello in tit.an bellum motū per Im-

peratorem contra ecclesiam sit iustum.

51 † Vbi etiam tenent Papam posse indicere bellum contra Imperatorem hæreticum occupantem iura ecclesię: & subditi imperii tenentur tunc reuerenter parere domino Papæ catholico, & non Imperatori: vt in dictis iuribus. & per Abb. in c. sicut, de Iur. iuran. & de electi c. venerabilem, & per Doct. in c. ex gestis, de cler. non resid. & in extrauag. Bonif. incip. vnam sanctam.

52 † Imperator est filius, & nō dominus ecclesiæ, cui parere habet vt bonus filius patri, & matri suæ: pro quibus vt Christus obediens patri debet esse, & fidelis vsque ad mortem.

54 † De bello iudeorũ, & saracenorũ habet in c. auctoritatẽ. xv. q. viii. & quo iure in dicitur bellum contra saracenos scribit Inno. in c. super hiis, extra de vot. & per Oldra. in consi. lxxi incip. an contra saracenos Hispaniarum: sit licitum bellũ.

54 † Item quero an omni die, etiã dominico, siue festiuo sint bella gerenda; dic ꝙ sic: vrgente necessitate: quia præmẽte omni die bellandum est: cessante autem causa necessitatis, cessare & debent tumultus bellorum c. si nulla. xxiii. q. viii. & per totam etiam. xxiii. q. ii & l. ex hoc iure ff de iusti. & iur.

55 † Et die dominico surrexit dominus ꝓ necessaria salute humani generis, & omne insigne illo die fecit cap. si nulla. xxiii. q. viii.

56 † Et die. n. primo Pascatis Dominicæ resurrectionis 1512 xi Aprilis: Sedente Iulio. ii. Pontifice maximo, & Maximiliano electo Romanorum Imperatore: facta fuit expeditio illa apud Rauennam patriam meam: necessitate quidem tũc vrgente ex parte Gallorum. Vbi triginta millia, & vltra bellatorũ cæsi perman serunt vtriusque partis, & quia præsentes fuimus: verum testimonium perhibemus: maxima ibi viguit crudelitas, exulata pietate, & sepulta misericordia. & cæsi pro ecclesia in terra iacẽtes supini; oculos tenebant apertos ad cœlum: & nimirum, quia illi.

57 † Qui in bello pro ecclesia pereunt cœleste regnum merentur. c. omnium: & c. excommunicatorũ. xxxiii. q. 5. & c. cum olim, xxiii. q. viii. Et reliqui mortui: qui maioris numero erant qui pugnarũt contra Romanam ecclesiam in terram fossi cum vultu iacebant occulto Dei iudicio: & tunc fama fuit præter captiuos plures nobiles interfectos fuisse, vt prædiximus vltra triginta millia bellatorũ vtriusque partis, & tali facta expeditione, & cæde, vrbisque Rauennę depredarione sequenti die sequuta: lachrymando pie trascendi amnem Tauri pedibus super aceruo Cadauerum ibi mortuorum: ita ꝙ aqua fluminis non mandidit pedes meos: hostes ecclesiæ in maiori numero occisi fuere in dicta crudeli expeditione: & vidimus post lupos, & canes insimul longo numero congregatos fuisse effectos concordes, & amicos: & sine rixa humanam carnem inhumatam fetentem edentes, occisorum in bello prædicto, & viuos homines tempore in illo calamitoso aggrediebantur: & quorum plures occiderũt, & deuorauerunt: assistentibus ibidem vulturibus, coruis, & cornicium copia magna.

58 † Et morientes in bellis iustis sine pecca to mortali salui quippè sunt. c. fratres, de pœniten. distin. v.

59 † Et cum arma habent pacem, & quietẽ ciuitatum, regnorum, populorum, & prouinciarum: propterea iusti duces, & magistratus optimi esse debent soliti pro pace conseruanda: ne ita passim populi ferant arma, vt rixæ, & tumultus tollãtur inter ipsos; puniendo delinquentes, sediciosos, & scandalosos cum seueritate, & ferrea virga. l. i. §. quies. ff. de off. præf. vrb. & in authen. vt Iud. sine quoquo suffra. §. interdicere, col. ii.

60 † Ciuium odia intestina parent sedictiones: arte paratas diaboli propter superbiam, & principum, incuriam, & iniustitiam, non æquè regentium. l. vnica. C. de cad. tollen.

61 † Proprium est Tyrannidis habere suspectam fidem amicorum: & quanta mala occurrerint in ciuili, sociali, & seruili bello; in vrbe, & aliis orbis locis ciuium

causa longæ sunt historię de Mario, de Silla, de Catillina, de Cæsare, & Pōpeo, de Antonio, & aliis q̄ pluribus ob odia intestina nutrita; tibi duce antiquo hoste malo spiritu.

62 † Et si diu principes regnare cupiunt: fugiant nomen tyranni, & rectam ministrent iustitiam: quę residet in medio inter verum regem, & tyrannum; quos separat: qm̄ verus Rex dictus est à recto: iustitiam æque omnibus regit: & illam peramat: & è contrario Tyrannus odit iustitiã, & negligit illam facere: & quando Rex non facit iustitiam: perdit nomen regis, & nomen sumit tyranni: cuius est officium decoriare populos tyrãnide, afflictionibus, & impositionibus variis cū ęterno peccato ossibus suis affisso, auaritia duce animã ipsius ad inferos comitante: habetur per And. de Iser. in §. vectigalia in titu. quæ sint rega.

63 † Et omnes homines esse fortiores tyrãnis inquit Plato: & circa iustitiam, & uitam iustorum esse fœlicem, & beatam iudicauit: Tyranni verò vitam impiam fore calamitosam, & miserabilé, vt de Dionisio Siracusano tyranno legitur Hoste diui Platonis, & Dionis philosophorum pro libertate, & virtute loquétium: Dionis virtus adeò magna fuit, ꝙ Siracusam patriam suam liberauit à tyrãno: cuius arte demum periit Dion ventoso populo Siracusano; siléte sua pigritia tristi.

64 † Et scribit Eusebius de temporibus Tiberium Imperatorem filium Octauiani Augusti adoptiuum nunquàm voluisse grauare plebem ne nomen regis perderet: qđ dictū est à recto, & à recte regendo. Tyrannus autem à rege nomine, & facto differt: & probè respondisse Tiberium consulentibus ipsum vt plebé grauare vellet variis impositionibus, extra ordinariis exactionibus, taleis, oneribꝰ, angariis. & perangariis: boni pastoris officium esse tondere pecus, & non decoriare: bonorum Imperatorū vtique est officium proprium amare Deum, & proximos cum charitate subditos suos: & inuestigare eorum commoda: & remouere damna illorū. c. Imperiali, de prohib. feud. aliena. & per Andr. de Iser. in dict. §. uectigalia.

65 † Tyrannis non cadit in Papam: sed si Papa erraret, vt homo erraret: & non vt Apostolicus, sed apostaticus: & solum Deū habet iudicem Papa catholicus, nec potest à mundo iudicari, sed à solo Deo à quo dependet, & suam habet auctoritatem: nam Papa omnes mortales iudicat, & ipse à solo Deo iudicatur: & nō à mūdo: nisi in vno solo casu peruersę hæresis c. aliorum. ix. q. iii. & c. si Papa, xl. distin. & c. iustum, distin. ix.

66 † Et licet in Papa sit ordinaria, & soluta potestas, absoluta tamen non vtitur præter iuris ordinem, & sine causa: & illa rata sunt quando sua clauis non errat: & cum causa legitima fiūt, c. manet. xxiiii. q. i. & c. quodcumque. xi. q. iii. & c. quanto. extrà de iure iuran. & c. i. de uoto.

67 † Bellum iustum, & necessarium dicitur esse illud quod fit per fideles christianos contra infideles, & rebelles ecclesiæ, & fidei catholicę iuris auctoritate defendé do se contra ipsos inuadétes catholicos, nam uim vi repellere licet. l. vt vim. ff de iusti. & iur. & per Arch. in c. iustū. xxiii. q. ii. & per Host. in c. pro humani, de homi. in vi. & propterea licita bella dicuntur ratione iurisdicentis illius rei pro qua bellatur: & actione illius rei, & causæ de iure non permittentis illicita vt in c. quid culpatur xxiii. q. i. & per Hosti. in Summ. de treug. & pa. & per Imo. in c. cum olim, de rest. spol.

67 † Bellum fieri debet vt sæpe dictum est cum bona intétione ꝓ pace habenda, & habita conseruanda: & nō cum cæca dominandi cupiditate, vel crudelitate, aut diuitiarum libidine: considerãdo primò an sit iustum, vel iniustum vt Deus sit suffragium iustè bellantibus, & gladium non immineat eorum capitibus, vt contingit Philisteis: qui à tercentū viris populi Israelitici aquam manu labētibus & alia arma non habentibus nisi tres enses ferreos: & reliqui fustibus armati fuerant: & Dei auxilio tercentum illi Israelitici iustè pugnantes superarunt innumerabilem exercitum Philisteorum iniustè

iustè bellantium.

68 † Licitum est Christianis pro Deo bellare contrà infideles occupantes regnum ipsius Dei: q in terra pacē reliquit mortalibus: vt regna sua crescerent concordia: quoniam per discordiam paci contrariam imperia magna dilabuntur & redicuntur ad nihilum: pax est hæreditas Domini quæ firma esse debet inter ipsius fideles; vt de manu infidelium tollatur sancta Ciuitas Hierusalem. nā virtus vnita Christi fidelium ipsis victoriā donat: pro quibus pugnabunt Angeli Dei; cuius potentię resistere poterit nemo quin vnus fiat pastor: & vnum ouile vt dicit Euangelium: & habent mortales catholici fugere odia sua intestina ꝓ æterna saluta; pręcauentes inter se non exercere arma hostice bellando: quoniā ipsos per dies consumit discordia, & minuit imperium suum: hostiumque, & & infidelium auget audaciam: & illis noua dominia præbet, prouinciasque nouas, & recentia regna.

69 † Legimus Euridomum, & Menādrum, & præter hos Demostenem, & Niciam duces Atheniēsium in magnis classibus ob discordiam periisse in Sicilia: Et legimus quoque discordiam Proculi, & Paulini ducum Octonis primi Imperatoris nocuisse Imperio suo: & concordiam illius auxiliariæ legionis Octonis ipsi pro fuisse; & rapacem legionem Victelli superasse aquilis sibi ablatis militaribus signis: vnio, & pax catholicorū ꝙ discordia substulit, acquirit: propterea vestis Domini inconsutilis non est lanianda, nec lupis est relinquenda deuorari res publica sua. Pax, & vnio catholicorum tollere habet infidelium vires: & unus fiat pastor, & unum ouile, vt dictum est: Aqua igitur, & terra est armis exercenda pro fide Christi, cum vexillo salutiferæ crucis, pacis, vnionis, & concordiæ, amoris, & charitatis: optima fide, & firma intentione iustè bellandi ꝓ Deo, & iniuriam propulsandi ob tutelam corporis, & rerum: quę iustum, & licitum faciunt bellum: & è contra mala intentio iniustum, & illicitum parit bellum. c. militare, & c. nolli xxiii. q. i. & iustum est bellum pro libertate ꝓ qua iustè pugnatur. c. ii. & ibi Glo. extrà de pœniten. & remiss. & c. in summa. iii. q. ii. & morientes in bello iusto, cęteris paribus salui fiunt. c. omnium. xxiii. q. v. & c. omni tēpore. xxiii. q viii.

70 † Nec homicidę sunt catholici: nec dici ritè possunt de iure illi: qui occidunt in bello iusto Maumethanos, saracenos, & infideles hostes, rebelles, & inimicos ecclesiæ Dei, & fidei suæ catholicæ. c. omnium, & c. excōmunicatorū. xxiii. q. v.

71 Et illi fiunt infames, qui fugiunt ex publico bello. c. infames. vi. q. i & vltimo supplicio puniri possunt vt aliàs dixi. l. omne delictum. ff. de re milit. & capti in bello iusto fiunt serui capientium: & indelicitè fugere non possunt huiusmodi captiui: qui postquàm sunt capti de iure occidi non debent; etiam si capti fuerint inimici mortales capientium. l. libertas. ff. de stat. hom.

72 † Ideò Magnus Alexander occidit Bessum ducem Thesalorum quia regem Darium captiuum interfecerat, & ad ipsum Alexandrum non duxerat: secundum regulas militiæ.

73 † Et capti in bello iusto absque peccato non possunt discedere à dominis suis. c. ius gentiū, & ibi Glo. distin. i. & ꝑ Abb. in c. sicut, de iure iuran. & c. dicat. xxiii. q. v. & c. si quis seruū. xvii. q. iiii. & hoc de iure procederet contra saracenos, & infideles captiuos· & hodie de cōsuetudine Christiani captiui nō efficiuntur serui hostium: habetur per Bar. in l. hostes. ff. de capt. & postl. reuers. & Abba. in c. i. de conuers. infidel.

74 † Dromicatis Thracensis exemplo qui dum Lysimacum bello cœpisset illū cum maxima liberalitate dimisit; & pruden ter faciunt illi qui seruant captiuos suos etiam infideles: vt se recognoscant, & fiant fideles errore dimisso infidelitatis; & vt seruiant ipsi in cultura agrorum ꝓ victu humano: & vt baptizētur catechumeni primò effecti, & secundùm merita manumittantur.

75 † Et tenentur Principes catholici pro

Dei amore redimere captiuos Christianos inquantum possunt ab infidelibus: & pro tali pietatis, & charitatis opera non parcere auro: quia non solum tractatur de corpore, sed de salute, & libertate ipsorum, & de immortali anima sua gratissima Deo: quæ non auro, neque argento, nec ullis pretiosis gemmis, & lapidibus appretiari, & comparari potest, Nam nihil ea excellentius, & pretiosius fuit à Deo creatũ; qui præter hanc hominis animam ad imaginem, & similitudinem ipsius Dei creatam, in mundo mortalia cuncta fecit: nec unquàm obliuiscitur Deus munus piætatis redẽptionis captiuorum huiusmodi.

76 † Quibus ius cõpetit postliminii quod habere non dicitur nisi habuerit animũ in patriam reuertendi quomodocunque capti sint. s. pacis, aut belli tempore. ff. de capt. & postl. reuers. l. postiliminii.

77 † Ius autẽ postiliminii est libertatis ammissę reique recuperandę ab extraneo, & in statum pristinum reducendę: quã quis propter captiuitatem, uel per seruitutem amiserat legibus, & moribus institutum. l. postiliminium. ff. eod. tit. uel est ius per quod restituitur res usucapta, uel pręscripta ab aliquo: quam per captiuitatem ammiserat. cap. præterea. xv. q. iii. & deriuatur à limine, & post, id est, iusta: quasi iuxtà limen domus suę semper fuisset; uel ut primò ante captiuitatem possedisset: uel quia captus ab hostibus, & ultra limina meri imperii deductis: posteà infra eadem limina reuertitur: quæ ammiserant per captiuitatem, & ipso reuerso fingitur hoc ius: ipsum semper in ciuitate fuisse, & in ea commorasse tanquàm si captus non fuisset.

78 † Quæro de casu, Pater quidam fuit arrogatus filio suo captiuo existẽte apud hostes, redeunte filio suo ab hostibus patris arrogatoris: nepos erit, & aui respectiue reuersi. l. si me. ff. de capt. & postl. rers. Inter populos confęderatos, & liberos Christianos nõ habet locum ius hoc postliminii: quantum ad personas uigẽte consuetudine. l. nõ dubito. & l. hostes, & per Bar. ibi: & in l. ingenuam. §. penul. & l. licet in fi. ff. de capt. & postl. reuers. & in l. nullus. C. de iudę.

79 † Quæritur de filio suscepto apud hostes: & inde ad patriam reuerso, an recuperat iura filiationis. s. iure postliminii, & patri, & aliis agnatis, & cognatis gradatim succedere posit: dic ꝙ sic. l. apud hostes. ff. eod. titu.

80 † Et qui mortuus est apud hostes fingitur iure postliminii ꝙ mortuus fuerit prima hora captiuitatis. l. in bello, §. si quis capiatur, & l. si quid. ff. de capt. & postl. reuers. vbi dicitur, ꝙ si vi caperetur in bello habet postliminium, etiam per pacẽ, nisi pactũ obstaret, vt d. l. in bello.

81 † Quæro modo de filio familiàs capto in bello ab hostibus, & inde in patriam reuerso, an recuperet pristina iura sua: & an pater recuperet ipsum, & iura sua postliminio iure: dic quòd sic: vt d. l. in bello.

82 † Sed uxor de iure ciuili capta ab hostibus, & reuersa non recuperat maritum suum iure postliminii: nisi reintegretur matrimonium leg. cum duæ: & leg. non à patre. ff. eod. tit. secus de iure canonico: qđ præualet iuri ciuili in matrimonialibus, & spiritualibus causis per causam. in c. cum contingat, in verbo debeat, extrà de iure iuran. & per tex. in c. fin. de pręscript. cum sim. & est vna de contrarietatibus Iuris Ciuilis, & canonici.

83 † Circa vltimas voluntates, & contractus omnes captiuorum attenditur prima hora captiuitatis: & finguntur mortui iure postliminii: & sic in patre, & filio institutis, & substitutis seruatur. l. pater cum duabus sequen ll. ff. eod. quæ leges multos casus decidunt, & patris condictionem sequitur filius. l. si me. ff. de capt. & postl. reuers.

84 † An in foro conscientiæ liceat capta in bello retinere: dic vt aliàs dixi superius: & vt tenet Bal. in c. 1. de milit. uass. qui contum. est: Et an hæc habeant locum in bello iniusto: not. Bal. in l. i. C. de cadu. toll. & per Io. Andr. in rubr de rapto. & Paul. de Lign. in add. suis factis lib. de duello. d. Io. de Lignã. aui sui paterni.

85 † Et qualiter testari possunt milites, &

filii familiàs milites in conflictu: dic illos posse priuilegio suo militari testari cum duobus testibus rogatis, & tale testamentum ualebit.l.diuus.ff.de test. mi lit.& per Glo.in l.milites.C.eod. tit. & per Ias. in authentica nouissima, col.v. de inoff. testam.

86 † Quid si captus fuerit pater,& inde redéptus ab aliquo: an poterit filius redéptori offerre pretiũ, & esse heres patris: Et quid si sine pretii oblatione,non mutato iure postliminii:dic ꝙ sic:per tex.in l.si captiuus,& in l.si me,& in l.si patre. ff.de capt.& postl.reuers.tetro.n. creditur in ciuitate fuisse qui ab hostibus aduenit: & in prima captiuitatis hora vt dictum est mortuus liber fingitur quantumque viuat apud hostes.

87 † Et si aliquis Sempronii seruus foret ab hostibus captus,& aufugerit Romã, non dicitur rediisse iure postliminii:nisi in potestate sui domini reddierit, vel alii vt seruus seruiret.l. fin.ff.eod. tit. & si seruus prędicti Sempronii esset captus à latronibus & in potestatem hostium peruenerit, & ab aliquo posteà mercato re emptus: emptor propterea ipsum seruum vsucapere non poterit.l.latrones.ff. de cap.& postl.reuers.Et ab hostibus captus dominus potest nihil per se vsucapere:sed benè per seruum suum peculiari nomine poterit & ipso ignorante augeri patrimonium, & hæreditas sua leg. penul.ff.de capt.&c.

88 † Et mortuo hęrede instituto ante testa mentum rumpitur testamentum: vt in l.bona.§.si quis, ff.eod.& si uir, & vxor pręgnans capti ab hostibus fuissent, & vxor peperit apud hostes,& ambo reuer si: filius recuperat iura filiationis, Sed mater sola reddeunte pro spurio habebitur filius quasi natus sine patre iusto.l. diuus.ff de capt.& postl.reuer. capto auo nati post ex filio ipsius,nepotes prædicti reddeunte auo ad patriam iure postliminii ius filiationis, & patrię, aut auiæ potestatis recuperabit in continenti: & de quibus hostibus intelligatur: habetur in d.l.hostes, & ibi per Doct.ff. de capt.& postl.reuers.

89 † Ius autem postliminii semper habet locum quandocunque reddeat captus; dummodò non habeat voluntatem reddeundi ad hostes.l.nihil,eod.tit. & mortuo capto apud hostes omnia iura in eo statu restituuntur iure postliminii: perinde ac si captus non fuisset.

90 † In bello non iusto licitum est fugere.l. nihil.ff.de capt. & postl. reuers. quod secus est de captiuis captis in bello iusto vt suprà dixi.

91 † Quęro de represaliis, quæ sunt remedia extraordinaria, in defectum iustitię denegatæ, & bella dicuntur mixtæ iurisdictionis,quę fiunt ob tutelam corporis, & rerum,ꝑpter defectum iurisdictionis: authen. non fiant pignorationes, & c.i. de iniur.in vi.

92 † Et an confęderati possint impetrare represalias pro vt ciues &c.dic ꝙ sic: habetur per Bal.in auth.hodie,ne vx. ꝓ mar. & in l.non dubito.ff.de capt. & postl. reuers. videlicet si propter feudum vna ciuitas subest alteri quo ad protectiones, & de represaliarum materia lacius dicã in alio libro rei naualis.

93 † Quęritur de reis ad ecclesias confugiẽtibus:an tuti esse debeant in illis:dic ꝙ sic: propter Deum, & priuilegia ecclesiarum non violanda: & an in & ex ipsis capi,& extrahi de iure possint,dic ꝙ nõ: Nam Magnus Alexander virtute rectus diuinæ rationis Niconum seruum fugitiuum sui exercitus ducis Crateris violentari noluit existentem in templo; ne violaretur ecclesia,& iniuria fieret Deo.

94 † Et Rex Agislaus Lacedemonius plenus, religione,& virtute victor, & vulneratus in pugna contra Thebanos, & Argiuos:quorum pars se in Heliconam reduxerunt in fuga: & reliqui in templo ibi vicino:quos in ipso templo procurarunt trucidare milites Agislai: quibus prohibuit Rex Agislaus ne violaretur ecclesia propter Deum, & illis libertatẽ donauit sine iniuria.

95 † Nam capientes, & extrahentes huiusmodi existentes in templo Dei in pœnã incidunt criminis diuinæ læsæ maiestatis.l.ii.C.de his qui ad eccle. confugi. &

l.i.ff.ad leg.Iul. maiest.nisi in casibus à
canone permissis videlicet ꝙ confugien
tes prędicti deliquissent in ecclesiam,vel
aliter vt diffidati latrones: quia non de-
bent gaudere priuilegio ecclesiæ in qua
commiserunt c.frater, iuncta Glo. & c.
miror,& c.reum,cum Glo xvii.q.iiii.&
c.inter,extra de immu ecclesiæ, & ibi ꝑ
Doct.& Gl.in d.c.reum.xvii.q.iiii.Ali-
ter disponente ciuili iure : nisi essent so-
domitæ,adulteri,vel homicidæ, aut fa-
mosi latrones, seu virginũ raptores, vel
tributorum exactores, tributa furantes,
vel illa dolo derrobantes.l.fideli & l vlt.
C.de his,qui ad eccle. confugi. authen.
de mand.princ.§ neque coll.iii. Qui-
bus casibus ius ciuile tollit priuilegium
prædictis:& illos capi in ecclesiis,& ex-
trahi,& puniri iubet:habetur in dictis iu
ribus:Sed nos fuimus semper sequuti in
hoc Canones, & canonistarum senten-
tias quæ sunt ęquiores, & pro anima
tuitiores.

96 † Iustum quoque fit bellum: quod fit in
iudicio iudicis auctoritate habentis me
rum, & mixtum Imperium.l. qui resti-
tuere ff.de rei vend.& c.dilecto, de sen-
ten.excom. in vi.& l.continet.§.sed vim
ff.quod met.ca.vbi habetur bellum iustũ
fieri contra contumaces,& rebelles.& l.
iii.& iiii.ff.de iurisd.om.iud.&.l.vnica.
C.ne quis in sua causa:& quælibet per-
sona priuata tenetur experiri ius suum
in iudicio.c.xxiii.q. viii. & d.l. qui resti
tuere.ff de rei vend.

97 † Et licitum quoque dicitur bellũ quan
do fit iuris auctoritate: quo ad illum cui
conceditur.c. illud,de rest.spol.& c.si ve
rò,de senten.excom. & l.i.C. vnde vi.

98 † Iniustum, & præsumptuosum dicitur
bellum illud : quod faciunt inobedien-
tes iudicibus,tam ecclesiasticis, q̃ secula
ribus. vt in tit.si quis iudicē. non obtēp.
ff.& C.& l.i.C.de seditio.& c.i.de pœ-
niten.distin.iii.& c. si quis venerit, de
maior.& obed.

99 † Et quilibet iudex ad hoc vt sit iudex
competens:opus est ꝙ primò sit catholi
cus : quia nulla est legitima iurisdictio,
neque legitimum dominum apud infide
les.c. quod super his, & ibi per Innoc.
extrà de vot.

100 † Nec esse debet suspectus, neque inimi-
cus sui regis, vel partium litigantium,
vel eorũ affinium,& consanguineorũ:qa
ex inimicitia, & hostilitate etiam sui re
gis pro suspecto habetur,nec ipsius lite-
ris est standum salui conductus.c. acce-
dens,extrà vt lit. nõ contest. & quę sint
iustæ,& legitimæ causę suspicionis ad re
pellendum iudicem: habentur in c. insi-
nuante.de offi. deleg.& in c. cum super
eo.tit.& in c. suspicionis de appell.

101 † An licitum sit prosequi iudæos bello
cum parati sint seruire, & non prosequi
Christianos ? dic ꝙ non , sed ritè prose-
quuntur saraceni;& illis iustè bellũ indi
citur : quia hostes sunt christianorum:
quos ferro , & insidiis prosequuntur.c.
dispar,& per glo.ibi.xxiii.q.viii.

102 † Iudæi sunt infames : authen.gazaros.
C.de hære.nec possunt iudęi esse officia
les,neque iudices inter Christianos,l.fi.
C.de iudæ.& per Abb. in c.cum sit, de
iudę. & c. constituit.xvii. q.iiii.c.nulla
officia.liiii.distinct.c. ex speciali , & per
Abb.ibi extrà de iudę.

103 † Nec iurant iudæi per sancta Dei Euan
gelia : vt christiani iurant: & ita vt chri
stiani omnes officiales iurare habent,
ideò iudęi non possunt esse officiales in-
ter catholicos:bona est Glo. in auct.ius
iurand. quod præst ab hiis: & Glo in l.
spadonem.§.iam autem.ff. de excus tut.
& per Bar.in rub.de iust.& iur.vbi tenet
iudęum non posse esse tutorem christia-
ni:quia non iurat ad sancta Dei Euange
lia, vt iurare tenentur tutores.l.fi.C.de
administr.tut. & per Bald.in tit. de pac.
iur.firm.in §.item sacramenta & nõ gau
dent iudæi beneficio c. quãuis , de pact.
lib.vi.quia non iurant vt christiani.

104 † Nec possunt iudæi habere dignitatem,
neque doctorari: quia doctoratus est di-
gnitas,& prę eminentia magna c.quan-
to,de magistr. & per Abba. in c.i & fin.
de iudæ.& per Bart.in l.fin.C. de iudæ.
& in l.i.C.de no.C.compo.& per Abb.
in c.super eo.col.ii.de testib.& per Imo.
& Hosti.in c.super hiis,de uoto : & hæc
est

eſt communis oium dictorum ſententia.
105 † Neque debet medicus iudæus vocari à
chriſtiano in ſuis infirmitatibus.c. nul-
lus.xxviii.q i.
106 † Pluribus modis iniuſtum bellum dici
tur ratione perſonæ,nocendi cupiditate,
vlciſcendi crudelitate impaccati animi
debellandi furorem,& dominandi libidi
ne c.clericis & c.ſententiã,extrà ne cler.
vel mona.c.quid culpatur.xxiii.q.i.c.ex
literis,extrà de exceſſ.præla.c. clerici. &
c.his à quibus,xxiii.q.viii. & per Inno.
in c.petitio , extrà de homic.& p Arch.
in c.ſi quis.xxvi.diſtin.
107 †Item ratione rerum ſi non eſſet pro re-
petendis rebus:Item ſi pro non defenſio
ne reipublicę chriſtianæ,vel propriæ pa
trię c.i.xxiii.q.ii.& c.ſi nulla.xxiii.q.8.
108 † Item ob inrationalem cauſam videli-
cet quando propter iracundiam,& illegi
timum furorem pugnatur: nulla neceſsi
tate cogente c.nolli.xxiii.q.i.vt impru-
denter,impiè,iniquè , & iniuſtè faciunt
infideles contra populos catholicos.
109 †Iniuſtum,& temerarium dr̃ bellũ:quan
do fit contra illos qui ſe iuſtè defendũt
iuris auctoritate.l.ii. C.de deſer.lib.xii.
& c.perpendimus , de ſenten. excom.&
c.cum non ab homine , de iudic.& l.vt
vim.ff.de iuſt.& iur.& l.deuotum,C.de
metat.lib.xii.& per ſcriben.ibidem.
110 † Et ritè fideles ſe tuentur à paganis , &
infidelibus ſibi vim inferentibus, vel in-
ferre conantibus,contrà quos pro parte
Chriſti fidelium ſemper eſt iuſtum,& li
citum bellum vt in dictis iuribus.
111 † Et quia non nulli Principes Chriſtia-
ni,iniuſtè opprimuntur bello ſine cauſa
legitima per aliquos Principes etiam
Chriſtianos ipſis potentiores, animo no
cendi & vlciſcẽdi crudelitate , & vexan
tur libidine dominandi,nec ab aliis poſ-
ſunt ſe catholicis iuuari , fœdere forte
facto inter Principes alios potentiores
de iure ꝓhibito:vt dicit Bal.in ti.de pac.
iur. firm & p Bar.in l.fi.C. de colleg.il
lic.ob hoc fortè dubitãtes:ne & ipſis bel
lũ inferat per dictos potẽtiores. An lici
tum ſit dictis oppreſsis Principibus ca-
tholicis facere fœdus, & ſeu ligam, ſiue
confederationem cum infidelibus & in-
uocare eorum auxilium : ducti neceſsita
te , non valentes ſe aliter tueri per pacẽ,
vel alio modo per viam Romani Paſto-
112 ris:qui † omnimodam habet poteſtatẽ in
in terra : & operari tenetur ſuo ſpiritua
li gladio vt pax conſeruetur inter popu-
lum ſuum catholicum : ſibi à Deo com
miſſum,& habet contrà inobediẽtes pro
cedere ad priuationem dignitatum, do-
miniorum,& regnorum, ſeruatis primi
tus de iure ſeruandis c. in cauſis & per
Abb.ibi de re iu. in c.i.ii.iii. de transla.
præla.& c.in notuit,de elect.& in c.ſigni
ficaſti,& per Doct.ibi eod.tit.
113 † Et Papa dat imperium,& regna,& ipſis
ſuccedit vacantibus c. licet ex ſuſcepto,
de foro compet.& c.venerabilem,& c.cũ
inter,& per Abb.ibi de elect & exercere
poteſt imperialia,& regia Iura: quando
Imperator , & reges eſſent inutiles , &
ſeu rebelles eccleſiæ,ſchiſmatici,hęreti-
ci,& hoſtes eccleſiæ Dei,vel inutiles vni
uerſæ reipublicæ Chriſtianæ : & his de
cauſis ritè deponuntur ab eo : quia Papa
omnium eſt cõpetens iudex & loco Dei
in terris:cui omnes meritò pie parere te
nentur pro Dei honore,& gloria in me-
moriam Beati Petri.
114 † Nec ritè poteſt Papa allegari ſuſpectus
cum ſit loco Dei:in quo nulla cadit ſu-
ſpecio ut Papa:qui pater eſt omniũ mor
talium & eccleſia mater.
115 † Deficiẽtibus autem omnibus remediis
poſſent Principes Chriſtiani iniuſtè op
preſsi pro ſui tutela inuocare auxilium
infidelium:& cũ ipſis fœdus inhire abſq;
infamiæ nota in bello iuſto;Iuxta illud
Poetæ:Flectere ſi nequeo Superos Ache
ronta mouebo : pro vt etiam conſuluit
Oldr.Land in conſi.lxxi. & ratio eſt q̃a
neceſsitas non habet legem:nã illi q̧ in
flumine turbido , & vaſto gurgite ſe ſuf
focant,non valentes aliter euadere , nec
ſe tueri,quærunt vbique auxilium , etiã
à friuoli palea,& à mobili iũco,debiliq;
herba,& à fragili ſyrpo.
116 † Et ſi quod damnum fuerit iniuſtè illa-
tum eccleſiæ,& imperio, præter iuſtitiã
in dedecus ſuum: illicò eſt prouidẽdum

vt pro honore reficiatur illi duro,& celeri marte:exemplo Marcelli animo inuicti sequuta Cannensi clade: tunc existente victore Anibale:contra quem nō permittebat Marcellus illum gaudere victoria sua, nec respirare; bellando per dies contrà ipsum:ita ꝙ coegit Anibalem mutare castra,& longè abire à Marcello timore virtutis tanti ducis : & sic prodest celeritas in puniendo in re bellica pro honore, & vtilitate rei publicæ Imperialis: si cum hoste iustè pugnetur : contrà quem semper pro victoria est virtute curandum,marte,dolo, fraude , & insidiis: Iuxta illud dolus,an virtus in hoste requirat c.vtilem simulationem. xxii.q.i. & c.dominus.xxiii.q.ii.& per Glo.in c. cupientes,de elect.in vi. iuncto c. quid. xxiii.q.i.& c.iustum.xxiii.q.ii.

117 † Imperii,& amicorū iniurias rectè vindicauit Rex Agislaus Lacedemonius contrà hostes suos:quos deuastauit facta vltione cōfœderatorum suorum amore: amicus nempè fuit,fidus patriæ suæ, & illius amicis:& inimicorum suorum fuit acerrimus hostis : & patriam sine muris obsessam tutatus fuit ab Archadis, Thebanis,Eluetiis,Boetiis , Focensibus, Ioniis ab vtriusque locaris,Thesalis,Acarneis,& Eubois, & à populis rebellibus, fugitiuis seruis,& ab illis qui euaserant à pugna Leutrica : & vbi hostes copiosi erant illos artè aggrediebatur in lateribus debilioribus:& paulatim , paulatim delebat audacter:considerando tempora, & loca:hostiumq; multitudinem:se reducendo in arctis , & angustis locis ne circuiri posset à multitudine hostium pro victoria suorum:quos artè seruabat illesos,& in asiduo exercitio ne pigrescerent retinebat : & demum eum candida fide,immaculata , & amore erga omnes cum probatissima vita continetissimus fuit,pius,iustus,liberalis,& gloriosus in patria : decessit octuagenarius & vltra optimus Imperator Agislaus Lacedemonius:qui iusta bella suscepit sine subditorum grauamine:expendendo primò aurum proprium vt iuris est : authen.vt iudi. sine quo.suffr.§. illud , coll.ii.Et quando sit bellum iustum, & quando nō habetur in tex. & Glo. cap. primi.xxiii. q.ii.& per Hosti.in summ.in tit.de treuga, & pa.in §.quid sit iustum bellum.

118 † In bello iusto iustè acquiruntur spolia, & prędæ quæ non sunt , nec veniunt de iure restituendæ:pro vt sunt, & veniunt illæ quæ in bello non iusto captæ sunt: quæ si forent cōsumptæ etiam restituendæ sunt:quia nunq̄ habuerunt bonam fidem tempore quo fuerunt per vim ablatæ,& possessæ cum vitio:vt in §.quod autem,inst.de vsucap.priuata spolia dicuntur manubia:& publica spolia dicuntur opima,& etiam illa quæ ex regibus consequuntur in bello.

119 †Et successor singularis inuasoris rei mobilis: quantumq; habeat bonam fidem per vitium reale an præscribat rem vitiosam:dic ꝙ non:quia vitium ipsius rei sequitur quécunq; possessorem,sicut lepra leprosum.l.vitia possessionum,C.de acquir.possess.& c.nihil,de præscript. & ibi per Abb.Panor.& d.Anto.de Butr.in c.si diligenti.eo.titu.licet de iure ciuili præscribere posset si fuerit in bona fide successor : & à se vult incipere currere pręscriptionem lōgi, vel longissimi temporis:vt inst. de vsuc.§.furtiuæ,cum Gl. ibi. & in c.cura. de iur. patro. † & licet

120 mala fides defuncti noceat hæredi , non tamen nocet emptori ab hærede acquirenti:per not.per Bar.in l. potest pluribus.in fi.ff de vsuc.& per Fran.de Aret. in c.si diligenti,de præscrip. Secus in re stabili vitiosa : quæ nullo tempore pręscribitur de iure canonico, propter peccatum c.fin. de præscript. & per Docto. ibi.Et quando tractatur de peccato:Ius canonicum semper est præferendum iuri ciuili.

121 † Quæro de vocatis ad bellum an habeant actionem iniuriarum, & de damnis datis:& quænam actio sibi cōpetat: habetur per Inno.in c.sicut,de Iur.iura. & per Arch.in c.deniq;.xiiii.q.v.

122 † Et faciens bellum iniustum: an teneatur restituere, & satisfacere damnum passis omnia,quę ipse, & sui intulerunt aduersariis suis ob bellum iniustum. Nam

ſubditi tenentur ſe, & bona pro ſuo domino exponere: niſi dominus ſuus eſſet in culpa negligenter eos tuendo. Et an ille qui fuit conſecutus ſuum in bello amiſſum poſsit adhuc agere in iudicio: dic ut in c. Dominus, in Glo. ciuitas. xxiii.q.ii.& dicam etiam inferius.

123 † De illis autem damnis,quę quis in bello iuſto intulit hoſtibus:a quibus cõmodè ſecundum belli conſuetudinem abſtinere non poterant:non tenentur in foro conſcientiæ vt aliàs dixi:niſi ea craſſando intulerint;cum aliàs poſſet abſtinere, & ſibi conſulere: & tunc tenentur cum damno ſibi dato compenſare: & ſi excedunt,tenent̃ ſibi ſatisfacere ſi amat propriam animam.

124 † Et quilibet de iure tenetur defendere res ſuas per ipſum iuſtè poſſeſſas.l.i.C. vnde vi.& l.iii.ff.de vi,& vi arma,& c.cũ olim,de reſt.ſpol.& per Bart in l.vt vim ff.de Iuſt.& iu.& in d.l.iii.de vi, & vi arma.& per Abb.in d.c.cum olim,& in c.ſignificaſti el.ii.de homic.& per Io. de Lign.in c.ciiii.& c.cv.libri ſui de bello: vbi pulchrè diſtinguit.

125 † Et eſt vera regula ꝙ illi qui damna inferunt innocentibus:tenentur ad reſtitutionem quia nullus debet ſpoliari bonis ſuis iniuſtè: nec pœna habet excedere ſuos auctores c. quæſiuit, extrà de his quæ fiunt à maiori parte capituli.c.i. pri.q.i.

126 † Et ſubditi Deum timentes non tenentur de iure dare conſilium, neque auxilium dominis ſuis in bello illicito,& iniuſto:& rectè facient ſi tale conſilium, & auxilium non dederint: quia eſt magis timendus Deus q̃ homo. Ideò non debent pati dandum in perſonis, bonis, & rebus ſuis:propterea eſt ſibi reficiendũ damnum;niſi à caſu ſuiſſet ſibi damnum illatum:exempli gratia non valens Philippus Rex Macedonum hoſtes ſuos offendere combuxit eccleſiam, & ciuitatẽ, innocentiumq; domos, & bona quibus hoſtes ſe ſubſtentabant pro libertate in bello iuſto.

127 † Quęro de illo qui in bello fuit conſequutus damnum, & intereſſe ſuum: an poſsit iterum conſequi damnum ſuum: & pro eo conuenire aduerſarium in iudicio iterum,vel contra eum indicere bellum:de quo caſu quædam ſuperius dixi: & dic ꝙ ſic ſecundum Io.de Lig.in trac. ſuo de bello, quia rerum dominiũ quod acquiſiuit in bello, per bellum fuit ſibi quęſitum.l. naturaliter.ff.de acquir.rerũ domi.c.dicat.xxiii.q.v. & c. ſi de rebus. xxiii.q.vii.& per Gl.in c.dñs,& per Io. de Fantuc.ibi.xxiii.q.ii.& per not.in regula bona fides de regu.iur.in vi.& in l. emptori.C.de euict.

128 † Fui pluries cõſultus ſi clericus vadens ad bellum iuſtum cum domino ſuo; & ſpolia,& prædas acceperit:an hęc licitè, & cum bona conſcientia retinere poſsit, conſului ꝙ nõ poteſt illa tenere ſine peccato:ſed illa reſtituere tenetur: quia peccauit in rapiendo illa: nec dominus ſuus potuit ſibi de iure dare licentiam bellandi,& rapiendi bona aliena: quod intelligendum puto in bello facto inter catholicos, & ſi bellum foret contrà infideles contrarium eſſe puto, quia tunc forent ſpolia legitima,& prædæ legitimè ablatæ erunt,& bene quæſitæ,& ritè per Principes diſpenſabuntur,& ſi illa non rapuerit clericus, ſed illa habuerit ab aliis ex militibus,quibus licitum fuit in bello iuſto etiam inter catholicos facto ſpolia,& prędas accipere, tunc non tenebitur clericus vigente conſuetudine: qua miles quilibet retinere poteſt omnem prædã quam in bello quæſierit: & illã, vt aliàs dixi,de iure aſsignare habẽt milites bellorum regibus c.ius militare, diſtin.iii.

129 † Et poſteà tenentur reges prædas,& ſpolia in bello quæſita, & ſibi aſsignata diſtribuere inter milites ſecundum eorum merita,retenta ſibi tertia parte ſi ſibi videbitur: exemplo aquilę quæ prædam inter pullos ſuos aquilios diſtribuit pro ſe retenta parte c.dicat.xxiii.q.v.l. ſi q̃d in bello.ff.de capt. & poſtl. reuerſ. & ſic clericus ſine principis auctoritate dicta nõ vigente conſuetudine prædas tenere nõ poterit vt.d.c.dicat.xxiii.q.v.

130 † Nec poſſunt domini in præiudiciũ ſubditorum damna paſſa per ſubditos in bel

ſo iniuſto remittere, vel componere: pro quibus ipſi domini tenentur prędictis ſuis ſubditis reſarcire; niſi ipſi ſubditi in culpa, & cauſa fuiſſent; vel id domini feciſſent ex rationabili cauſa propter fauorem publicum, aut pacem habendam, vel habitam conſeruandam: quo caſu poteſt Princeps rem tollere vni, & dare alteri: nam maior cauſa, & ratio eſſe nō poteſt pro publico fauore: q̄ frui pace, & carere bello: qđ etiam procedit in damnis habitis in bello iuſto; ne maiora damna patiantur populi.

131 † Iure cautum eſt mādantes teneri mandatario de damnis: quæ paſſus eſt mandatarius in bello: & de dānis illis, q̄bus potuiſſet mādans ꝓuidere c. ſicut, & ꝑ Abb. ibi extrà de iur. iuran. niſi pietatis cauſa, ſiue humanitatis, aut parentelæ amore, vel ex debito, aut mercede cōductus; ꝓ eo bellauerit c. nō inferēda. xxiii. q. iii.

132 † De omni nempe damno dato per exiſtentes in bello iniuſto, omnes tenentur inſolidum illi qui auxilium, conſilium, & fauorem præſtiterint c. votum. ii q. i. c. omnes. xvii. q. iiii. niſi fuiſſent inducti dominorum ſuorum cōſilio, vel timore, aut cohærcione; & ꝙ ipſi ex ſe non feciſſent; & in bona fide extitiſſent, ſecus ſi in mala fide fuiſſent, vel ſponte iuiſſent ad bellum, inſtit. mand. §. illud quoque. & l. ſi remunerandi. §. rei turpis. ff. mand. & per Albe. de Rota. in l. quoniam. C. de vi publ. vel id feciſſent domini ſui probabiliter, auxilio, & fauore non obſtantibus: quia tunc nō tenerentur, niſi de his quę ipſi habuiſſent; & inquantum facere poſſunt, ſi conſumpta forent.

133 † Infidelium autem, & hæreticorum bona publico bello, & iuſto quæſita: licito iure tenentur: & vt aliàs dixi reſtitui nō debent. c. excommunicamus, & c. vergentis, extrà de hæret. & dicebat Inno. in c. ſuper hiis, de uoto: ꝙ infideles rectè tenent dominia, & principatus: quia non eſt apud Deum diſtinctio perſonarum: & ſine cauſa non debent ſpoliari, neque moleſtari: ſed nos dicimus hoc procedere in iis infidelibus qui recognoſcūt Papam catholicum, & ortodoxum Imperatorem tantum: quia ſi non recognoſcunt eccleſiam: poſſunt licitè ſpoliari: à Chriſti fidelibus. c. diſpar. xxiii. q. viii. c. multi, ii. q. i. cum infideles non poſſunt habere dignitates, neque principatus. l. fi. C. de iudæis: & ita etiam tenet dom. Pau. de Lig. in add. per ipſum facta in lib. do. Io. de Lign. ſuper materia bellorum.

134 † Nec ſubditi ſequētes damnum ſuum in bello iniuſto: excuſantur à reſtitutione damnorum; ſi ſcienter hoc faciunt. c. nō ſemper, cum ſequentibus. xi. q. iii. Nec excuſantur ꝙ id fecerunt timore perdendi bona ſua: quia, vt dictum eſt, magis timere debent Deum, quàm homines. c. Ita ne. xxxii. q. v.

135 † Et ſi conſulti varie, & dubiè fuerint an licitum, vel illicitum fuerit bellum; & de hoc ipſi remanſerint dubii, & irreſoluti: tunc excuſabuntur propter bonum obedientiæ c. quid culpatur. xxiii. q. i. ad prædicta faciunt not. per Alb. de Roſ. in l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & tex. in c. non ſemper, cum ſeque. xi. q. iii. & l. i. C. quib. ad libert. procla. non li.

136 † Nec excuſant cognatim, amici, & alii voluntariè auxiliantes in bello iniuſto c. denique. xiiii. q. v. quoniam tenebūtur ad reſtitutionem; vt dicit Abba. & Inno. in c. ſicut, de iureiur.

137 † Quæro de quæſtione de qua pluriès, & pluriès fui conſultus: An omnes ſubditi teneātur pro ſuo Principe, & eo medio ire ad bellū iuſtum? inter quos ſubditos quidam ſunt propriè vaſalli ab eo feuda tenentes qui domino iurarunt fidelitatem. c. qualiter autem, in tit. qualiter vaſallus iurare debet fidelitatem in vſibus feudorum & c. de forma. xxii. q. v. Et an iſti, & vaſalli teneantur indiſferenter accedere ad bellum pro domino ſuo, & illum iuuare in bello iuſto cum perſona, & armis, & equis, & expenſis ꝓpriis: dic ꝙ non regulariter. niſi haberēt in pactis, & conuentione cum domino ſuo vt in d. c. de forma: & per Inno. c. ſicut, de iur. iurā. vbi tenet vaſallum non teneri, niſi ex pacto ſpeciali ſit ipſe ad hoc obligatus: cum ad munera perſonalia regulariter non teneatur. c. cum ex offitiis,

de

de præscrip. & per Abb. in c i. extrà ne præl. vices suas: Quidam alii sunt im propriè vasalli ratione originis, vel domicilii, nihil ab eo detinentes iurisdictionaliter subditi. Et quidam alii sunt veri milites honoratè viuentes vt alii ciues: de quibus meminit Cy. in l. i. C. de iu. & facti ignor.

138 † Barones autem feuda tenentes tenentur interesse bello pro domino suo secũdum obligationem feudalem: & quis sit baro habetur plenè per. d. And. de Iser. in tit. de capit. qui cur. uẽdi. in vsib. feud.

139 † Pręmitto, ꝙ si Princeps voluerit aliquem inuadere iniustè pro libito voluntatis, & non fauore reipublicæ: nullus tenetur illum sequi. c. de forma. xxii. q. v. nisi aliter de consuetudine seruetur; vel pacto essent conuenti: quia tunc accedere tenerentur. l. de quibus, & ibi Glo. ff. de legibus.

140 † Aut Princeps inuaditur, & timor sit subitaneus, & de improuiso, & tunc omnes tenẽtur apti; etiam clerici pugnare, & ad custodiam manere fauore reipublicæ. c. peruenit, de immu. ecclesiæ, & c. omni timore xxiii. q. viii.

141 Aut non est talis timor: & tunc vasalli propriè dicti lege, & pacto astricti cõuentionali, & veri milites tenentur. c. de forma. xxii. q. v. & l. penul. ff. ex quibus ca. maio. & alii de iure compelli non possunt: si dominus sufficere poterit ex redditibus suis: quos habet ex loco: ex se, & de suo facere debet: quia ex hac causa census, & tributa gabellarum, & alia onera soluuntur Principibus dominis suis per populos; vt ipsos defendant tempore necessitatis à violentiis, & à factionibus, & à seditionibus populorũ. c. principes, & c. regum. xxiii. q v. & si non sufficiunt introitus dominorum: tunc omnes de iure tenebuntur pro dominis suis, & patriæ salute. c. si nulla, & c. omni timore xxiii. q. viii. & Abb. in c. sicut, extrà de iureiuran.

142 † Quæro de barone habẽte vasallos obligatos per iuramentum fidelitatis: illum iuuare contra omnes homines: & baro gerat bellũ contra regẽ suum: an teneanť dicti vasalli vinculo iuramẽti prædicti iuuare baronem contra regem suum, à quo baro recognoscit feudum: & videtur ꝙ sic. cum graue sit fallere fidem, & committere felloniã. c. i. de pœn. & c. veniẽs, cum sequenti de iureiuran. quia illos iuramentum astringit; nisi à iuramento soluantur.

143 † Dicimus nos ꝙ vasalli prędicti non obligantur in præmisso casu: quia baro mouens bellum contrà regem suũ incidit in pœnam leg. Iul. maie. l. i. & . ii. ff. ad leg. Iul. maie. c. ii. & c. nã Rex. lxx. distin. & c. verum. vi. q. i. nam in quolibet iuramento; excepta intelligitur vtilitas publica; & pariter Dei maiestas, domini Papæ, & Imperatoris c. petitio, de iureiuran. & l. imperialem. §. fin. & per Bal. ibi de prohib. alien. feud. per Frider. vbi dicit ꝙ in quolibet iuramento intelligitur excepta persona regis, si illud iuramentum præstatur à subdito regis: & per Spec. in §. quoniam, de feud.

144 † Inferiores à principe habentes iurisdictionem super illis: quibus bella inferũt; quia sunt sibi contumaces, & rebelles: possunt proclamare ipsos, & eorum bona inuadere, & capere, & ad ipsos dominos pro captiuis duci: præcipientes illos ab omnibus licitè posse capi; & ad eosdẽ dominos conduci. c. à nobis, de senten. excommu.

145 † Et si super ipsis nullam habuerit iurisdictionem: hoc facere non potuerint, neque in ipsos bella monere: sine principis auctoritate; nisi forent inuasi: quia tunc cum moderamine inculpatæ tutelæ pro re publica, & iniuria sua poterit se, & sua bona defendere, & hostes ꝓpulsare, percutere, & occidere. l. vt vim. ff. de iust. & iur. & l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. aquil. cum defensio sit de iur. naturæ. c. ius naturale, distin. i.

146 † Et monachi, & religiosi aggressi quando licentiam habere non possunt à suis supioribus, licebit illis se tueri sine alia licentia: quia hoc sibi competit de iure naturæ: & quantum ad naturalia iura, & ad effectus, & actus naturales: non censentur mortui in mũdo religiosi: sed tantum quantum ad actus, & fictiones ciui-

les.c. placuit. xvi.q.i.c.nolo.xii.q.i.cle.
religiosus,de ꝓcurat.& l. Deo nobis. C.
de episc.& cler. & Abba.in c. clerici , de
vita,& hon.cleri.quo iure naturali non
reprobato à iure diuino ; licitũ est quo-
que omnibus in cunctos quantumq; su-
periores,iniustè inuadentes; & exequen
tes se defendere.c. ex parte de accus.ad
hoc faciũt not.ꝑ Io. de Lig. in c.lxxxvi.
sui libri de bello.

147 † Ex prædictis quæro si est licitum mo-
nacho se tueri, & defendere contra Ab-
batem in ipsum seuientem; & violentiã,
& iniuriam inferentem contrà regulas
iuris:dico ꝙ sic:quia defensio est de iure
naturali à lege diuina, & humana nõ im
probata.c.ex parte,& c.cum olim,de ac-
cus.& prædicta vera sunt de iure si ille
contra quem se defendit iniuriosè ipsum
vult omninò lædere:quia si iustè,& ordi
ne seruato iustitiæ procederet: tunc non
de iure sed cum peccato se defenderet; &
puniri ipsum inobedientem iura præ-
cipiunt.

148 † Nec est licitum percusso percutere in-
continenti:quia hoc foret, & esset vindi-
cta.l.non est singulis.ff. de reg. iur. nisi
timeret de geminata percussione l.i.ff.
ad leg.Aquil.in princ.& per Inno. in c.
olim causam,& ibi Glo.de rest.spol.& c.
faciat.xxiiii.q.i. quia hoc solum faceret
ad propulsandum iniuriam à se, & à so-
cio suo.c.significasti,el. ii.de homi.circa
fin.& l.i.C.vnde vi.& l.vt vim.ff.de iust.
& iur.& ibi per Alb.de Ros.c.nõ inferen
da,& c.vlt.xxiii.q.iii.

149 Et an liceat clericis sicut licet laicis indi
cere bellum particulare, videlicet si per-
cutio te anteq̃ percutias me dum tu es
in actu percutiendi me : ꝙ dicor tunc
me fecisse ad mei defensionem : vt dicit
Io.de Lign.in libro suo de bello c.cv.&
in c.cvi.& Bar.in l.si ex plagis , in §.ta-
bernarius.ff.ad leg. Aquil. quem sequit̃
Ang.de Are.in §.iniuria,col.i.inst. ad l.
Aquil.& in l. queãdmodum.ff. de inoff.
testa.& in tract. suo malefi. in verbo. &
dictus Titius.se defendendo &c.per tex.
in l.iii.ff.ad leg.Cornel.de sica. & clem.
furiosus, de homic.& per Glo. & Abba.
in c.sicut dignum,& in d.clem.de homi.
& per Hipp.de Marsi.in consil.cxiiii.in
primo vol.

150 † Et an liceat Clericis percussis se defen
dere vt supra dictum est:habetur ꝑ Abb.
in c.i.de clerico pugn.in duel. & idẽ con
suluit pluriès Pet.de Ancha.in suis con
siliis per Glo.in c.in summa.§ i.xxiii.q.
viii.& idem tenet Io.de Lign. in lib.suo
de bello in cap.lxxx.

151 † Et si fieret iniuria clerico,aut laico : &
vis in personam: posset repelli anteq̃ fie-
ret;& illata esset ipsa iniuria: licitum est
enim occidere insidiantem:qui eum vult
interimere; si aliter euadere non potest.
l.iiii.& v.ff.ad leg. Aquil.

152 † Sed si in rebus fuisset illata iniuria,vel
inferenda . licitum est eam repellere in
continenti,vt aliàs dixi:anteq̃ ad extra-
neos actus reuertatur vt in dictis c. signi
ficasti, & in d.c.olim causam & iuribus
præallegatis.

153 † Quæritur de occurrenti casu si confœ
derati,& in liga comprehensi teneantur
ire ad bellum iustum requisiti à Princi-
pe belli;vt ab amicis confœderatis:dic es
se consideranda pacta conuentionis;& se
cundum illa regulabitur.l.i.ff. de cõstit.
pecu.c.i.de pact.

154 † Quæritur de bannito vnius ciuitatis
confœderatæ in ligam cum alia ciuitate
an possit manere in alia ciuitate existen
te in liga cum d.cta ciuitate à qua banni
tus fuit : dic hanc quæstionem formari
per Bart.in l. non dubito ff. de capt. &
post l.reuers.& tenet ꝙ sic : quia non in-
telligitur bannitus ab illa:nisi aliter ex-
taret in conuentione, ꝙ vna ciuitas non
possit recipere bannitos alterius ciuita-
tis de liga.

155 † Quæritur si de iure possit quis aduer-
sarium capere, & inuadendo res aduersa
riorum illas suas facere: dic ꝙ non : nisi
in compensationem damnorum suorũ ,
expensarum, & laborum, & operum sa-
tisfatione, auxiliantium , & adiuuantiũ
ipsum.c.ius gentium, distin.i.c. si de re-
bus.xxiii.q.vii. vel inueniret delinquen
tes in territorio suo : & quando quis nõ
habet superiorem quo sua repetere pos-

sit:tunc possit auctoritate propria recuperare l.Iudæi.& l.nullus.C.de iudæ.& ibi Glo.& Abb.in c.sicut, de iureiuran.

156 † Duo contendunt ad inuicem,& cõmittunt bellum particulare:ꝙ est contentio exorta propter disforme præsentaneum: humano aspectui ex violenta illatione particularium:& talis contentio prouenit, & tendit ad illius exclusioné.l.i.C. de vi,& vi arma.& l.vt vim,& per Bart. ibi.ff.de iust. & iur.l. scientiam, & per Doct.ibi.ff.ad leg.Aquil.& in l. filius familias,de don.inter vir. & vxor. & in l. cum mulier.ff.solut. mat. & l.facultas. C.de iure fisc.c.causam olim, & ꝑ Doc. ibi de rest.spol. Et fuit ob tutelam sui corporis introductum de iure naturæ. clem.pastoralis.§.cæterum, de re iudic. iuncto c.si furiosus,de homic. & Glo. in d.l.scientiam.§.qui cum aliter. Et comprobatur à iure positiuo vt in d. Glo.in §.qui cum aliter: & sæpe ius prædictum ab ipso iure positiuo limitatur,& qualificatur ab eo:vt in matrimonio,& moderamine cibi,& in modo defensæ.l.i. C.vnde vi: & latè supra dixi in alio tractatu duelli,& de hoc particulari bello.

157 † Et duę species sunt istius belli particularis:vna iusta,& alia iniusta:iusta fit ob tutelam sui corporis,vt suprà, cum moderaminæ inculpatæ tutelæ:vt l i. C.vnde vi, & per Bart.in d.l. vt vim, & per Abba.in d.c.significasti, & in c.suscepimus, de homic.& per Ang.de Aretio in §.ius autem, insti de iur. nat.gen.& ciuil.vbi habetur de omni specie moderaminis inculpatæ tutelæ: & secunda species istius belli inducta est propter tutelam corporis mistici,aut partis: vt dicimus in vniuersitate:quę appellantur mébra, & partes.l.i ff. ad municip. & l i.ff ꝙ cuiusq; vniuer.no.& c.cum dilecta, de excess.præl. Nam propter ciuem suum oppressum:deficiente iustitia iudicis opprimentis bellum indicat ciuitas:& dicetur bellum particulare. vt sunt represaliæ propter tutelam mistici corporis: vt in authen.vt non fiant pignorat.col.v.et c.i.de iure iuran.in vi.

158 † Et si quis violenter rem tuam abstulerit.licitum est tibi incontinenti eam recuperare propria auctoritate: quia uim vi repellere licet:naturali iure suadente l. vt vim.ff.de iust.& iur. Aliàs secus: quando debemus experiri coram iudice de iure nostro,& eam medio iuris recuperare:aliàs caderemus à iure nostro.l.si quis in tantam.C.vnde vi: & in defectũ iudicis est licitum recuperare violenter. l.nullus.C.de iudæis, in Gl.& c.ius gentium.distin.i.& l.ait prætor.§.si debitorem.ff.quæ in fraud. cred. Et quantũq; eam habere non possemus non licebit illam consequi mendacio:

159 † quia non est licitum mentiri etiam per alterius vitã c.ne quis.xxii.q.ii. & sic limitatur Glo. in c.cupientes,de elect.in vi.& magis est tollere per furtum,q̃ per mendaciũ:quia recuperare quis posset rem suã sibi per violentiam ablatam, vel retentam per personam à qua ius consequi non valeret iudicis officio;propter potentiam detinentis illam:vt aliàs dixi.c.per venerabilem,extrà qui fil.sint legit.& per Glo. in c.ius gentium,distin.i.

160 † paria delicta mutua compensatione tollũtur.l.si duo. ff.de dolo.c.intelleximus, de adult.& ille qui aliter non potest habere creditum suum,poterit de iure id per furtum consequi.l.si non sortem,& in §.si cẽtum.ff. de condict indeb.& ibi per Alb.de Rosa. videlicet si per iudicis sententiam id habere non posset, vel scandalum eueniret a licuius innocentis: qui rem prædictam in custodiã,vel cõmendationé habe ret, vel futurũ foret periculũ mortis,aut læsio magna sequeretur alterius, vel peccatum periurii,aut simile:tunc restituere teneretur c.cùm ex iniuncto.§. super eo quoque,extra de nou.oper.nunt.& ꝑ Abb & Fely.in c cum olim,de rest.spol. vel eam commodato recepisset.l. prætextu.C.commod. & per Alber. ibi quod procedit in foro fori; & non in foro poli,seu pęnitentiali:quo non teneretur.c. ii.xxiii.q.ii.

161 † Quæro de clerico qui vrgente necessitate, & pro defensione suæ personæ, & principis proximi sui in bello iusto existens:an fugerę debeat: dic ꝙ non: quia

injuria esset fugere secundum distincta per Abb.in c. clericis, extrà de vita &
162 hon.cleri.vbi etiam dicit † ꝙ ne dum licitè potest clericus verberare,& mutilare aggressorem sed etiam occidere:nec in vllam incurrit irregularitatem: quia videtur aggressor semetipsum potius sui culpa occidere: vt probatur in clem.si furiosus,de homic.Immò in nullum incurret peccatum vt tenent d. Io. & Paul.de Lig. Bononienses in tracta. suo de bello c.lxxxiii.

163 † Quid si clericus celebrans missam fuisset aggressus ad altare an celebrationem iustè dimittat pro defensione sua:& si defendendo se cum moderamine inculpatę tutelæ occiderit aggressorem: poterit de iure redire ad altare, & perficere celebrationé inceptæ missæ, tenet d.Io. de Lig. ꝙ sic:& hoc puto verum per text.in c.illud,& in c.nihil. vii.q.i.si aliter euitare non potuerit scandalum : aliàs non cle. si furiosus,de homic.s. si necessitas ineuitabilis tam vrgentissima hoc expostolauerit:quia tenentur clerici in quantū possunt fugere scandala,& pericula.c.cū infirmitas.de episcopis,& cler. & c.præcipimus,de pœniten.& remiss.c. conuenior,cum Glo.xxiii.q.viii.c.vendentes, pri.q.iii.& per Io.de Ligna.in libro suo de bello in c.lxxxii. vbi habetur licere clericis se defendere in ecclesia Dei; & extrà illam naturali iure.

164 † Et prædicta procedunt in baptizante, & alios ordines dante ecclesiæ, propter tutelam sui corporis,vt in celebrāte missam:& ratio est,quia in casu prędicto necessitatis non peccat in occidēdo aggressorem ; cum hoc fuerit iuris permissione, cuius auctoritate nemo peccat.c.si nulla.xxiii.q.viii. & in irregularitatem non incidit,vt in d.clem.si furiosus.

165 † Et si clericus baptizauerit puerum in casu mortis existentem , & inuasus fuerit:an debeat se magis tueri ne occidatꝛ, vel pati mortem:ne pereat puer sine baptismo:prosequendo in actu sacramenti baptis.vel se tueri relinquendo potius puerum mori sine baptismo : hanc quæstionem ponit d.Io. de Lign. in dicto libro suo de bello; & concludit disputando ad partes theologicas ꝙ tenetur magis propriam mortem eligere clericus: quæ est temporalis;q̄ pati puerum mori æternaliter sine baptismo, & secus fore, in aliis sacramentis.c. firmissimè , cum similibus.de consecra.distin.iiii c.veniēs cum Glo.de trans.& c. omnis, de pœniten.& remiss.

166 † Regula vera est,ꝙ si aliquod prædictorum requisitorum in bello iusto defecerit:de quibus suprà dixi:tenerentur inuasores ad restitutionem omnium damnorum datorum,& raptorum.

167 † Quæro de milite militante ; vel in bello decedente,vel occidēte an peccet ; dic non peccare si credebat id esse iustū bellum:dummodò hoc habeat : & habuerit in animo quod si bellum non esset iustū non se intromitteret : habetur per Fely. in c.sacris,extrà de senten.excommu.& Arch.in c.i.xxiii.q.i.in summa. licet ex post facto appareat bellū fuisse iniustū.

168 † Quid de damno facto pro repetendis rebus : an quis teneatur ad restitutionē tantum illius: quod habuerit plusquàm fuerit suum debitum:dic ꝙ sic:& damna compensabuntur.c.qui habetis, cum sequen.c.xiiii.q.v.& l.hostes.ff.de capt.& postl. reuers.

169 † Quæro de clericis , si de iure potuerint defendere bona , & possessiones , & ecclesiarum iure permittente cum bello corporali;vocādo milites ad tutelam eorū:dic ꝙ sic.c.igitur,& c. hortatu. xxiii. q.viii.cum Glo.magna in c. auctoritatē. xv.q.vi.& in c.Adrianus.lxiii.dist. & c. Maximianus.xxiii.q.iii.& c. dilecto. de senten.excom.lib.vi.

170 † Equidem notandum est ꝙ illi qui indicant bellū vt aliàs dixi sine iussu Principis incidunt in crimen læsæ maiestatis.l.iii.ff.ad l.Iul.maie.l.fin. C. eod.& §.i.auten.de man.princip.coll.iii.& §.i. auten.de armis coll.vi.& l.fin. C.de fabricen.lib.xi. & C. ne arm. vsus in rub. & nigro. Et quibus modis , & per quot modos crimen lęsæ maiestatis committatur:habetur in l.fi.C.eod.tit.& in.l.ii. & iii.ff.ad l.Iul. maie.

Nec

171 † Nec permissum est militari iure, hostem captiuum in bello iusto captũ quãtumq; atrocem inimicum occidere, post sequutum belli conflictum, vt aliàs dictũ est. c. nolli. xxiii. q. i. cum virtus, & religio militaris hoc non patiatur. l libertas ff. de stat. hom.

172 † Miserendum est nempè illis qui capti sunt in bello; nisi dubitetur de futuro periculo, vel de perturbatione pacis futuræ. c. nolli. xxiii. q. i.

173 † Propterea Regi Armenię Tigrano capto pepercit magnus Pompeus; & abiectam per ipsum Tigranum in terra coronam in capite suo poni mandauit virtus magni Pompei; & illum pro rege honorari præcepit.

174 † Et iure gẽtium captos in bello seruos fieri à seruando dictos, non à seruiendo: vt alii serui qui à seruiendo dicuntur. l. hostes. ff. de capt. & post li. reuers.

175 † Notarii autem serui dicuntur publici à seruiendo: quia omnibus publicè serui re habent; data tamen sibi mercede: & liberi sunt, & non seruilis conditionis: nam seruus verus conditionis seruilis non potest esse notarius; & hoc pro regula hic describitur.

176 † Imperatores captiuos in bello captos venundari iubebant inst. de iur. pers. §. serui, cum Glo. ibi licet post capturam serui huiusmodi detineri ad seruiẽdum possint, vt alii serui: vt fit in regno Neapolis, Tuneti, Græcię, Africæ, Asię, Assiriæ, & Armenię; & similium regnorum: vbi captiui detinentur. l. transfugam ff. de acquir. rerum domi.

177 † Et pari ratione bona eorum capi licitè possunt, vt dicit Bar. in l. vt vim, de iust. & iur. & in tract. suo qui sint rebell. vituperatur Brutus occisis seruis illis iussu suo liberè primò dimisis vnà cum suis mixtis in pugna: quibusdam ex captiuis cæsis nimis lingua mordacibus hoc affectante publico Cascha: qui inter coniuratos primus fuit qui Cæsarem vulnerauit in Senatu; illum sequentibus Bruto, & Cassio pro libertate patriæ.

178 † Capta in bello nõ iusto restitui debẽt de iure: quod secus foret si capta fuissent in bello iusto: quia restituenda de iure non veniunt: & si ex causa legitima, vel sine foret indictum bellum à Principe habente suprẽmam auctoritatem indicẽdi bellum: tunc efficiuntur capientium: & capti fiunt serui ipsorum capientium: habetur plenè per Franc. de Aret. in l. i. ff. de acquiren. vel omitt. hęred. & quando bona sint capta hostium, & quando nõ; & repeti possũt: notat Bart. in l. naturaliter. §. Item quę ab hostibus. ff. de acquiren. rerum domi. & in l. hostes; & in l. si quis in bello. ff. de capt. & per Glo. in l. i. ff. de acquir. poss. & in c. sicut, Glo. ii. de iur. iurã. & per Doct. ibi: & in c. dicat. xxiii. q. ii. & per Ang. de Aret. inst. quib. mo. ius patr. põt. solui. in §. si ab hostib⁹.

179 † Et bona quæ per nos capiuntur ab hostibus in bello iusto fiunt nostra; sed nõ è cõtrario ea quæ ab hostibus capiuntur à nostris sua fiunt: quia ipsi ex parte sua iniustum bellum sequntur: nos verò ex parte nostra iustè tuemur ab illis: quia contrà nos iniusta bella gerunt, & pugnant iniustè, & sine iure, sola in sua confisi feritate l. v. §. in pace. ff. de capt. & postlimi. reuers.

180 † Quęro de casu. An dominus feudi teneatur dare vasallum suum in potestate curię maioris, vel inimicorum suorum: dic q non; etiam si fecisset mille delicta: ita firmat intrepidè Bal. in c. i. in §. conuenticulas, de pac. iur. firm. quod limito nisi pro, & ex causa iustitiæ peteretur à superioribus.

181 † Probè ad hoc prouisionem fecit Regia, & Imperialis maiestas catholica in regno Siciliæ per suam sanctam pragmaticam sanctionem contrà receptatores delinquentium, vt consonum est bonis moribus, & paci, & iustitiæ fuit: ne delinquentes malefactores à nemine receptarentur impunè mille untiarum apposita pœna: laudantur boni mores, & iustitię effectus in re, & religione militari, & in omni regimine, & damnantur mali mores, & praui effectus perpetua infamia: & in hoc iuri communi derogauit per quod pœna imponitur capitalis receptantibus condemnatos in pœnam capi

talem: vt in tit. de rcep. C. & ff.

182 † Inclyti duces, & milites in re docti, & exercitio militari in vrbium deprædatio nes non passim laudandas consueuerũt seruare ecclesias, pia loca, sacra, & religiosas personas; & vtriusque sexus omnes qui ad ecclesias confugerunt: & ibi illæsa, illæsasque, & immunes pro Deo, & innocentiæ, & sanguini parcere perso narum, & locorum captorum ui: retinen do gladium vltorem, ne Christum læde rent crucifixum pro salute humani gene ris: quem iterũ crucifigunt illi, qui prosequuntur sanguinem filiorum suorum. c. nulli. xxiii. q. i.

183 † Et sæpe crudeles, & sanguinei homines mala morte moriuntur, & breui possident terram sententia Dei: & virtus est maxima in Imperatore victore, & fortu nato retinere iram pro Deo: quia Deus erit sibi auxilio: iuxta illud. q. ꝑ me vni ex minimis meis aliquid fecerit: mihi fe cerit, & illi ꝓpterea merces, & ꝑmiũ in cẽtuplum tribuetur cũ vita æterna: & iu xta illud Tolle animum iramque tuam: qui cętera vincis.

184 † Et quia Imperator Constantinus misericordia ductus pepercit sanguini impubertatis ad matrum vagitus. Ideò meruit gratiam, & liberari à Beato Syluestro ab infirmitate incurabili qua detine batur, vt sacra docet historia. Hic Impe rator primus fuit Christianus secundũ Glo in l. diui. C. de natur. libe. & præcepit publicè ædificari ecclesias ad honorem Dei omnipotentis.

185 † Et firma stat Dei sententia ꝙ in impios, sceuos, & crudeles sua cadit impietas, seuitia, & crudelitas; nam ob hoc ho stem ipsum Deum immortalem, mortalesque homines habebunt: nec reperi un quàm exercitum vnum crudelẽ pertran sisse impunitum ob suum tam dirum seuitiæ nephas: quia est ineuitabile bellũ nec Dei potest homo vitare sagittas, & uulnera, neque ab ipsis sanari absque di uino medico c. accusatio. ii. q. vii. bellum vt dicimus sæpe facit homines quosdam mestos, & inopes, & quosdam ex eo ditatos, & in iustè bellantes, & deroborantes damnat ad æternas pœnas authen. de arm. & per Glo. ibi in princ. & l. i. C. de caducis tollen.

186 † Nec militari iure compertum est esse permissum quemquàm agrorum cultorem, & ad exercitum venientem cessante suspicione pro eius comodo, vel per vias publicas transeuntẽ cum mercibus, aut peregrinantem spoliari: quia hi omni habent gaudere securitate. c. si quis romipetas, xxiiii. q. iii. & c. innouamus. de treug. & pac.

187 † Et licet superius quędam tetigerimus in materia simili: occurrit ꝙ quidã duo nobiles domini bellarũt insimul: an possint componere super damnis subditorũ ad inuicem dic ꝙ sic: si de illorum omniũ consensu qui damna, rapinas, deuastationes, & incendia arborumq; incisiones passi sunt pacti, & cõpositi fuerint aliàs non: quia præiudicare non possunt illis qui iniustè bellum mouerunt: quoniam ipsi tenebuntur satisfacere illis de proprio; nisi damnificati fuissent in culpa.

188 † Nec ritè componunt illi cum aduersariis in suorum prę̃iuditium: si ex parte sua iustum bellum habuerunt: sed hi procurare tenentur, vt sibi damna sua reficiantur: & si componerent iure tenebuntur restituere illis omne id quod habuerint ex dicta compositione pro damnis illorum qui passi sunt ab hostibus compositis: possunt tamen domini componere expensas auctoritate sua, & etiam subditorum damna: ob publicam vtilitatem; si ex probabili causa viderint ea esse potius remittenda quàm pace carere, & bellorum substinere pericula: & tunc tenentur subditi habere ratum cũ eorum negotia gesserunt vtiliter domini sui: quibus, & compositioni si ab initio fuerit contra dictum non iure poterint domini remittere damna subditorum illis nisi refectis. à bello tamen possunt de sistere principes arbitrio suo: cum sua fiat auctoritate & pax celebret, & à bello desistitur vt dicit Hostien. in summa de pa. & treug. quæ. lix & Iason. in l. ex hoc iure in iii. col. de iust. & iur ff. Et an licitũ sit clericis bellare diximus supra,

& hábetur per tex.in c.i xxiii.q.vii i.

189 † Vbi habetur an liceat episcopis inter esse bello sine licentia domini Papæ: & concludendum est ꝙ non: nisi pro defen sione bonorum suæ æcclesiæ:& ꝑ Gl. in c.auctoritaté.xv.q.vi.& in c. dilecto, de sentent.excom. lib. vi. & dicebat Inno. in c. sicut, de iureiuran.& in c. dilecto, de appell.

190 † Prelato licitum est pro iniuria subditi sui de quo non fit iustitia bellum indice re, & alios quàm iniuriantes bello cape-re: & si bello adest ipse necessitate ineui tabili non vrgente:si mors sequitur effi-citur irregularis:videlicet si eos sua per-cussione sequatur secundum Hostien.in d.c.indubiis,extrà de pœn. c. si vobis,& c. si quis Episcopus, xxiii.q viii. & per Inno.in d.c.in dubiis,de pœn. licere præ lato indicere bella pro tutela suę tempo ralis iurisdictionis .

191 † Bellorum exercitia distrahunt mentes à diuinis offitiis, & inquietudinem pa-riunt clericis qui ordinati sunt ad alta-ris ministerium: & his non licet effun-dere humanum sanguinem: & parati es se debent assiduò pati mortem pro Chri sto: nec habent arma portare sine causa iusta; videlicet nisi transirét per loca in-culta, & deserta, & periculosa.c. Maxi-mianus.xxiii.q.iii.c clerici,de vit.& ho nest.cler.& licitum est prælatis,vt predi xi,inuocare brachium seculare ꝓ defen-sione ecclesiarum,eorumq; bonorum,& personarum ecclesiasticarum contra vio latores ecclesię, ipsiusq; contumaces & rebelles:& illud hortari,ne quemquàm occidet,aut mutilet: sed vt occupata re-gna ab infidelibus recuperet,& restituet Deo suo: nec inde imputabitur prælato si homicidia plura sequantur ex causis prædictis.c.de occidendis.xxiii.q.v.

192 † Quæro de legato.d.Papę an possit bel lũ indicere,mouere arma,& iuocare bra chium seculare: dic ꝙ non: cum hoc sit speciale solius Principis priuilegium:ni si haberet specialiter in sua delegatione, & mandato contra resistentes posse bel-lũ indicere,& inuocare bracbium secula re. c.i.& ii.iiii.q.ii.

193 † Et est notandum ꝙ bella quæ per eccle siam indicuntur contrà excommunica-tos,hæreticos,& rebelles ipsius sunt me ritoria c.sicut excellentia.xxiii.q.iiii.& c.oĩum, xxiii.q.v & c.igiẽ. xxiii.q viii.

194 † Quæro de milite qui in bello iusto in tersuit,& in eo neminem interfecit, nec mutilauit, neque causam præbuit mor-tis:an ordinari possit ad sacros ordines sine Papali dispensatione;Si est idoneus dic:ordinari posse sine dispensatione. c. ꝑsentium,de cle.percuss.& c pri.de cler. pug.in duello & c.i.xxv.q.vlti.& c. con tinebatur:& per Hostien. ibi de homic. & l.nihil.ff.ad leg.Corn. de sicar. & ibi per Doct. Secus in bello iniustu,& illici to vbi homines sunt occisi, vt in dictis iuribus.

195 † Et regula est vera ꝙ clerici non debẽt interesse bello: quia si aliquis occideret propter eorum præsentiam irregulares efficerentur.c.sicut dignum, de homic. Secus est si cum licẽtia domini Papæ in-teressent bello:quia tunc non efficeren-tur irregulares.

196 † Belli est alia diuisio ꝙ infernũ dicitur, & quoddam externum, & aliud seruile, & aliud sociale,vel piraticum:& vt aliàs dixi a belluis dicitur bellũ, aut à re nul-la bella, id est, non pulchra: eo quia ex contrario est horridũ,& pessimum: vn-de horrida bella dicuntur; sicut lucus à lucendo:& tamen ibi silet lux: & ita di-ctum est per antriphresim,id est,per con trarium,vel à Belo qui fuit primus inuẽ tor gladii ferri cum quo bellatur:& ante bellum in re bellica egregia facta non re perimus. Et bellum etiam dicitur totũ corpus illud quo militatur:quod guerrã quidam Barbari vocant à gariendo:vt in longobarda: & bellum à Bellona martis sorore nuncupatum firmat Mar.Varr.

197 † Contingit, Subbitos Commitis, aut Baronis vasallos,sæpe numero habe re bella cum dominis suis: vel è contra comes,vel Baro bellum habuerit cũ sub-ditis vasallis suis: requirenda est auctori tas Regis:sed si comes, vel baro habue-rit bellum cum Rege suo,& contrà Re-gem dominũ suum qui in ipsos iniustũ

intulit bellum: & rex pluries humiliter requisitus per pares desistere noluerit: & tunc si se armis tuetur comes, aut baro non peccat: dummodo cum moderamine inculpatæ tutelę se deffenderit vt supra lacius dixi: ita cõsuluit Oldr. de Laude in cons. suo lxx. regem tamen non poterit comites, & barones sui feudatarii impugnare propria sua auctoritate: sed denuntiare tenebuntur domino Papę q suo spirituali gladio prouidebit: & crescente contumacia regis auctoritatem eisdem dare poterit mouendi arma in regem; aut illis dare recursum ad Imperatorem: cuius auctoritate poterit in regẽ inferre arma.

198 † Sed si Rex bellum habuerit cum Imperatore poterit prouidere auxilio Romanæ sedis apostolicę: cum nullus sit superior Imperatore quàm ipse Papa catholicus, locum Dei tenens in terra: peccaret tamen iniuriã passus si bellum aliàs moueret. Nec propria auctoritate potest comes ius sibi dicere contra subditos: sed ad superiores suos recurrere tenetur: & quandoque ad prelatum suum superiorẽ cui parere necesse est ꝑpter Deũ, & peccatum inobedientiæ: aliàs posset ipsum excõmunicare. c. nouit, extrà de iudic. & si per annum perseuerauerit in excommunicatione posset res, & bona ipsius capi mandare. c. excõmunicamus, extrà de confes. c. quisq;, extrà de heret.

199 † In Regno Sicilię est laudabile statutũ conforme iuri communi contrà excõmunicatos morantes in excõmunicatione legitima vltra annum: & si fuerit comes soluat regię curię. xxiiii vncias auri, & si baro. xii. & si miles sex, & si burgensis tres vncias, & si rusticus vnciam vnam cũ dimidia: nisi fuerint absoluti infrà tẽpus prædictum in forma ecclesię: & secũdum tempus de anno in annum pœna semꝑ duplicatur, triplicatur, & quadruplicatur si contumaces steterint, & pertinaces in excommunicatione.

200 Quæritur † de casu, Vasalli quidã obligati iuuare baronẽ suũ qui mouit guerram contrà alium baronem, an teneãtur illum iuuare: & rex habet bellum cum altero rege, & baro reqrit vasallos suos, & pariter rex requirit eosdem vt veniãt pro ipsis ad bellum: cui parere magis teneantur: dic regi: ita tenet iuris Spec. Guili. Durantes in tit. de feud. in §. quoniam. l. contrà pupillos. ff. de re iud. c. si Episcopus. xviii. distin. cum rex ꝓ communi bono, & defensa coronæ vocauerit illos: & sic est magis parendum regi de iure gentium. l. veluti. ff. de iust. & iur. & l. minimè. ff. de relig. & sumpt. fun. c. fortitudo, xxiii. q. v. c. ius gentium, pri. distin. cum similibus.

201 † Et Principes tenentur se ne dum bonarum artium scientia esse ꝑditos, sed etiã legitimi iuris prudẽtia, & disciplinæ militaris experientia esse peritos: & more maiorum iudices expertos pro dirimendis litibus populorum, militum, & exercituum regimine.

202 † Noui quendam probatissimum virũ qui pro suo rege catholico in expeditione Rauennæ, & in Mediolano valdè passus fuit: hic nuncupabatur Fabricius lesualdus antiquæ vrbis Cõposæ. Comes: qui sua virtute prę se ferebat bonitatem, integritatem, & antiquitatem illam antiqui Fabritii Romani Dictatoris; seueritatemque, & prudentiam Censorii Catonis, Dei, religionis, & bonorum fautor erat; doctorumque amicus, & accademicus, oppressorum releuator, munificus, & ęquus, malorumque, & vitiorum hostis acerrimus, & dignus colloquio Imperialis consistorii: in re, & exercitio doctus militari; seruando canones catholicę religionis, & disciplinę militaris: quę sunt amare, & timere Deum, & amare illius similem ad imaginem suam creatum, & diuina seruare documenta, illaq; iubere quę spectant ad virum forttem: videlicet docendo, locum non deserere in acie, nõ fugere, non arma abiicere, non illa distrahere, & libenter ferre labores, ęstũ, & frigus virtute pati mala tempora cum necessitate: es non adulterare, nec flagitia cõmittere, nec deridere ea quę sunt mansueti viri: nec quemquàm temnere, non giurgiari, nec vitia pati; non crassari, non deserere militiam nec permirere

desertores militię, & criminosos inultos transire; ordinesque, & solennitatẽ pugnæ seruare, obedientiam & pacientiã, fidem, & decreta publica, imperialia, fœderumque, promissa, iuramenta, militũ præmia, dignitates, & gradus conseruare; non prædari, nec sata comburi, neq; diruere tecta, nec vallum, & muros ascẽdere, neque descendere castro nisi iussu sui ducis legitima, & necessaria bellorũ subsistente causa: quæ omnia spectant ad inclytos reges æternę memoriæ.

203 † Quæro de casu quem habui in facto: Ciuitates quædam Germaniæ, & barones quidam, & feudatarii eiusdem tenentur priuilegio, & ex antiquo pacto mittere suis expensis exercitum cum Princeps suus in hostes bellum exercet: si steterunt per centum annos, quibus præscribuntur iura ecclesiæ romanæ, & Imperii: authen. vt ecclesia romana. col. ii. quòd non miserunt dictum exercitum, quia non fuit necesse, nec expeditum: an per hoc liberantur dictæ ciuitates, barones, & feudatarii à dicta obligatione: Cõsului quòd non: per not. per Bart. in l. in filiis. C. de decur. lib. x.

204 Et † hoc facit pro illo qui habet ius eligendi rectorem ecclesiæ: si steterit per centum annos, ꝙ rectorem nullum elegerit quia non expediuit; cum forte nõ vacauerit ecclesia: sibi non præiudicat: vt tenet Bar. in l. scimus. C. de agri. & censitis lib. xi. quòd obligati dare gentes armatas Perusinis in suis expeditionibus si steterint per centum annos ꝙ illas non dederunt. eo quia non expediuit Perusinis qui erant copiosi gentibus suis ꝙ sibi non præiudicat. & per Bal. in l. Imperium, in vii. col. de iuris. om. iud. & per Ang. in cons. cxcvi. incipi. Iam sunt lxxx. anni. & per Ias. in l. falso asseueratur, per illum tex. C. de diuersis re-

205 scriptis. † Vbi habetur rescripta esse perpetua; nisi sit aliter tempore diffinitum in rescripto, quod procedit in rescriptis gratiosis. c. si super gratia de offi. de-leg. in vi. & idem seruandum est in priuilegiis: quia priuilegia sunt perpetua, nisi sint limitata tempore vt supra: ita tenet Cy. & Bart. de Salyce. in d. l. falso asseueratur. C. de diuers. rescrip. & in l. voluntarię. C. de excus. tut. & per Cy. ibi & per Bar. in l. fin. circa fin. ff. de constit. princ. & per Glo. & Doct. in c. cum accessissent de constit. nisi in priuilegio esset commissa facultas aliquid faciendi; & fieri contingerit, & non fecerit. Nam tunc tolleretur priuilegium huiusmodi per lapsum decẽnii eo non vso. per Glo. & Doct. in d. c. cum accessissent, de cõst. & c. i de immu. ecclesiæ. in vi. & in l. i. ff. de nund. & per Bar. in l. licitatio. §. earum. ff. de public. & per Petr. de Anch. in cons. cclx. incip. in quæstione quæ vertitur &c. Sed si nunquàm obuenit casus, vel se non obtulit facultas vtendi non perderetur, neque tolleretur decennio. cũ tolli de iure dicta ratione non possit. l. & Attilicinius. ff. de seru. rust. præd.

206 † Nam vt dicunt Glo. & Canonistæ in c. Abbate sancti Siluani, de verb. sign. ꝙ ille qui non est vsus priuilegio voluntariè: illud perdit per decennium per non vsum dicennii: secus in non vsu necessario: quia ille qui nequit vti non est in culpa, aut mora: quod etiam procedit in ignorante; secus in sciente, & negligente non vti veniente casu possibili. l. is q usumfructum. ff. quib. mo. vsufr. amitt. & ibi per Bal. de Peru. & Alb. de Bergo. & in l. vna est via. ff. de serui. rust. præd.

207 † Et si quis largum priuilegium habuerit, & valdè strictè fuerit vsus illo: valdè præiudicabit sibi: vt tenet Bar. in l. vsum aquæ. C. de aquæduc. lib. xi.

208 † Quero de alia quæstione de qua meminit Ias. May. de Mediol. in d. l. falso asseueratur. C. de diuer. rescrip. & Bald. Ang. & alii in l. hæc autẽ iura. ff. de ser. vrb. præd. videlicet ꝙ si Princeps, & dominus steterint per centum annos quòd non imposuerint aliquod onus vasallis suis, aut non fuit vsus in castro iurisdictione, quia non occurrit casus: an præscribatur: dicit quòd non: secundum Inno. in c. dilectus, de cappel. mon. & Cy. in l. i. in q. vi. C. de seru. & aqua, & Ioã. And. in add. ad Spe. super rub. de feu. & in Glo. cle. i. in Glo. pen. de foro compe.

& in Glo.ii.in c.plerunque,& per Abba. in c.ad audientiam, in vlti. col. de præscrip.& supra etiam de hoc tetigi.

209 † Quid de lege scripta,aut statuto ciuitatis an tollatur tempore per non vsum: dic quòd non quando homines non fuerunt ea,vel ipso vsi : quia casus non euenit,vel non contingit:nam per talē non vsum etiam mille annorum non tolleretur lex, seu statutum scripta, vel scriptum : vt dicunt Doct. in c. Ioannes,de cler.coniug. per contrarium usum peruento casu tolleretur:Glo.est in l.de quibus.ff.de legi.& per tex. & Glo. Inst.de iure natu.gen.&ciuil.in §.ex nō scripto.

210 † Quero de illis quibus est licitum se tueri pro tutela sui corporis ; an etiam alios sibi cōiūctos tutari liceat, & quos : dic tu meritò tibi licere defendere vxorem,& patrem,ac filiū, & filio licere patrem,& fratri fratrem : & è contra,& de aliis personis de quibus habetur p Bar. in l.vt vim. ff. de iust. & iur. & cle. i. de homic.& in l.tutor.§. si tutor inimicus. ff.de susp.tuto. & l. lex Cornelia. C. de iniur.& in l.raptores.C. de epis. & cler. & Bal.in l.i. C.vnde vi.& per Cy.& Saly.ibi,& per Abba. in c.clerici,de vit.& honest cler.& Inno.in c.si verò, de senten.excommu.& Dominicum de S.Gemi.in c.dilecto,eod.tit. & l. isti quidem.

211 ff. quòd metus causa. † Vbi habetur de patre,& filio propter quem perpetuatur pater in eum: & vna , & eadem censetur persona.l.liberorum.ff.de verbo. sign & l.fin.ff.de impub.& aliis subst.& l. item apud.ff. de iniur. vbi habetur de marito pro vxore,& de fratre pro fratre, & sorore ; & de aliis coniunctis. l. vt vim, cum Glo.ff.de iust.& iur.& plenè per d. Ioā. de Lign.in c.lxxxvii.in tit.an pro fratre, sorore,& aliis coniunctis &c.

212 † Quero si forensis qui est de alieno foro teneatur ad onera personalia custodiæ ciuitatis tempore belli,& suspitionū bellorum:Spec.iuris Guil.Durātes Mumatē. episcopus vir diuinus tenet quòd non. in titu. de cens. sed dumtaxat teneri ad realia onera, & ad collectas pro rebus ipsius ibi sitis . & quòd non teneatur pro rebus alibi sitis.habetur etiam p Bar.in l.i.C. de aur.corr.lib.x. ubi dicit hoc esse verum de iure , nisi consuetudo sit in contrarium, & in l. rescriptum.ff. de mune. & hono. & in l. forma. ff. de cens.habetur per Glo.in l.iii.C. de mulieribus,& in quo loco munera sexui subeant lib.xi.& per Bar. in l. munerū.§. patrimoniorum.ff.de mune.& hono.vbi dicit forenses teneri ad pręstantias ; & in l.si prudentes. §. si qui cloacarii.ff. de vsufr.& in l.interdum.ff. ꝙ cum eo.fals. tut.vbi etiam habetur per Flori.de S.Petro post Bar. de Saxo Ferrato : quòd forensis tenetur præstare equum suum p bello si habetur,sed non tenetur emęre. vt præstet nisi fuisset vsurarius .

213 † Et exempti propter morbum , vel propter ętatem tempore belli non excusantur à custodia ciuitatis.l. vt gradatim.§. quoties.ff. de mune. & hono. nam morbus,vel ætas non excusat à custodia ciuitatis diuitem : quia tenebitur mittere alium pro se.l. sextum decimum.§. corporis.ff. de vac.mu.& l.semp.ff.de iur.imu.

214 † Quæro de prouocante contra spoliatorem prouocati ad bellum accedente : an agat furti, vel vi bonorum raptorum: hanc quæstionem ponit Ioan.de Lignano in lib. suo de bello : videlicet an prouocatus ad bellum in itinere accedendo ad eius subsidium spolietur armis, & equis,& rebus aliis suis: & an mādans teneatur mandatario : vel agat mandans, aut mandatarius contra spoliantem: dic mandantem teneri mandatario: & cōtra spoliantem ius habere: & spoliatum agere posse vi bonorum raptorum exceden do iura mandanti ipsi soluenti:mandans posteà agere poterit iure cesso cōtra spoliantem.l.ii.§.qua actione.ff.de ui bono. rapt.& l.penul.ff.man.& per Doct.in c. sicut, de iure iuran. nam actio furti, vel bonorum raptorum , non competit nisi illi cui damnum fuit illatum , vel ius in re habenti ratione possessionis,detentionis,vel dominii: vt illi cui res fuit pignori obligata, & nondum tradita.l. si gratuitam.§.si margaritas.ff.de pręscr. verbis.& l. si is qui rē, & l.is cui spolsiatis.

ff. de fur.

215 † Quæro de casu de quo suprà quædam tetigi: Si bellum, & contentio fuerit inter duas ciuitates liberas non recognoscentes superiorem: & vt omnis tollatur difficultas: si aliqua ciuitas libera hostis fuerit Imperii: an ius gentium primæuum habuerit locum: dic ꝙ sic l. hostes & l. postliminii & l. si quis. ff. de capt. & postl. reuer. & locum non habet inter catholicos ius postliminii ex moderna cōsuetudine antiquitus obseruata quantū ad personas, & non quantum ad res: cui consuetudini standum est secundū Bar. & sequaces in d. l. hostes. ff. de capt. &c. nisi à Papa, vel ab Imperatore fuisset bellum indictum: quia tunc ius postliminii, & captiuitatis locum haberet: & capti fiunt serui secundum Doc. in l. qui à latronibus. ff. de testan. sed standum est cō suetudini, ut supra dixi, & per Ange. de Aret. Inst. de rerū diuis. in §. Itē ea quę.

216 † In bello autem duarum ciuitatum liberarum an hostes dicantur ita quòd habeant iura captiuitatis, & postliminii, sicut quādo est contentio inter populum Romanum, & saracenos: dic quando est bellum inter duos populos qui sint sub vno dominio, & tunc non habent Iura captiuitatis, & postliminii. l. si quis ingenuam ff. de capt. & postl. reuers. & per Io. de Lign. in lib. suo de bello in vii. parte. Sed si fuerit contentio inter duas ciuitates liberas non recognoscentes superiores; secus erit, & seruabitur cōsuetudo pdicta, vt suprà dixi quantū ad psonas.

217 † Quæro de bonis mobilibus quæ capiuntur in bello iusto an fiant capientium: dic ꝙ non: sed illa milites tenentur assignare suo duci: qui posteà habet illa distribuere inter ipsos milites secundum eorum merita: & hæc procedunt in his quibus non uendicat sibi locum ius postliminii. l. ii. & l. si quis in bello. ff. de capt. & postl. reuers. c dicat. xxiii. q. v.

218 † Occurrit discutere alium casum an milites nostri teneantur restituere nobis bona, & animalia nostra quæ fuerunt nobis capta per hostes, & quæ adhuc non sunt per hostes consumpta scilicet recuperata per nostros milites: dic quòd sic. l. si quis à barbaris. C. de re mili. & l. Pōponius. ff. de rerū diuis. & l. si captiuus. ff. de capt. & postl. reuers. & per Ange. de Vbald. de Perusio in quæstio. per ipsum disputata de guerra facta inter dominū Paduæ, & dominum Veronæ, videlicet illos de Carraria, & illos de la Scala: qa decet milites esse defensores, & non latrones: & hac de causa accipiunt stipendium. l. ab hostibus, & ibi Bal. & in l. si quis à liberis. C. de capt. & postli. reuer. & ꝓpriè dicuntur illi defensores qui tuentur innoxie. l. fi. C. de re milit. & regula est militiæ milites teneri hostes hostire ferro in bello occidendo illos: ne vlterius pugnent, & mordeant: & amicos defendere ꝓ posse, & bona sua tueri virtute omnia se semoto timore Theo. sent.

219 † Quæro de rege, vel barone qui vult capi facere suum vasallum contra Iustitiā hoc exprimendo, & se iactādo facere an licitè possit vasallus fugere, ita ꝙ non dicatur inobediens domino suo: dic sibi licere impunè fugere: quia hoc causa non dicitur rex, neque dominus: & priuatur proprietate vasalli secundum Andr. de Iser. in const. de iniu. cur. illa.

220 † Et dicit plus dominus And. de Iser. in const. si vasallus, de fideiuss. vasal. quòd liberatur vasallus ab homagio: & efficitur demanialis si dominus concubuerit cum vxore, aut filia, vel nuru vasalli sui: cum seruari debeat inter ipsos æqualitas: & hoc iuri, & æquitati conuenit.

221 † Quæro si Papa potest legitimare ad feuda secularia, vt Imperator ad secularia: quia regulariter sceptra confundi nō debent: vt dicit d. Iaco. Aluar. magnus feudista. in c. naturales, si de feud. fue. cō trouer. inter dom. & agna: post d. And. de Iser. feudistarum Principem. in c. nouit, de iudic. & per Bar. in l. qui in prouinciā, de ritu nupt. & per Bal. in repet. legis eam quam. C. de fideicommis. & per Spec. in tit. de dispensationibus. De Imperatore seculari clarum de iure puto, scilicet non de Papa catholico qui locum Dei tenet in terra: & latiores habet facultates quàm Imperator secularis: &

omnia à Deo creata in terra tenet sibi sub icta:vt ipse Deus,cuius est locum te nés in terra : sed vidi priuilegium antiquum factum per Papam, & ipsius sanctam Apostolicam sedem Theodosio Imperatori, & successoribus suis futuris perpetuis temporibus in Imperio:quòd Imperator possit legitimare bastardos, spurios,mãsares, & omnes alios de illegitimo coytu procreatos tam ad futuras successiones quàm ad feuda ecclesiastica, & spiritualia iura : & ad quoscunque ordines sacros, & dignitates ecclesiasticas ; vt etiam pontificales : & propterea Imperialis maiestas in concessione priuilegiorum quæ donat comitibus palatinis dat illis potestatem legitimandi prædictos bastardos, manseres , spurios copulatiuè,vel disiunctiuè, & omnes alios de illigitimo matrimonio procreatos,& quantum ad ordines spirituales , & ac clesiasticos suscipiendos vt in priuilegio meo comitatus palatini continentur qđ mihi concessit liberalitas , humanitas, clementia,& Imperialis Maiestas.

Laus Deo. Finis.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS. EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

TRACTATVS DE BELLICIS SIGNIS.

SVMMARIVM.

1 *Signa bellica sunt aut vocalia,aut semiuocalia, aut muta.*

2 *Signa bellica cur aliquando prohibeantur.*

Celeritas in re militari quàm laudabilis, & quòd eo pro cæteris uirtutibus emicuere Cæsar & Alexander. & nu.3.

3 *Cæsar qualis fuerit. & ibid. plura de eius vita.*

4 *Celeritas Craßi in bello Parthico cur fuerit im probata.*

Mumius gloriam abstulit Metello in bello Corinthi.

5 *Lancearum concussus quid signi sit.*

6 *Puluis in modum nubis coacta , quid signi. & quid tunc agendum.*

7 *Aduentus hostium quo pacto cognoscatur . vel illorum recessus, & quòd signis quandoque utamur ad fallendum hostes.*

8 *Puluis quandoque in bello nocet.*

9 *Signorum variatio quòd sit in bello necessaria.*

10 *Signa Imperialia Dei sunt.*

11 *Signa militaria quę nam sint, & cuius figuræ.*

12 *Manipulus fœni à quo habitus sit pro signo.*

13 *Aquila quando & cur à Cæsare habita fuerit pro signo.*

14 *Milites quòd Aquilam in diripiendis & custodiendis urbis imitari debeant.*

15 *Aquila pro signo cur vtantur post Cęsarem & Romanum Imperium etiam sequentes Imperatores.*

16 *Aquilæ quòd quandoque accipiantur pro vexillis siue insignibus, & armis, de quibus Iurisconsulti etiam nostræ ætatis pertractarũt.*

17 *Tubarum & similium instrumentorum usus bellicus quibus in rebus & actibus prosit.*

Tubarum quis fuit primus inuentor.

18 *Tubarum vsus & similium instrumentorũ, cuius sit effectus.*

19 *Verbis simplicibus non ambiguis in expeditione non est utendum : & ideo uerbum retro , & uerbum uerte sunt cauenda.*

20 *Amazones quarum regina fuit Panthasilea consueuere mammam dexteram in cunis adurere et partus masculinos interimere, mulieribus educatis.*

21 *Pugna Thesei cum Hippolyta & Molpodia Amazonibus, et de earum castrametatione.*

22 *Amazones in Caucaso monte habitasse. & stipendiariam militiam, maximè pro Albanis*

nis & contra Pompeum exercuiſſe: & apud flumem Thermodontis cum Albanis & Gelois concubuiſſe.

23 *Bellaces mulieres fuere Regina Auſtri: Hypriſtina, Iudit & Camilla.*

24 *Fœmina bellax poteſt ſuccedere in feudum requirens ſeruitium perſonale: ſicut fuere Maria Cardona, filia Raymundi Cardoni & Maria Caroli. V. Imperatoris ſoror Tranſiluaniæ Regina.*

Fœmina admittitur ad feuda & bona emphyteutica cõceſſa pro ſe, & deſcendentibus ſuis.

25 *Carolina conſtitutio de ſucceßione fœminarum in feudum deficientibus maſculis.*

26 *Vſus funebris orationis pro mulieribus cæpit ex decreto Senatus Populiq; Romani poſt uictoriam è Vegis per Camillam reportatã.*

27 *Imperatores & exercituum Duces lætitiã uel meſtitiam, riſu uel ploratu aliquando fingere conſueuere pro temporis opportunitate. vt fecere Cæſar & Hanibal.*

28 *De ſimulata meſtitia Auguſti & Pyrrhi in occiſione Marciantonij & filij Antigoni.*

29 *De Antigoni ſimulata meſtitia erga Alcinoum filium ob interfectum Pyrrhum. & pietate adhibita in Helenum Pyrrhi filium.*

30 *Mithritates rex Ponti, dum bellum gereret cũ Lucullo, ſuorum audita nece, lætitiam ſimulauit, quæ ipſum ad fugam uſque aſſociauit.*

31 *Crucis ſignum in terram duci non oportere in uilipendiũ, & contrafaciens capite punitur.*

Crucis ſignum fuit tempore teſtamenti ueteris.

32 *Crucis ſignum portabat in humeris exercitus Conſtantini ex eius decreto.*

33 *Feudum antiquum hereditarium alienatum per patrem, filius etiam confecto inuentario reuocare non poteſt, niſi ſit hæres etiam ſi in alienatione interueniſſet domini conſenſus.*

Filius & hæres patris non poteſt uenire contra factum proprium patris.

34 *Feudum ex pacto & prouidentia, etiam confecto inuentario, filius poteſt reuocare quando eſt antiquum.*

35 *Feudum nouum licet ſit ex pacto & prouidentia alienatum. filius poteſt reuocare, niſi ſit conceſſum tanquam auitum & antiquum.*

1 
ELLORVM ſigna † ſcire tenentur militiæ Duces, Optime Cæſar; quorum quædã ſunt vocalia vt dicit Vegetius, & Iulius Frõtinus de re milit. ſcribentes: & quædam ſunt ſemiuocalia, & quędam alia muta: vocalia, & ſemiuocalia percipiuntur auribus audita voce, ictibus, aut tuba, ſono bombardæ, tibię, campanæ, aut timpanorum, & ſimilibus auditis ſonis: Muta autem percipiuntur oculis, vt flamma, fumus, puluis, lancearũq; motus, eleuatio manus, & ſimilia. Magnus Alexander excaſtramentando cum exercitu ſuo ne hoſtes ſcirent eius diſceſſum ſigno pilei ſuper lancea poſiti meauit cũ ſuis ſilente tuba, & timpano.

2 † Probibuit ſuis Cæſar publico ædicto ne ſignum incendiorum facerent ædificiorum; vt hoſtes pręcaueri non poſſent, & vt ne hoſpitia pabulaq; & frumentorum copia deficerent ſuo exercitui; & ne viderent hoſtes vbi eſſet caſtramẽtatus: & ſua celeritate primò bene conſulto caſu, ſpacium non dabat inimicis inquiẽs in re militari præter alias virtutes celeritatem præcellere, cum ſemper nocuerit differre paratis: iuxta illud. Tolle moras ſemper nocuit differre paratis. Fidos amicos habebat, & cõſeruabat: & hoſtes vſque ad pacis conditionem terrore ducebat Cæſar: & Siracuſanorum amicos fugauit, & rupit Nicia dux Atticus celeritate ſua in bello quandoque proficua vſa virtute prudentum Ducum.

3 † Legimus Cęſarem celeritate ſua regna q̃ plura, & victorias multas bello quæſiſſe, & album fuiſſe, doctum, prudentem, pium, clementem, liberalem, & iniuriarum immemorem, corpore macrum, fortem, bellacem, animoſum, & valdè laborioſum: & ſæpe paſſum fuiſſe dolorem capitis, & laboraſſe comitiali morbo ſibi primo obuento in corduba vrbe Hiſpaniæ: ſed duro labore, & aſsiduo militari exercitio, & frequenti itinere, & parco victu, & vigiliis ab eo fuiſſe liberatum, & ſolitum extitiſſe dormire deuectũ in cur

ribus, & feretris, & cum celeritate peragebat negotia sua. Nam ab vrbe rediens in Galliam infra octo dies equitando cũ exercitu applicuit Rhodanum nullum timens laborem, & idem milites sui faciebant peramantes eorum Imperatorem licet in periclis illum semper nõ laudassent: quia non spectat ad ipsum Imperatorem sumittere personam suã tãti ponderis omnibus periclis prout ipse faciebat Cæsar: & Magnus Alexander animosa nimis, & inuicta virtute sua.

4 † Crassi non laudatur celeritas qua vsus fuit in bello Parthico, cum magis in celeritate applicuerit animum suum, q̃ in tutela militum suorum dubitando de gloria Pompei, ne ipse foret qui victoriam cum triumpho reportasset de Parthis, prout fecit Mumius qui gloriam substulit Metello in bello Corinthi.

5 † Et si videbuntur hostium lanceæ à longe illas in simul concuti, fugæ signum, et timoris erit ipsorum.

6 † Puluis vt nubes eleuata indicat hostes venire ad inuadendum hostiendum inimicos suos: & vtile erit tunc alas facere ordinato exercitu ad pugnã instructo.

7 † Et super turribus, & locis altis cognoscuntur hostes, & eorum aduentus, & fugi p signa quæ faciũt, & est in hoc præcauendum ne Duces decipiantur: prout cõtigit Melciadi, de die puluis, & fumus facile cognoscitur: de nocte ignis ex lõgo loco cernitur: & de die, & de nocte sonus auditur tubarum, timpanorum, campanarum, & bombardarum, & ignes quandoque magni arte fiunt in multis locis, & quãdoque etiam in paucis locis, montibus, & planitie.

8 † Puluis valde nocuit Romanis in bello Parthico duce Crasso in belli namq; ardore Romani nõ cognoscentes suos Romanos ob nimium puluerem se insimul per sępe occidebant credẽtes hostes suos hostire ferro, & semetipsos Romanos amicorum armis perdebant.

9 † Et habeant incliti militiæ Duces variare signa per dies, & noctes in militia, ne illa noscant, & sciant hostes, & suorũ signa confœderatorum ponere: quãdoq; hostibus insidiando, & illos arte circũue niendo milites suos ornãdo vestibus variis, & insignibus; signisq; modo rubeis, modo nigris, modo albis, aut alio diuerso colore ab hostium diforme vestitu: vt cognoscantur in bello facto de die, vel de nocte: & ne semetipsos offendant armis propriis à suorum impulsis viribus, aut iactis credentium lędere hostes, ne carmen decantetur Sulmonẽsis Poetæ. Heu patior telis vulnera facta meis: vt sæpe contingit in diurno, & nocturno pręlio.

10 † Dei sunt imperialia signa. l. Ticia. §. Seia. ff. de aur. & argen. leg. & l. vlt. §. Sin autem dubius. ff. de iure delib. & in § i. authen. de mona.

11 † Militaria signa sunt etiam manipoli, vexilla, palia, & tentoria picta cum aquila, leone, vrso, columna, apro, serpente, lilio, & similibus.

12 † Romulus contra Amulium regem Albanorum, & inq̃ pluribus aliis expeditionibus suis manipulum fœni hasta ligatũ pro signo portauit. Iuxta illud Nasonis. Illa quidem fœno sederat reuerentia fęno, quantum nunc aquilas cernis habere tuas: Parthica suspensos, portabat longa maniplos, vnde manuplaris nomine miles habet: & Verg. in xi. Aenei. cãtat. Disiectiq; Duces, desolatiq; manipli.

13 † Aquilam elegit Cæsar vt refert historia pro signo suo, quam in littore reperit dum foret pugnaturus contra Tintanos ab effectu ipsius, cum esset auis rapacissima, & oculata, valde viuẽs ex raptu.

14 † Et ita milites in diripiendis, & custodiendis vrbibus oculati, velocissimiq;, & rapacissimi esse debent in luce ante lucanum in obscuro: & post nocturnum & in omni hora competenti; sicut lupi faciunt in rapienpo pecudes: & ita milites in rapiẽdo hostium vrbes, & prædas; auidissimi honoris, & parati esse debent omni postposita mora.

15 † Aquila est auium Regina, cuius regiũ signum in uexillis habuit Cęsar, & Romanum Imperium illud portauit: & hodie etiam Cęsarei ferunt, & illo vtuntur Imperatores in Romano Imperio successores ad inclitam Cæsaris memoriã,

& in victorię signum, belli, & pacis tem poribus.

16 †Secuto bello farsalico Nonio dicenti erga Ciceronem Aquilas septem adhuc apud ipsos extare: moneres probè respondit Cicero, si cum graculis nobis pugnandū foret; & de uariis signis, insignibusq;, & armis tractatum fecit Bar. de Saxoferato: & bene scripsit Bartholomæus Casseneus æduus Doctor in prima parte sui libri catalogi gloriæ mundi.

17 † Militaria sunt etiam signa tubæ, timpana, tibiæ, cornicines, & bucinæ tubarum æneárum: inuentor primus fuit Piscus Thyrenus quibus ordinatur exercitus tam in gradiendo, quàm in regradiendo, & sistendo, in pugnando, & reducendo, colligendo, & castramentando: & quidā palladiam nominant tubam à Pallade: & de tuba cantat Ennius, & Virgilius: At tuba terribili sonitu tarantara dixit. Et hac tuba terribilem sonitum procul ære sonoro, increpuit, sequitur clamor, cœlūq; remugit; & Aquinas Poeta. Isis & irato feriat mea limina sistro.

18 † Romani orbis Domitores in bello vtebantur tubis, & timpanis animos incitantibus marcialium virorum, & equorū: quorum sono instrumentorū bene sciūt experti quid agere debent in re bellica. Doricus sonus in exercitu ducebat milites esse debere prudentes, graues, & fortes, & idem cornicinum, & tibiarum sonus significat secundum antiquum morē militum Lacedemoniorum.

19 †Nam dicere retro, retro dum expeditio fiat pluries fuit ruina exercituum: sed est dicendum ad dextrum, vel ad sinistrum latus: vel ad fontem omnemue retrahendo se paulatim, paulatim ordine non mutato acierum, & in mutando acies nō est vtēdum verbum vertite, vertite: quia est periculosum interpretatione sinistra inter milites: Sed vti verbis pręmissis ad dextrum, vel ad sinistrum latus, vel ad fontem, ad flumen, & similibus verbis: quæ clara esse debent, & voces esse debēt claræ nec non simplices cum simplici sono bellico: & fugere verba generalia in præcipiendo, & vti tantum verbis illis, quę plures non habent intelligentias, neque interpretationes dubias, & sinistras. Frigius nāque sonus, & ad pugnam docebat milites in bello: & in primo ingressu acierum in prælio vtebantur cithara Carthaginenses, & Lidii cithara cum sono tibiarum: & Alcibiades Dux Atticus tibiam abiecit videns se esse deformem in sono illius, & omnis nobilis post illā neglexit, & vsus fuit tuba, & timpano in bello, & militari exercitio.

20 † Et de Amazonibus cantat Poeta, Regina in medio patrio vocat agmine sistro: & Propertius. Romanamq; tubam crepitanti pellere sistro: Bellaces fœminę erāt Amazones, quæ filiabus suis dum essent in cunis mammas dextras adurebant: & dictæ sunt Amazones quasi sine māma, vel ab Amazonia regione Scythiæ, vt refert Pthelęm. lib. v. ꝙ prius inhabitabāt prope flumen Thanaim; & post peruenerunt ad loca fluuii Thermodontę, & magnam Asiæ partem armis occuparunt: de quibus cantat Poeta. Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis: Seu circum Hippolytum, seu cum se marcia curru. Panthasilea refert magnoq; vlulante tumultu; Fœmineæ exultant lunatis agmina peltis: Et hæ in bello Troiano cū Regina sua Pantasilea interfuerunt contra græcos: & degunt sine viris, solitæ in vere tantum cum illis concumbere, donec se pręgnantes sentiunt secundum Iustinum lib. ii. Et si earum filii nascerentur masculi illos iugulabant, & si fœminæ illas educabant, & aduenationes, & ad bella instruebant, & exercebant dextris sibi mammis primitus in cunis adustis, & desicatis vt supra dixi proferendo lanceas in prælio: & erant bellaces fœminæ rapacissimi equitatus, quæ olim ab Hercule superatæ fuerunt.

21 † Et contra Theseum regem Atheniensiū instructis aciebus, & factis cornibus primo, & sinistro, & inde dextero in Amazonio, & punicis locis, & inde ꝗ pluribus ex illis interfectis, & sepultis pax sequuta fuit inter ipsos Theseum ducem, & Hippolytam Reginam Amazonum, Molpodia in pugna per Thesenm ꝑ em-

pta apud amnem Thermodontis, & seu Emonii:& pro honore errexit columnã apud templum Telluris Olympiadæ:vbi legitur Amazonides nunq̃ fuisse castramentatas in ciuitatibus, sed in libero campo per ipsas marte quæsito, vel in castris bello, aut vi captis per ipsas ab hoste.

22 †Et fertur Amazones incolentes partes maris Hircaniæ in mõte Caucaso supra flumen Thermodontis conductas fuisse sub stipendio Regis Albanorum incolentium Pontum: & legitur ꝙ in expeditione facta per Pompeum contra Albanos reperta fuisse inter cęsos scuta, & calciamẽta apta vtriq; pedi, arma,& vestimenta Amazonum:sed nullum corpus fœminę fuisse inuentum inter cadauera. Legimus quoque Amazones prędictas per menses duos cubare apud flumen prædictum Thermodontis cum populis Albanorum & Geleorum.

23 †Regina Austri bellax fœmina fuit, & Hyprisitina vxor Regis Mitridatis, & animosa quoq; Iudit, quæ caput abscindit Holoferni: & Camilla Volscorum Regina vt legitur in Poeta.

24 † Et fœmine quidem huiusmodi bellige ræ dignę sunt feudo virili, licet iura feudorum prohibeant fœminas tenere feuda virilia:quo pręstatur seruitium personale in castris,& bello:Nec talis lex, & consuetudo mortuæ manus feudorum, & legis longobardę locum sibi vendicaret in fœminis bellacibus exercitatis in armis:quia remota causa prohibitionis in feudis succederent c.i.§.hoc autem,in titulo qui feud.da.pos. & c.i.§. ad filias, de succes.feud. & in c.i.de succes. feud. pater. & licet fœmineus sexus sit diformis in virtute à virili sexu in fortitudine,& virilitate, nihilominus sunt regulariter habiles quemadmodum viri vt ad indagãdas artes liberales & obeunda militaria munera, quales ætate nostra fuerunt duæ Mariæ, altera Cardona Padulæ Marchio filia Illustrissimi & excellentissimi D.Raymundi Cardoni Cæsariarum copiarum apud Rauennam patriam meam in expeditione gubernatoris domina mea, & erga familiam meã humanissima, græcis, & latinis literis, omniumq; scientiarum genere prędita:Altera Caroli V.Imper. soror Transiluaniæ Regina,bellicis artibus,& animi magnitudine celeberrima: ita etiam ad tenendum feuda quibus nullum præstetur seruitium personale: & similiter emphyteusim qua pecunia pręstatur: & ratio est, quia fęmina potest ita soluere pecuniam sicut masculus.ita tenet Bald. in l. quoties. C.de suis,& legit.& in c.i. qui feuda.pos.& ꝑ Rom.in singulari suo.clxxx. incipiente hodie fęmina, & in consil. ccclxvii.dicit fęminas succedere in feudis,& in emphyteuticis rebus quãdo sunt concessa pro se, & descendentibus suis:quoniam tunc comprehendunt omnes descendentes vsque ad infinitum, tenet Bal.in c.quę in ecclesiarum, de cõst. & Ias.in l. ii. C.de iur.emphyt.

25 † Et ad tollendas lites Imperialis maiestas,& semper augusta Caroli Quinti Imperatoris prudenter pragmaticam fecit, vt feminæ possint succedere in feudis deficiẽtibus masculis successibilibus & ita seruatur in Regno Sicilię vbi stat lex Imperialis de successionibus filiorũ, comitum,& baronum.

26 † Prohibitum fuit olim mortuis mulieribus fieri orationes funebres de earum laudibus, sed ille dũtaxat fiebant viris ob eorum excellentiam:Sed postq̃ mulieres Romanę existentibus viris in maxima angonia, & tristitia reperiendi aurũ pro satisfaciendo uotum decimarũ pręda ueiorum, ꝙ Iunoni ephesiæ fecerat Camillus pro captura urbis Veiorum: jam dispensata præda, & per Romanos dissipata obtulerũt anulos,monilia, manilia, ornamenta sua quibus pondus octo talentorum auri repertum fuit. Et Senatus statuit in cerimoniis funeralibus mulierum de earum laudibus etiam fieri posse illis orationes funebres, vt fit de uiris. Et aurum post prædictum dum Ephæsum portaretur ad votum implendum contigit prædari per Lipareos, vt piratas:Sed virtute Timisithei potentissimi viri maximæ virtutis, & auctoritatis Lipareorum Ducis restitutum fuit vnà cum captiuis, & nauibus captis: &

inde

inde portatum fuit ad templum Iunonis Ephesię per Romanos adimpleto voto.

27 † Magnę quandoque sunt faciendę lætitiæ in exercitu propter nouum auxiliũ deuentum in castris, habetur. C. de pub. læt. lib. xii. vel propter victoriam habitã, & sequutam, aut simulato propter mestitiam superuẽtam ficto risu, vel ploratu: & hæc signa sunt extrinseca militaria: iuxta illud Poetæ. Spem vultu simulat, præmit altum corde dolorem. Exemplo Cæsaris qui dũ caput vidit flet Pompeii truncatũ, sibi pręsentatum per Theodotum in Alexandria illum à se atroci voce expulit: & habito anulo Pompeii multum super illo vt fertur fictè lachrymauit ridens intrinsecus, & plorans extrinsecus: Et ècontrario Annibal risit extrinsecus, Et plorauit intrinsecus in suo trucidato exercitu è Romana virtute; vt suis viuẽtibus animũ daret: Cæsar ploratu celauit suã cordis lætitiã; & Annibal risus sui cordis occultauit mœstitiã.

28 † Plorauit Augustus viso gladio quo se occiderat. M. Anto. & Pyrrhus pie increpatus ab Antigono cuius filium saxo occiderat indoluit, & oculos vertit in terram præ pudore improbi gesti: quia patrem prouocauerat inquiẽs erga ipsum; si pulchrum gestum fecerat, ab illo post pio recepto responso.

29 † Et Rex Antigonus virga percussit filium Alcinoũ, qui pręgaudio caput Pyrrhi à Zophiro trũcatum portauit patri, & illum crudelẽ vocauit; & viso Pyrrhi capite plorauit Antigonus, & mortuum honorauit sibi facto exequio munificentissimo: & Helenũ filium Pyrrhi amplexus fuit, & regiè vestiuit, & honorauit: sibi, & militibus suis restituta prędа: quos omnes humanitate maxima liberaliter remisit in Epyrum nullo captiuo retento; vt prudentibus, & munificentissimis Regibus conuenit: vnum quandoq; etiã ꝑ alio prudẽtissimè demõstrãtibus quorũ magnũ est pondus, libertas propagat, dignitates prouinciæ, & vrbes seruant, Pax, Salus, Respublica, & Iustitia conseruatur: & ècontrario tanta bona perduntur illorũ imprudentia, Auaritia, & inertia damnatis militari iure.

30 † Legitur pluries Mithridaticos milites sui iussu Regis fuisse aggressos milites Luculli accessos ad furmentandum, & Lucullanos semper fuisse victores: & vna vice ex copiis Mithridaticis inuadentibus Lucullanos, duos tantum euasisse: & ꝙ verum non fuerit placido vultu arte suis asseuerabat Rex Mitridates inter suos lętus ludendo: vt illos in fide, & audacia retineret. Sed victor Adrianus Dux peditatus Luculli rediens cum frumento ante vallum Mithridatis sine timore, acie instructa processit cum spoliis, & captiuis captis in dicta clade: ꝙ magnũ Mithridati, & militibus ipsius concussit dolorẽ, & timorem, & pro fuga factus fuit tumultus per milites Mitridatis in vallo, & ꝑ auaritia militũ Mithridatis depredabantur Duces, mortuo Dorileo vno ex Ducibus Regis Mithridatis: qui fugit pedester, & illi cũ equo occurrit Ptolemæus Eunuchus: & ni auaritia detinuisset Romanos, tunc captus fuisset Mithridates: Sed Romani milites reperto mullo cũ auro Regis onerato, & visa pecunia auri in via arte sparsa p Regẽ Mithridatẽ, illã colligentes spaciũ illi fugę dederunt.

31 † Quæro de pœna illius qui signum salutiferę crucis sculpsit in terram in vilipendium diuini nominis: dic illũ incurrere in pœnã mortis naturalis vt in l. i. C. vt nem. lic. signum saluat. in silic. facere in terram, ne per obrobrium calcaret pedibus: authen. de test. §. i. & clem. i. de sum. trin. & fid. cathol. Signum crucis fuit tempore testamenti uet. c. ecclesiasticum. i. distin.

32 † Legitur in historia tripartita Cõstantinum Imperatorem scripsisse ad Regem Persarum de signo saluatoris: & inclytus Imperator Constantinus inquit, hunc Deum colo, cuius signum crucis Deo dicatus exercitus meus portat in humeros: & à quo dum aliquid iusto sermone petitur impetratur. c. nunquid, de consecr. distin. v.

33 † Queritur modo de inuestitura feudi antiqui hęreditarii concesso militi pro se, & hæredibus suis: an isto casu filius

potuerit habere feudum paternum nisi sit hæres patris: dic ꝙ non: c.i.§.i. de capitaneo qui cur.vend.& c.i.an agnati; & per And.de Iser.in c.i.§. hoc quoque de succes.feud.& in c.i.de alien.feud.pater. & plus dicit And.in d.c.i.an agnati.& in c.i.de alien.feu.pater.ꝙ licet filius fecerit inuentarium nihil operaretur in casu prædicto cum sit feudum hęreditariũ, si pater illud alienasset cum consensu domini feudi, & recuperare illud uoluisset filius virtute inuestituræ: vt tenet Ioan. And.in add.ad Spec.in tit.de feu.in add. incip.debet dicere, & per Alex.de Imol. in consi.xxviii.incip.in causa, & lite vertente.in v.vol.& ratio est: quia filius, & hęres patris non potest venire contra factum proprium patris.l. quæ à patre.ff. de testam.mil. & l. cum à matre. C. de rei vendicatione.

34 † Quod non procederet si feudum foret concessum ex pacto, & prouidentia, & viuerent feudatarii iure francorum: quia tunc poterit filius illud reuocare etiam confecto inuentario: Nam eo casu pater non potest alienare feudum sine consensu filii primogeniti: vt tenet And. de Iser. in d.c.i.§.hoc quoque, de succes. feud. ꝑ text.in c.titius, si de feud.fuer.contr.tũc enim non pręiudicaret filio non consentienti: & hoc procedit in feudo veteri.

35 † De nouo autem feudo non fit dubium, quia pater sine consensu filii cum regio assensu poterit illud regulariter alienare, nisi aliter foret in pactis cum Rege: vt dicit And. de Iser. in d.c.i. de aliena. feu.pater.& Bal.in c.i.de vasal.decrepit. ætat.& Imola in l.filius familiàs, & in l. domus. ff.de leg.i. & per Alexan.in d. consi.xxviii.in v.vol. Et est præponderanda, & bene inspicienda priuilegiorũ forma cõcessionis feudorum, vt rectè iudicetur: nam licet sit feudum nouum, si tamen concedatur tanꝗ antiquũ, & auitum sortitur naturam antiqui feudi, & tenebitur pro feudo ligio, nobile, & antiquo, tenet Bal.in c.i.§.hoc quoque, in fi. de succes.feud.& in c.i.col.ii. de aliena. feud.pater.& per Alex.Tartag.de Imol. in consi.x.incipiẽte Ponderatis his, col. i.in.iiii.vol.& in consi. xxx. incipiente omne datum.col.iii. lib.i. & in consi.lv. incipiente perspectis his, col. xxiiii. in iiii.lib.consuluit & Philip Dec.in consi. clxxx.in.iiii.lib.& in consi.liii.eiusdem libri: & sic ex contractu concesśionis, legem accipiunt feuda, & emphyteusis.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

Tractatus de Astu, & tacito bellorum Principum consilio.

SVMMARIVM.

1 *Duces militares qua prędici instructione seu informatione esse debeant.*
2 *Gestum Spartaci ut Crassum superaret.*
3 *Mutatio consilii Agislai Lacedemonii contra Tisaphernem.*
4 *Itali pugnando aduersus Gallos & orientales debent pugnam differre.*
5 *De celeri consilio Nitiæ quo Syracusanos superauit: Et de Fabii ac Marci Curij consilio in reuocando hostes à proposito.*
6 *Didij simulata pugna ut hostium aggressum auerteret & se legionibus iungeret.*

1 PTIMI Duces in re militari, & in re familiari regiminique populorum benè instructi, & consulti esse debent de prudentia Ducum, & consiliariorũ hostilis exercitus, & de qualitate, quantitate gentium, timiditate, temeritate, & audatia, eorũq́; peditatus, & equitatus experientia, ignauiaq́;, ferocitate, natione, machinis, tormentis, & de armis quoque melioribus, & de annonę commoditate, & auxiliariis suis, tempore, moribus, ordine, ingenio, animo, cõfidentia, constantia, insidiis: & de locis vbi castrametantur: & qualiter sint muniti, & qua arte bellari possent, & suos tueri si forent aggressi: & an melius sit ferro illos inuadere, vel arte differre pugnam, suorum per sæpe facto iudicio militia ficta, vt omnis ab ipsis tollatur metus.

2 Spartacus † contra Crassum pugnaturus, vt suos animaret, proprium equum occidit interpeditatum suum, inquiens hostibus victis, sibi non deficere equos, & suos arte tali animauit, & ita ab ipsis fugauit timorem, videntes eorum Impe

ratorem esse lętum, & non dubitare de futura victoria.

3 Et † uolés Rex Agislaus Lacedęmonius ducere exercitum suum in Chariam, ne cessaria cuncta parauit; & inde meauit: & hoc præscito per Tysaphernem ducẽ Regis Persarum, illicò contrà ipsum mi sit equitatum suum circum circa campũ Menãdri, & peditatum in Chariam: vt[que] re gem Agislaum ponerẽt in medio anteq̃ græci applicarent ad loca montana, vbi equi se exercere non possunt, quẽ Agis laus decepit mutata mente; & duxit in Frigiam exercitum suum vbi suos dicta uit maxima pręda.

4 Et † si contigerit per Italos pugnari con tra Gallos, & orientales populos: qui ira cundi sunt & superbi sæpe præcipitãtes ad prælium: pugna in longum ducatur, quia corpora habent delicata, & in pa tientia laborum; & Itali sunt robustio res ingeniosi, & in labore assueti, & mar tiales: qui arte, & virtute sua hostes ad locum sibi incommodum reducent, & subiugabunt: vt præteritorum temporũ docuit experientia.

5 Et † Nicias vicit Syracusanos cũctando tempore: qui dum vastum in agris Ca thaneæ vrbis darent occupatis, & com bustis stationibus Atthenienfium captis multis ex illis, in terra experto marte, & celeri nauali præsidio ibidem ex saxo secretè nauigato: & tam celer fuit Nicias in succurrendo Amasiis sibi amicis: q̃ prius fuit in expeditione contrà hostes, antequàm nuntius cum literis cercioran tibus Amasios de ipsius & discessu & prę sidio præsentaret literas amicis, & illos fugauit: qui in auxilium hostium perge bant, captis ex illis tercẽtum militibus, omni[que]; eorũ fracto equitatu: & pro ma iori parte cinxit muros Syracusanorũ, & suos reddidit audaces, & lętos, & ho stium animos męstos: & ni fuisset Nicias tunc infirmitate nefregię detentus totã ciuitatem muro cinxisset ob maximam suorum obedientiam. Et cum Consul Fabius maximus cum exercitu transiuis set apeninum audito Gallos, Vmbros, Ethruscos, & Samnites ibi accelerare cũ exercitu, firmauit exercitum; & illicò scripsit Fuluio, & Posthumio cõsulibus vt cum exercitu accederent in Vmbriã, & Ethruriam ad eorum damnum: hoc ad notitiam peruento Vmbris, & Ethru scis retro illi rediere pro disensione suo rum: & arte tali vires hostilis exercitus ammouit: & inde Fabius vnà cum Decio collega consule Gallos, & Samnites ad hortus superauit. Marcus Curius Sa binos vltra fines suos in Campis Roma norum cum exercitu vagantes, missis se cretò militibus vt comburerent villas, & agros depredarent Sabinorum: quo fa cto, Sabini redierunt intra suos fines mu tata voluntate ob virtutem M. Curii Ro mani consulis: qui sine sanguine suorum hostes euertit, & sparsos in agris truci dauit.

6 † Titus Didius dubitans se ab hostium multitudine aggredi cũ ipse paucos mi lites haberet, expectans legiones: & prop pterea in longum ducebat bellum, arte suos animauit ad pugnam antequàm ve nirent legiones, audito q̃ hostes propera bant se velle ire obuiam legionibus con trà legiones negligenter, fecit quosdam ex captiuis custodire, vt fugerẽt ad suos: & ita factum est, & hostes ab illis perce perunt Didium se præparasse ad pugnã sequenti die: quo audito per hostes di miserunt ire obuiam legionibus, cum quibus postea Didius se iunxit, & se, & illas seruauit virtute sua.

7 † Et si fuerint hostes in forti loco castra metati, curare habent Itali cum suo cele ri peditatu, & leui equitatu irritare il los, vt fortem locũ deserãt: quia hostes natura superbi, ita[que]; accensi forti relicto loco in foueam cadent, vt cæci, & vrsus ad mel in laqueum incident. Fuluius cõ sul Romanus, contra Cimbros pugnare nolentes in forti loco castrametatos ius sit per dies aggredi Cimbros, opinatus illos arte decipere, quando exibant ca strum suum, causa insequendi Romano rum equites suorum partem occultauit retro castra Cimborum illis ordine da to, vt hostium castra occuparent, cum il la exciuerint causa insequẽdi suũ equi-

tatum : & ita arte Cimbrorũ castra occupauit, & deprędauit. Proderit ex forti loco trahere hostes ibi castrametatos suo instructu exercitu in acie, & ille ꝓbè ordinato post arte mittere quosdam ex suis sub colore fugitiuorum firmãtes hostibus eorum exercitum esse in discordiam propter factiones, & intestina odia quorundam ex capitibus exercitus, & ꝙ maior pars illius discedebat : & vt fides rei daretur calidè facere sæpe tumultus in exercitu probè tunc instructo: vnde hostes putando se posse illum vincere ipsum adorti fuerint, discedendo de loco suo forti, & victi permanebunt arte tali bellica.

8 † Percepto per C. Manlium cõsulem in Campania dimorantem milites suos cõ iurasse occidere in eorum discessu omnes dominos domorum in quibus hospitabantur, & domos deprędare, vocem ar te emisit, ꝙ ibi hiemare volebat cum exercitu, & hac de causa animos malos militum euertit occidendi hospites.

L. Sylla tumultuantes inter se legiones sedauit voce arte emissa, ꝙ hostes ibi aderant, & contra ipsum pro pugna strictis armis ueniebant : & illicò signa dedit ꝓ pugna instructis aciebus repente cũ tubis, & timpanis sonantibus suis; & animos tumultuantium suorum amouit contra hostes prouisione tali.

9 Et † si ordo militaris factus fuerit fidelium exercitus: vt manuum fiat concertatio contra infidos hostes, & fortasse catholicorum exercitus aliquantulum timuerit ; ducatur prælium in longum sæpe fingendo velle pugnare acie instructa, illiusq; ordine facto diuersis diebus: & pluries ordinata acie ad bellũ donec viderit, vel cognouerit timorem esse fugatum ab exercitu suo, illum hortando, & sibi pollicendo victoriam certam; pluraq; dicendo, & fingẽdo, vt timor, & metus penitus tollatur ab eo; & illo sublato indubitata parabitur victoria commisso prælio in hostes, forte inopinantes factum huiusmodi.

10 Et † si contigerit infidelium exercitum esse longe maiorem, quàm fuerit agmen catholicorum: vtile erit data possibilitate augere numerum fidelium quanto citius potuerit multitudine suorum ꝓbè considerato eorum animo : & ipsis sano facto iudicio cum necessariorum prouisione actu prudẽtis Imperatoris. Et si tot hostes non fuerint vt ferebatur hoc calidè propalato suis, eorum vires augebuntur, & animi: ita ꝙ commisso prælio animorum suorum alacritate, & virtute victoria reportabitur fidelibus: quoniam nihil sibi durum videbitur per ipsos obstinatè pugnantes ob victoriam iam cõceptã in animo suo prudẽtia sui Ducis.

11 Scorilius † Dux Daciorum videns suos esse animatos velle aggredi Romanos in simul disiunctos propter discordias ciuiles, in medio deduxit duos canes mordaces: qui pugnam magnam morsibus fecerunt in simul irati, & lupum ibi post trãsire fecit : quo uiso per dictos canes illũ ambo fuerũt in secuti relicta pugna sua: & inde erga suos dixit exemplo prædicto ꝙ non erant Romani tentandi in simul bellantes : quia videntes externos vnientur in simul, vt canes prædicti rixantes fecerunt contra lupum propria ira dimissa ; & arte tali suorum prudenter amouit animos bellandi contra Romanos.

12 Experti † esse debent Duces exercituũ, & valde prudentes, copiosi, & abundantes consiliis in re militari, nouis inuentionibus, & stratagematibus variis hostibus incognitis.

13 Et † cum Sylla aciem quandam misisset ex suis ad explorandum hostes, vbi interfecta fuit aliis suis illicò propalauit id factum fuisse consilio suo : quia de dicta acie diffidebat, cum transfugare pluries tentata fuisset : & tali arte suos retinuit in audacia, & sine timore.

14 Et † Lucullus retro Macedones fugiẽtes ad hostes fuit insequutus repente illos cum exercitu acie instructa; vt illos occideret ; & hostes timentes insidias irruerunt in Macedones agmine instructo ad prælium: Ita ꝙ Macedones coacti fuerũt pugnare cum hostibus dura pertinacia ; & ex transfugis Macedones Lucullus ar

te tali bellaces reddidit illos, & fideles hostes insequendo cum toto exercitu in Macedonum auxilio strenuè pugnando: & tunc superauit inimicos, & victor triumphauit Lucullus.

15 Et † Datimus arte simili in Capadocia prosequendo turmas fugitiuorum suis instructis, & monitis qualiter ex ordine suo fugiebant ab hoste simulato; vt illos traderent, & sui libenter illos fuerunt prosequuti quos laudauit fuisse primos ad inuadendum hostes; & victores extiterunt opera quoque fugitiuorum non credentium suum Ducem sciuisse eorũ malum secretum transfugandi.

16 Et † in bello Farsalico Labienus Pompeianus olim legatus Cęsaris in Gallia cũ aliis dispersis in campis Farsalicis multos secum milites reduxit Dyrachium sibi nuntiando Cęsarem esse vulneratũ ad mortem, & Pompeium viuere: cũ quibus posteà pugnauit contra Cæsarem in Africa.

17 Et † regula est inclytorũ ducum, & militiæ Regum probè considerare quibus hostes indigent necessariis cuncta cunctando, & bene considerando, & præponderãdo quæ de suis, & de hostibus considerãda, & præponderanda sunt, facto de præmissis primitus iudicio, suisq; fidis cautè propalatis belli secretis; vt eorum sano prouidere possint consilio, suos audacter hortando, vt eorum non pereat animosa virtus: nam fortuna fortes reddit, & iuuat animosos, & opprimit pauidos: iuxta illud. Audaces fortuna iuuat, timidosque repellit.

18 Et † pro Regula habeatur in re militari non contemni vires hostium quæ debent animaduerti, memor contemptum parere negligentiam propter quam clades, & ruina obuenit exercitibus, nec bis errare licet in bello, vt docet Vegetius de re militari maximi Scipionis Africani sententia: quoniam illicò pœna sequitur errorem.

19 Nec † parua sunt contemnenda in re bellica, quia ex paruis contemptis per sępe oritur dedecus, & damnũ: & multa sunt quæ non sunt aggredienda quæ parua sunt, damnosa, & dispendiosa nimis laboriosaque, & difficilia: quia ex ipsis paruum, aut nullum acquireretur præmiũ: quę tamen si inuasa fuerint, non sunt postea turpiter deserenda, neque ommittenda, ne hostium augeatur audacia. Et cum Diodorus tutaretur Amphypolim vrbem præsidio, vbi duo milia Thracenses erant, qui quotidie minabantur deprædare vrbẽ, simulauit certas naues venisse in certo loco non longe à ciuitate; & ꝙ de facili deprædari possent; & Thracenses misit ad dictam expeditionẽ quia libenter iuerunt, deinde illos redeuntes in ciuitatem amplius acceptare noluit. Fabius Ruttilius maximus virtute sua bellica nuncupatus, artè misso cum hastatis Scipione legato suo, vt collem caperet: quo capto Samnites hostes adeò prerefecit, ꝙ commisso prælio illos euertit, & timore repletos Samnites in fuga trucidauit.

20 Et † Rustus Minutius Imperator Romani exercitus contra Dacios, & Sordiscos bellum gerens cum parua militũ manu: antequàm bellum iniciaretur fratrem misit cum Timpanis, Tubis, & tibicinibus admontes cum paucis militibus sibi dato ordine, vt incepto bello sonarent cũ magno strepitu: quo audito per hostes montes resonare putãtes venisse succursum Romanis terga verterunt in fuga prę timore Accilius Glabrio consul certiorato Cathone Portio tribuno militũ; qualiter præsidium Antiochi, qđ erat in monte valde lædebat Romanos accessit Catho per deuia latera montis: & præsidium Regis amouit capto monte: quod post præsidium descendẽs ad ortum fuit à consule, & à tribuno omni à parte inferiori, & superiori turbato exercitu Antiochi, & fugato: tentoria Regis occuparunt Romani. Falisci, & Targnienses, Veientes, & Fidenates missis suis in habitu sacerdotali cum facibus accensis, & serpentibus: qui furore currebant bacchantes per Romanorum exercitum, & arte tali decepere: & turbarũt Romanos. Et Rex Scytarum Atteas contra triballos suorum longè maiores numero ordi-

nato fœminis, & aliis aptis ad portandũ arma: vt retro illos cum asinis, & bobus lanceas ferentibus ad terga hostium venirent: quos in fugam euerterunt, credẽtes Atteam habere maiorem exercitum quàm credebant.

21 Tacuerunt † arte, duo Asdrubales, & Magonus Imperatores Carthaginẽsium in Hispania castrametati nouam fuisse captam Carthaginem à Scipione, vbi erant suffragia, & diuitiæ suæ; ne milites Carthaginenses timerent virtutem Scipionis, negantes tale factum fuisse verum.

22 Tacuit † arte & Scipio Aphricanus in Sicilia ea quæ sibi nuntiauerant legati Regis Syphacis: qui nolebat Scipionem ducere exercitum suũ in Aphricam, nuntiando sibi affinitatem quam fecerat cũ Carthaginensibus: & qualiter ipse violauerat pacem Romanis: Sed dixit militibus Syphacem solicitare eorum aduentum aucta suis audatia; & illicò ex portu siculo lilibei discessit cum classe per ipsum celeriter fabricata infra dies quadraginta quinque cum omni apparatu necessario reddito. C. Lęlio Scipione ex Aphrica cũ præda multa sollicitante aduentum Scipionis in Aphricam nomine Massinissæ: & ita fœliciter nauigauit Scipio: & infrà paucos dies Aphricã applicuit apud promontorium Pulcri: & ibi è nauibus deduxit exercitum in terra, quo nuntiato Carthagini, tota ciuitas turbata fuit in armis.

23 Et † Regula est militiæ milites conseruari, nec illos in periculum poni, nisi necessaria vrgente causa: & conseruandi sunt in hieme ad loca tuta pedites cum equitatu, & æstiuo tantum tempore castrametari, & bellare in aperto: & quandoque glaciali, hiemali quoque, & brumali tempore præmente dũtaxat necessitate militandum est, & bellandum: & illa cessante curandum est omni studio milites cõseruari in locis tutis: quia virtus, ordo, ars, & disciplina militaris ob impedimenta plura non potest tali glaciali tempore se exercere ad plenum, ꝓ vt non valet in asperrimis locis natura munitis illorum nimis ipsa obstante, & prohibente natura. Agislaus Rex Lacædemonius contra Thebanos ꝓpè flumen castrametatus videns suos esse paucos, & auidos pugnæ hostibus in maiori numero existentibus, & alciora loca tenentibus; finxit se habuisse ab oraculo ꝙ non deberet pugnare cum Thebanis nisi capto colle, & custodiam reliquit ripæ fluminis, & cum reliquis ascendit ad montes; Thebani illicò descenderunt ad flumen putãtes id factum fuisse timore; & paucos illos ripam fluminis custodiẽtes expulerunt transacto fluuio insequẽtes paruum præsidium, & per reliquos in montibus natura munitis descendentes Agislai Regis cæsi, & victi fuerunt Thebani.

24 Videns † Annonus dux Pœnorum quòd quatuor millia Gallorũ ex suis propter indigentiam suę nõ habitæ mercedis fugere volebant erga illos inquit se velle cum ipsis compensare iniuriam longitudinis temporis cum liberalitate: & Galli egerunt illi gratias, & quia sciuit Gallos omnino decreuisse ire ad Romanos de nocte misit vnum ex fidis suis militibus vt transfugam Romanorum Cõsuli Otacilio illi nuntiando, qualiter Galli volebant aggredi de nocte vallum Romanorum: Et consul Otacilius insidias illis posuit, quas galli occiderunt; & ipsi occisi permanserunt à Romanis; & sic consilium tale ab vtraque parte pugnantium profuit Annono ꝙ hostes suos sub stulit de medio consilio tali. Et simili modo Hannibal decepit hostes, & cõtrà fugitiuos suos se vendicauit propalato qualiter sui fugitiui fuerunt de eius consilio in Romanorum exercitum pro exploratoribus: & hoc percepto per Romanos per suos exploratores illis fecerunt incidere manus, & inde illos miserunt Hannibali. Asdrubal volens Numidas occupare intra eorum confines accessit: & dum Numidæ se prepararuerint cõtrà ipsum ad bellum Asdrubal inquit erga ipsos se venisse illuc causa tantum capiendi elephantes de quibus abundabat Numidia: & fidem dedit Numidis non offendendi illos: & inde per Hanni

balem fratrē suum occupauit Numidiā.
25 Sempronius † Gracchus Locrenses inuasit qui curribus cinxere vallum suum oneratis fortissimis viris cum habitu fœmineo arte indutis : quos fuit libentius aggressus Sempronius : & inde post ab illis superatus extitit, & fugatus fortuna contraria. Et in Histria Cato volens oratoribus Argentinorum fictè dare præsidium Romanis amicis contra hostes suos : & nolens suum minuere exercitū iussit tertiam partem sui exercitus cibare, & in nauibus intrare vento secūdo ꝓ succursu Argentinorum propalato sibi ordine dato omnibus secretè post discessum oratorum ꝙ deberent ad suos redire in vesperi, & habbita de hoc succursu per amicos, & hostes noticia amicorum animos auxit, & hostibus terrorem concussit. Mironides Atticus volens retinere suos in exercitu contra Thebanos, erga illos dixit, ꝙ spes victoriȩ est pro illis: qui remanebunt in exercitu, & pro illis qui fugerint erit ruina: & ita suos retinuit, & victor permansit. Sequuta Annibalis victoria apud lacum Perussiæ, confederatos Rom. millia sex linguȩ latinæ in suo exercitu conduxit Annibal; quos posteà dimisit intra vrbes, quȩ fuerant amicȩ Romanis, illis nuntiato qualiter venerat ad liberandum Italiā, & multas ex illis suæ ditioni deduxit arte tali. P. Scipio in Lidia contra Anthiocum regem videns hostilem exercitum ob pluuiam nō posse pugnare: quia nerui arcorum erant facti moles, & inhabiles ad pugnam : & equi ob lutum non valebant currere, suos eduxit in acie, & hostes superauit cōmisso bello. Hemnenses petentes à Lucio Pinario claues ciuitatis, illis promisit dare responsum crastina die, cognito qualiter illi volebant se dare Pœnis, & ꝓdere Romanos; & græca communicata fraude cum suis militibus, illis sumere arma de manu iussit: & per Pinnariū vocato populo Hemnensi in theatro illum insidum magis cognouit dato signo militibus suis, trucidauit populum existentem in theatro.
26 Quæro † de audace feudatario quodam tenente bona plura feudalia, & burgensatica, seu profana, & quædam emphyteutica bona ȩcclesiȩ : qui cōmisit homicidium propter quod ex forma statuti, vel consuetudinis loci veniunt confiscāda bona: an bona feudalia, & emphyteutica confiscentur, d c ꝙ non: sed profana, & burgensatica tantum confiscabuntur. c. i. in tit. si vass. feud priu. & in tit. si de feud. fue. contr. inter domi. & agna. Et ratio est, quia feudū nō transit ad heredes extraneos, secundū Bar. in l si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam in fect & Imo. in c. ex parte, de feud. & Pet. de Anchar. in c. postulasti, de for. compet. & Alex. in cons lxv. incipiente habita. col. ii. in i. vol. & authen. de non alien. emph. bon. §. i. & §. Emphyteusis, & in §. alienationem, & l. iiii. & l. iura libertorum, & per Bal. ibi ff. de iur. patron. & in l. eorum. ff. ad leg. Iul. maiestatis, & in l. eum qui ff. de interdic & releg. & in l. i. C. de bon. quæ lib. & c. si qua viro, de pœn. lib. vi. & per Franc. Lucanū Parmensem in tractatu suo priuil. fisci. col. xxviii.
27 † Feuda hodie sunt effecta hæreditaria data cōmuni forma inuestituræ pro se, suisque hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus : & tale feudum dicitur, & est hæreditarium in personas descendentium habetur per Bal. in c. i. de eo qui sibi, & hæred. suis in vsibus feudorum, & authen. hoc amplius. C. de fide iuss. & per Paul. de Cast. in l. ex facto. §. si. ff. ad Trebell. & ita vidi pluries iudicatum, & notatum in sacro consilio Parthenopeo.
28 † Si feudum, vel emphyteusis fuerit simpliciter receptum, vel recepta ab aliquo intelligitur pro se, & filiis suis masculis receptum, vel recepta; licet in inuestitura nulla sit facta mentio filiorū; ita tenet Bal. post Glo. & And de Iser. in c. i. quib. mod. feud cōsti. & in c. i. quib. caus. feud. amti. & Alex. in cons. xviii. in v. vol. & in l. qui Romæ, in § Duo fratres. ff. de verb. obligat. & per And. de Iser. in c. i. § Publici Latrones de pac. tend.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De Virtutibus bonorum Imperatorum, Tractatus.



SVMMARIVM.

1 *Dux belli quas artes ſcire debeat : & de uirtutibus Scipionis Aphricani.*

Scientia uera rei bellicæ quæ ſit.

2 *De uirtutibus Straboni patris Pompeij & ipſius Pompeij geſtis ac Syllæ honorifica exaltatione facta de Pompeio.*

3 *De libertate Siciliæ & Carbonis morte admiſſis per Pompeium.*

4 *Domitij profligatio facta per Pompeium, & illi ex Vtica & Carthagine hoſtium facta deditio.*

5 *Numidia ſubacta Romano Imperio per Pompeium poſt interfectum Domitium, & captum Iarbam.*

6 *Leonum & elephantum & aliarum ferarum captura ex Aphrica facta per Pompeium.*

7 *De triumphis in tis caſtris, ciuitatibus pyratis ſubactis, & tributis acquiſitis per Pompeiũ populo romano, & de auro in ærarium inuecto, ac pompa eius triumphorum, & ubi magni nomen fuit adeptus.*

8 *Pompeij uictoria contra Sertoriuum & Perpenam, & de honore exibito per Pharnacem Pompeio.*

9 *Gladiatorum reliquias relictas à Craſſo extirpauit Pompeius, & theatrum Romæ ædificauit, ad inſtar Mitylenei cum magnis ferarum ludis.*

10 *Arabia & Iudæa ſubiecta populo Romano per Pompeium. & de uirtutibus Fuluij & Q. Fabij.*

11 *Libiam & Syriam primus Pompeius acceſſit, & Mithridatem fugauit.*

12 *De uirtutibus Alexandri Magni, & eius ſtudijs : & quantum Diogenem laudarit.*

13 *Coronata ſtatua Achillis ab Alexandro quòd Patroclum tam fidum amicum, & ſuarum laudum bucinatorem habuiſſet Homerum.*

14 *Alexander deſiderauit potius citharam Achillis q̃ citharam Paridis.*

15 *Aſiam totam cum Phœnicia occupauit Alexander ex fatalibus tabulis æneis inuentis.*

16 *Porrus Indiæ rex regno confirmatus et auctus per Alexandrum ob eius uirtutem.*

17 *Agiſlaus Lacedemonius loco Agidis in regnũ ob eius uirtutes ſucceſſit.*

18 *Agiſlaus licet claudus cur ſemp uictor euaſerit*

19 *Agiſlai uirtutes & mores explicantur.*

20 *De Burtij Surtę geſtis unà etiam cum Sylla, & abſque eo. dum fuiſset legatus Aſsentij prætoris Macedoniæ. & nu. 21.*

22 *Catonis & Murenæ laudantur geſta, quòd inimicos ſuos defenderint. & nu. 23.*

24 *Martij Equitis Romani facta.*

25 *De Quinti Sertorij geſtis aduerſus Cottam, Domitium & alios.*

26 *Quinti Sertorij uirtutes & honores explicãtur. & quòd Pompeium Syllæ diſcipulum uocaret, et quòd pro Mithridate aduerſus Romanos acceptare noluit Imperium exercitus. & nu. 27. 28. & 29.*

30 *De geſtis & uirtutibus Iulij Cæſaris: & q̄ Alexãdrũ Magnũ imitari ſtudebat. et nu. 31*

32 *De Diuitijs, Auaritia, geſtis & dictis Craſſi. & nu 33. & 34.*

33 *Menſura nulla datur in rebus bellicis.*

35 *Prouinciæ quæ Imperio Romano acceſserint uirtute Cæſaris.*

36 *Quæ propoſuerat Cæſar peragere niſi facto ei multipliciter prædicto correptus fuiſſet.*

Ventidij, Labieni, Syllæ, ac Cassij, vltimò Carolus.V. Imp. medio Marchionis Vasti.

74 *Certa scientia Principis quòd possit per testes probari.*

75 *Rescriptum Principis uolentis derogare legi scriptæ, opus habet speciali clausula, non obstante tali lege.*

76 *Dominus feudi potest committere causam uasallorum alteri cognoscendam et decidendã, non tamen vt pro ipso domino habeat aliquid iudicare.*

1 ENENTVR † bellorũ Imperatores scire iuris præcepta, militarisque disciplinæ religionem, & documenta, philosophiæq; prudentiam, & legisse egregia Romanorum gesta in re militari, vel audiuisse illa ab expertis, & doctis viris. Et ipsa pro regula retinere memoriæ: quia omni momento prosunt in exercitio militari; nec esse debent ignari oratorię artis, vt attestatur M. Tullius Cicero in oratione pro Pompeio, & si foret possibile poeticam quoque scientiam habere, musicamque, artem metricam, geometriam, & astronomiam scire, & nationum mores, leges, & orbis regiones, etiam habere noticiam vt q̃ plurimi antiqui Duces in militia docti habuerũt: quorum nomen nullo claudetur æuo ob eorum virtutes, & immortalia facta sua, vt pulcher ab omnibus spectatus fuit memorabilis Scipio Aphricanus virtute ornatus, probitate, & prudentia in ordinando acies, & hostes feriendo, in agitando præsidia, & nihil metuendo, nisi turpem infamiam, famemque, & egestatem exercitus, non formidando tempora mala, & illa cum periclis, & aduersa fortuna paciẽdo, assuetus quiescere humo, & famem, frigus, & æstũ tolerare: Nec virtutem medicinę habent spernere Imperatores in re militari proficuam: quoniam legimus illam esse inter virtutes imperatorias, incumbendo aliis virtutibus, quę pertinẽt ad triumphos, glorias, & tropheos militares: vt dicit Salustius & conflaminius meus Rubertus Gualturius Ariminensis compilator antiquæ militię. Nam scientia est illa vera magistra rei bellicæ; quæ hominibus tradit officia, affe:ẽs in medium quid sit iustũ, & quid iniustum, & quid honestum, & quid inhonestum, & quid vtile, vel inutile, animos irritans ad virtutes.

2 † Cõsilio doctus, & armis fuit pater magni Pompeii nomine Strabo: qui fulgure periit, cuius potentia armis à Creta formidabatur à populo Romano qui illum odibat, & filium suum Pompeium singulari beneuolentia ꝓsequebatur ob eius virtutem, scientiam, continentiam, & prudentiam rei militaris, æquitatem, iustitiam, linguæ facundiam, munificentiam, modestiam, & mores bonos; ita ꝙ valde amabatur à militibus suis, quibus arte fugauit Carbonianos, & milites Scipionis Pisoni consulis amici Carbonis: qui ducti contrà Pompeium, ipsum Pompeium placidè salutarunt Imperatorem, & ad ipsum iuerunt relicto consule Scipione: & dum foret Pompeius bellaturus contrà Carbonem, & ipsius equitatum apud flumen Arsum, illum arte reduxit in angustum locum; vbi equitatus Carbonis pugnare, & exire nequibat: & illum habuit in eius arbitrium: de quo Sylla adhuc non habuerat noticiam, nisi ꝙ Pompeius erat circuitus à multa gẽte Carbonis: & propterea Sylla venit in eius subsidium: quo intellecto per Pompeium, illicò instruxit exercitum suum in acie, vt se splendidè ostenderet tanto Imperatori, qui sibi obuiam veniebat, sperans præmia multa, & honores maximos, & dignitates in Vrbe, vbi tũc libertas erat desperata, & incognita seruitus opera Cecinæ, & Carbonis: & Pompeius Syllam honorificè salutauit vt ducẽ, & Imperatorẽ suum, & Sylla illũ etiam vt Imperatorẽ vicẽ salutationis placidissimè reddidit: ꝙ omnibus mirum fuit, & illi designauit Hispaniam pro prouincia cõtrà Sertoriũ, vbi cũ Metello eius Collega multa bella fecit, & miranda gesta.

3 † Et inde contra Perpēnam, & Carbonianos Siciliam occupantes accessit, & prouintiam liberauit, & illum cleméter paccauit Carbone capto viro nobile triũ consulatuum: quem condẽnauit ad mortem, & illum nece puniuit, & hostes Syllæ de medio sustulit.

4 † Et iussu senatus, & Syllæ post transiuit in Aphricam contra Domitium: qui Marianum exercitum tenebat, & ibi tyrannicè regnabat: post illicò discessit cum centũ, & viginti Liburnis nauibus bellacibus, & octuaginta farmentariis, relicto Monimio eius sororio præfecto in Siciliam cum debitis prouisionibus: & applicato Pompeio Vticæ, & Carthagini cũ classe sua: illi se illicò septem millia ex hostibus sponte dedere propter virtutes Imperatoris Pompeii.

5 † Et cum processisset Pompeius contrà Domitium cum exercitu instructo pugnaturus, nixus fuit pluries illo die Domitius cum suis transire asperam vallé, vt Pompeium opprimeret: sed vento, pluuia, & tempestate densissima facere non potuit: & se ad vallum, & stationem reduxit, & putãs Pompeius tempus id turbulentum, & terribile fore sibi vtile, & proficuum pro victoria: transiuit vallem illam: & Domitii milites fuit adhortus: qui contrà ipsum inordinati, & tumultuariè accedebant ad bellum: & ventosa tunc pluuia, & tempestas illorum oculos lædebat, Pompeianis ordinatè pugnantibus: quibus terga dederunt, & interfectus fuit Domitius cum. xvii. millibus ex Marianis capto in illa expeditione ꝑ Pompeium Rege Iarba, cui posteà Iempsal successit tribus milibus ex hostibus tantum fugatis: & inde fuit Pompeius aggressus Numidiam, & illam subegit Romano Imperio.

6 † Et leones, & elephantes multos, & feras alias q̃ plures venatu cœpit in Aphrica, inquiens se uelle, ꝙ ne dum Aphrica timeret Romanum populum: sed ꝙ illius potentiam formidarent feræ ipsius Aphricæ.

7 † Põpeius sua virtute in Aphrica fuit nominatus Magnus à militibus, & à Sylla dictatore, & contra leges non senator, nec consul, neque dux à populo deputatus existens iuuenis sine barba bis triũphauit gloriosè ꝑ victoria habita in Aphrica super curru ducto à quatuor elephantibus: & pro victoria habita in Hispania, & Europa contra Sertorium, vir placidus fuit, humanus, prudens, liberalis, & pulcher Põpeius, grauis, & doctus cum coma extensorum capillorum. Tertio triumphauit pro tertia parte orbis pro uictoriis ꝑ ipsum habitis Armeniæ, Capadociæ, Paflagoniæ, Medię, Colchis Hyberię, Albaniæ, Syriæ, Siciliæ, Mesopothamiæ, Iudeæ, & Arabiæ existẽtes circum circa Phæniciam, & Palestinam, & omnium generum pyratas rupit per terram, & mare captis per eum mille castris, & nonigentis ciuitatibus, cũ nauibus octingentis pyraticis, cum ciuitatibus quadraginta in mare relictis cum præsidio Romanorum, & tributis aquisitis in bellis prædictis per decem vices quinquaginta cẽtum millia, & cum illo Imperio, qđ ipse aquisiuerat populo Romano, erant octuoginta centum millia, & in ærario vltra prędicta posita fuerũt vasa auri, & argẽti pro viginti millibus talentis, præter aurum, & argentum distributum militibus ductis in triumpho Principibus pyratarum filio, & filia, ac vxore Tygrani regis Armeniæ Cosmia, Aristobolo rege Iudęorũ sorore Mithridatis cum quinque filiis, & mulieribus multis Syriæ, & obsidibus Regis Albanorum, Hyberorũ, & Commagenorum cũ multis tropheis, & donis, in bello sibi datis.

8 † Et dum Pompeius apud Valentiam in Hispania rupisset duces Sertorii, Herennium, & Perpennam auidus pugnare cõtra ipsum Sertoriũ audacia victorię adeptæ, ne particeps victoriæ suæ foret collega suus Metellus commisso prælio circa occasum solis par victoria fuit. Et post contra Perpennam, qui Sertorium prodiderat, & exercitum prę gloria ducebat contra Pompeium, decem ex suis

cohortibus

cohortibus arte misit Pompeius cũ exercitu acie instructo impetum fecit contra Perpennam, quem rupit, & vicit multis ex Perpennæ militibus cæsis: & ipso capto Perpenna eorum Duce, & per Pompeium illicò occiso. Et dum foret castrametatus Pompeius ad locum Pretæ ponti, auditis dissensionibus, & discordiis quas habebat Pharnas filius Mithridatis cum patre, qui se propria manu occiderat: de hoc per Pharnacẽ certiorato Pompeio, qui statim accessit ad Amisiũ cum exercitu, & Pharnax cum maximis donis honorauit Pompeium. Et pie Põpeius cadauer Mithridatis adhuc inhumatum misit ad vrbem Sinopis sepeliendum.

9. † Et quinque millium reliquiarum gladiatorum per Crassum debellatorum in bello Spartaco trucidauit Pompeius: & radicitus talẽ sectam latronũ extirpauit, & pyratas mare, & terram infestantes debellauit, & rupit, & mare, cum terra in libertatem reddidit. Et sumpto signo magni theatri existẽtis in Mitylena, theatrum in vrbe fecit magis mirandum, qđ tempore nostro etiam cerni potest, post tertium suum triumphum cum cantu musico, gymnasiis, & ludis in quibus viginti leones, & elephanti plures fuerunt interfecti in eo: quòd visu crudele fuit, & stupẽdũ populo sibi facto amicissimo.

10 † Pompeius bello Arabiã adiecit populo Romano, & illam prouintiam fecit Romani Imperii legitimis regibus non existentibus in ea: & capta Iudæa cum suo Rege Aristobolo nouiter ibi constructis vrbibus per Põpeium, & aliis in libertatem positis ciuitatibus punitis tyrannis illarũ, iustus iudex fuit Pompeius inter reges, & populos, & inter Armenos, & Parthos determinauit lites cõfinium tribus ex suis ibidem missis prudentibus viris: qui paccarunt populos illos. Fuluius nobilius pugnaturus contra Samnites habentes maiorem exercitum, erga suos inquit, se habere corruptã vnam ex Samnitibus legionem pollicentem sibi victoriam: & mandauit tribunis, & prę-fectis, vt ipsi afferent omnem pecuniam, quam habebant, ut illam donaret dictæ legioni, & Fuluio per suos fuit data fides pugnandi de mane: & commisso prælio victor extitit. Cognita per Q. Fabiũ Romonorum natura libera erga illos inquit, vt ipsos incitaret ad bellum qualiter expectabat legatos, ex Carthagine: qui pro pacis conditionibus iuerunt illuc: & reddeuntes narrarunt Carthaginem non curare de pace vlla cum Romanis: & commisso prælio fugauit hostes illos insequentibus Romanis iniuria accensis.

11 † Magnus Pompeius fuit primus qui cũ exercitu Romano iuit in Libiam vsque ad mare exterius, & per Arabiam processit ad mare rubrũ, & Syriam accepit: & in Hispaniã apud mare Atlanticũ extendit fines Romani Imperii: tertia vice insequendo Albanos incolentes Pontum: & vsque ad mare Hyrcaniæ se extendit insequẽdo Mithridatem in fuga versum: & volens illum obsidere prohibuit nauigationem in mare Bosphori.

12 † Grauis fuit Magnus Alexander, & multos grauitate, & non superbia, sed liberalitate, & armis superauit à Leonida doctus, vt aliàs dixi, de mane, & tempestiue parce edere, & temperate potare consueuit. & de nocte ambulare, & parce cenare: assiduo se exercendo militaribus negotiis, & exercitiis, primitus sacrificãdo de mane antelucanũ si vacuus fuisset negotiorũ, & post edebat sedẽdo, & se inde exercendo modo armis, modo ludis, modo venatu, modo legendo, modo scribendo, modo ordinando, vel componendo, aut iura reddendo militibus, & populis suis: & itinerando ociose arcu sagittas emittebat; modo in aues, modo in feras, modo in arbores, & discebat se exercendo ascendere cito, & descendere raptim ab equo, & à curribus currẽtibus venando: quandoque vulpibus, & volucribus: & omnibus dabat de proprio cibo, diuidẽdo sibi donata cibaria: cũ amicis splendens fuit, & lautus, corpore paruus, placidus, humanus, & modestus, natura io-

cundus, munificẽtissimus, iactator quan doq;, & arrogãs fuit, data occasione, iux ta illud Poetæ. Sum Pius Aeneas, raptosq; ex hoste penates: classe veho mecũ &c. Et ocii tẽpore vt legi quiescebat vsque ad meridiem futura præcogitãdo, mente, & virtute præditos peramabat, & extollebat. Et erga quosdam ridentes de Diogene philosopho, qui visus ab Alexandro, ipsius Alexãdri honores, & oblationes spreuerat: Inquit, si non essem Alexander, esse vellem Diogenes.

13 † Pertransiuit Ellespontum cum exercitu magnus Alexander, & Troiam accessit: vbi coronauit statuam Achillis, quem felicem nominauit cum Patroclum donec vixerit tam fidum amicũ habuerit: & post mortem laudum suarum tibicinem Homerum.

14 † Et circuendo urbem Troiæ interrogatus Alexander si volebat videre citharã Paridis: respondit se non curare: sed ꝙ libenter videret citharam Achillis, qua gesta virorum excellẽtium in armis cantare solebat: & qualiter erat via armis faciẽda per hostes omni à se exulato timore, & inertia.

15 † Curauit Alexãder nauigare mare turbidum animi sui magnitudine: vt melius valeret regna Darii regis occupare bello, & fontem Liciæ existentem apud ciuitatem Xantorum dextrusit cupri tabulis ibi repertis scriptis antiquis literis. videlicet Regnum Asiæ debere occupari per gręcos cum Phenicia tota vsque ad Ciliciam: quæ regna animatus fatalibus tabulis occupauit Alexander mira celeritate, & mare solitum turbari saxosis præcipitiis, & scopulis tempestate assidua cum gelu cessit Alexandro cui, & capita flexere Syrenę.

16 † Capto per Alexandrum Porro Rege Indiæ erga quẽ dixit Alexander qualiter ipsum tractare deberet, respondit Porrus, vt regiæ dignitati cõuenit: & alia vice dixit Alexander si aliquid aliud foret per ipsum dicendum; respondit prudenter se omnia dixisse cum sub regia dignitate cuncta comprehẽdantur: quamobrem ipse Porrus pergratus fuit Alexandro, & Porrum regem esse voluit, nedum vrbium: quibus primitus imperabat Indiæ; sed illi quoque aliud accreuit imperium ipsius virtutis amore.

17 † Rex Agislaus Lacedęmonius erga amicos, & milites suos cum maxima modestia, miro amore, prudentia, familiaritate, affabilitate, & iustitia imperiali virtute fuit præditus: ita ꝙ ab omnibus peramabatur, vtendo sæpe die pro nocte, & nocte pro die: & græci, & barbari omnes pro amico rege, & duce suo peroptabãt, & quæritabant ob ipsius virtutẽ, & continentiam: quibus omnia ad vota ipsius regis ꝓcedebant: & mortuo Agide rege in Regno fuit ab omnibus cõrobatus, & admissus excluso Letichida filio Agidis.

18 † Doctus armis, literis, & consiliis fuit Rex Agislaus, pius, iustus, & liberalis nullum fugiens laborem, inscius frigoris, & caloris: & cũ militibus Rex quantumq; claudus par erat in laboribus, & incubando; & hospitando cum vilibus sarcinolis, nec ipsum virtute, & ratione rectum humanæ voluptates retinebant, præter q̃ gloria patriæ: Ideò semper fuit victor, & triumphator, & primus in acie contra hostes: quos cernere cũ suis corã se pugnantes, vel fugientes peroptabat.

19 † Maxima virtus fuit regis Agislai, qui asserebat hostes suos nutrire ceruos pauidos, & fugaces; & se viros martiales, equos, & canes pascere pro illis, & in omni loco acquirebat amicos humanitate, & munificentia, virtute optima sua: & illos cum veteribus amicis conseruabat sano consilio, & Dei religionem venerabatur immensa prudentia sua: & pro fortuna prospera non eleuabatur superbia, sed referebat gratias Deo: & cum bonis ambulabat: & magis odio habebat ingratos beneficii accepti, q̃ illos qui nõ fuerunt vindicati iniuriam sibi illatam ab aliquo nondum paccatam: quæ si re missa, & paccata, & fides postea rupta fuisset, & causa noua fuisset odio hos vt hostes perpetuò prosequebatur fractores fidei quos decipere prudentiam esse asse

uerabat:sed crudele reputabat amicis in sidiari illis,qui se de amico confidunt,& lætabat amicos, & patriæ suæ ciues lau dari,& se à viris doctis, & probatis com probari:ut de Hectore legitur laudato à Priamo,à Nestore, & ab Anchise proba tissimis viris,& nimis loquaces, & calũ niatores homines magis odibat,q̃ fures: iudicando maius damnum esse perdere amicos,quàm pecunias perdere furto: & regum errores magis fore puniendos, q̃ subditorum:& magis etiam affligendos illos qui cognoscunt virtutem, & illam contemnunt iudicabat, q̃ ignorantes, spernentes illam: & dicebat virtutem es se non tantum pati, quàm ferre omnia inuicto animo,& nõ temnere illa, re ma gis vtebatur sapientia,q̃ verbis; & ,pbe, & consulte ostendebat fortitudinem suã: amicorum amicus,& inimicorum hostis erat acerbus;amicorumq; probatorum li benter audiebat sermones: & illorũ acce ptabat consilia; modestus in rebus pro speris,& in aduersis spem retinebat ani- mo inuicto:placidus fuit, & morigera- tus,virtutum amator, & non corporum pulcherrimorum,egregius, pius fuit, & clemens in parcendo victis pœnitẽtibus & subiectis:contemnens superbiam, & amans mediocritatẽ humilitatis: & con seruator fuit libertatis, & exercituum: iuxta illud Poetæ. Parcere subiectis, & debellare superbos.

20 †Brucius Surta legatus Asentii prætoris Macedoniæ vir prudens, & singularis virtutibus imperatoriis fuit hic: & Ar- chilaum Capadocium Ducem Mithrida tis armis expertum Boetiam vastantem tribus vicibus bello fugauit vsque ad ma re apud Chironiam, & populos Cycla dũ infra Maleam, & Euboiã: & ab Athe nis vsque ad Thessaliã rebellare coegit: quos armis primo occupauerat Archi laus vnà cum Mithridate,& Ariarate,& Pharnace filiis suis cum exercitibus in- numerosis.

21 †Hic Brutius Surta vir pręclarissimus, modestus, & affabilis iussu Luculli con sulis dedit locum Syllæ, cui decretum fuerat bellum Mithridaticũ relicta Boe- tia reducto exercitu suo ad Asentiũ prę torem Macedoniæ, cuius fuerat legatus, & vocatus à Sylla per oratores omnibus viribus accessit Athenas: quæ occupa bãtur à tyrãno Aristone, qui Pireum ar cem Athenarum detinebat: & Athenas post obsedit Sylla, & vario prælio debel lauit impensa maxima: ita ꝙ legitur, ꝙ quottidie pro portandis machinis, & li gnis decem millia mullorum cum iugo operabatur: & ad penuriam maximam reduxit Athenas: ita ꝙ in ipsa ciuitate modium furmenti vendebatur pretio mille dragmarum.

22 †Cato Metellum suum hosté pro repu blica defendit: & ipsum Catonem fuit Murena tutatus in templo Castoris, quem Cato accusauerat de simonia pu blicè in Senatu:& contra ipsum fuit pro sequutus accusationem:& proptcrea fue runt ambo laudati à senatu, & à Po.Ro.

23 †Cato non ficte in vita sua, neque mali tiose aliquam rem vt legimus gerebat: sed rectus ratione diuinæ legis fuit insu peratus,& animo inuictus, & pro duce peroptatus à militibus virtutibus suis imperialibus.

24 †Marcius Eques Romanus nominari potest inter imperatores sua virtute:qui dum esset in Hispania mortuis duobus ducibus de nobilissima Corneliorum fa milia, reliquias militum Romanorum collegit,& illos virtute præditos indu- xit,vt duos Pœnorũ exercitus exultan tes victoria de nocte inuaderent vicinio rem exercitũ primò aggressi occiderunt ad vnum:& inde sequuti fuerunt secun- dum exercitum,quem ruperunt,& dissi parunt:& Hispaniam Romanæ ditioni restituerunt virtute Martii prædicti equi tis Romani.

25 †Quintus Sertorius Romanus ciuis bel lo fuit inuictus,& munitus imperialibus virtutibus exul à patria fuit:quia Maria nus,illum in sequente Sylla dictatore:op timus fuit Imperator Sertorius in rebus bellicis,quę industria,vel caliditate exer cendæ sunt,tam in meando cum exerci- tu, q̃ castrametando, & loca capiendo pronisо ad necessaria; quàm in hostes

prçueniendo celeritate,consilio,calidita
te,astutia, & dolo, & in præmiando lar-
gus fuit,pius, & clemens in puniẽdo,pla
cidus,affabilis, & benignus:cuius mores
Iberorum malignitas peruertit in crude
litatem erga eorum obsides, & barbaros
arte sub religione vnius Ceruæ, quam
ipse habebat Dianæ vt aiebat dicatæ in
fide, & obediẽtia detinuit vnà cum duo
bus millibus, & sexcentum quos voca-
bat Romanos, & cum sexcentum tantũ
Aphricanis trãsiuit in Lusitaniam: qui-
bus postea additis quatuor millibus pe-
ditatus, & septingentum equitatus, &
sexcẽtum scorpionariis, & funditoribus
pugnauit,vrbes quàm plures, & populos
subegit, Cottam superauit nauali bello
apud Malariam, & fidiam prætorem Ibe
riæ:& in bello prædicto mille, & duo Ro
mani truncati fuere; Superauit & Domi
tium procõsulem, & Troianum missum
à Metello contra Sertorium cum exerci
tu,quem dissipauit Sertorius. Ita quòd
Lucius Lolius coactus fuit ex prouincia
Narbonẽsi dare prçsidium Metello adeo
restricto in necessitatibus virtute. Q.
Sertorii: ꝙ iussu Senatus populiq; Ro-
mani, & Syllç Dictatoris Magnus Pom
peius aduolauit in Hispaniam cum exer
citu contra Sertorium, vt illi resisteret
audacissimo hosti,solito dolis,armis, &
insidiis noctu,diuq; pedester, & equester
pugnare exercitum expeditum,expertũ,
& obedientem habenti in vigiliis,conti-
nuis venationibus, & laboribus bellicis
in asperrimis locis, & deuiis exercitatũ:
& omnia patiebatur Metellus pericula
solis,aquç, & venti,diei, & noctis: ne cũ
bellace Sertorio pugnaret continuo ex-
pedito:aquam & victum impediente ho-
stibus illos aggrediendo assiduo in val-
lis suis impediendo ipsos,ne castra mu-
tarent:& quando hostes obsidebant ali
quam ciuitatem, illico Sertorius hostes
ipsos obsidebat, & illos ponebat in despe
rationem, & valdè amatus fuit ab Hispa
nis Sertorius qui illum in clade despera
ta omnibus viribus tutati fuerunt; & in
maxima fuit apud ipsos veneratione: ob
ipsius virtutem,fidem, & bellandi astu-
tiam: qui armis, & signis vtebatur Ro-
manorum.

26 † Et Romanos senatores, quos penes se
habebat,qui ad ipsum confugerant pro-
pter odium Syllæ Senatum vocabat, &
cum ipsis se consulebat,docuit filios bar
barorum latinos mores,latinasq;, & grç
cas literas in hosca missos cum magi-
stris præmiatis ab eo:& erga omnes vte-
batur liberalitate,mansuetudine, & hu-
manitate.

27 † Virtus Sertorii adeò celebrata fuit in
re, & disciplina militari,ꝙ milites exer-
citus Marii, & Perpẽnæ in Hispania per-
uenti, audito Magnum Pompeium transi
re montes Pyreneos cũ exercitu:& con-
tra Perpennam venire direptis vexillis
exclamarunt se uelle ire ad Sertorium
excellentem Ducem: qui bene nouit se,
& suos milites tueri à piclis bellicis: qđ
molestum fuit Perpenne: quem coege-
runt iungi cum Sertorio eiusdem Ma-
rianæ factionis.

28 Et pluribus expertis bellis repertus fuit
Sertorius non inferior Metello, neque
Pompeio magno,cum quibus bellum ha
buit: & de eo dicebatur in vrbe omnes
duces sui temporis in re militari superas
se,ponendo se quandoq; in periclis,& se
ab illis abstinendo, & suos tutando sua
Imperiali virtute diuertendo, operan-
doq; arte;vt trepidi Populi rebellare cu-
pientes permanerent in fide:& Pompeiũ
vocabat discipulum Syllæ, Inquiens se
fore illum baculo percussurum, & osten
dere illi, qualiter est necessarium duci-
bus se magis retro defendere, & respice-
re post terga;& se tueri, quàm ante.

29 † Legitur. Q. Sertorium fuisse inuictum,
& in victoriis illis,quas contra Sertoriũ
habuerunt sui hostes,illum nunq̃ habe-
re in sua potestate potuerunt: sed se sem
per saluum fecit cum illis: qui apud ip-
sum fuerant:& in aduersis, & prosperis
ostendit virtutem, & excellẽtiam suam:
vbi bis contingit in bello contra Pom-
peium, & Afranium apud Sucronam vr-
bem, & contra Metellum apud Tuciam,
ꝙ nimia cupiditas honoris Pompeii non
expectato Metello, ne particeps fuerit

gloriosè

glorię, sequuto bello profuit Sertorio: q Romã patriam suam, & Romanos semper amauit: desiderans reddire ad vrbem vt ciuis; & magis in ea viuere vt priuatus non exul à patria, quàm esse Dux vniuersi orbis; & requisitus à Mithridate Rege Ponti per oratores ad ipsum Sertorium missos in Hispaniam cum maximis muneribus, & oblationibus: vt pro eo vellet esse Imperator suæ gentis contra Romanos; quòd facere noluit; Romanorum quorundam spreto consilio: quos penes se habebat, & acceptare noluit prouinciam pro Mithridate; cuius adulatores Sertorium Annibali similem, & Mithridatem Pyrrho esse firmabant in re militari probè disciplinatos, & expertos magistros.

30 † Iulius Cęsar erga suos dicebat se non habere diuitias pro se, sed pro communi præmio, & amicis libenter donabat, inquiens se ditari quando amicis, & benemeritis largiebatur: hic ex ciue Romano se virtutibus suis imperialibus dictatorem, & imperatorem vrbis, & orbis fecit armorum vi, & literarum scientia, populariq; beneuolentia, modestia, munificentie, pietate, assiduo studio, & labore, patientia, & clementia sua: gloriosus fuit, & inuidus virtutis Alexandri magni, & parua manu Gliciam per vim, & Lusitaniam cœpit, & omnia loca vsq; ad Oceanum debellatis gentibus submisit Romano Imperio; probè ordinatis rebus belli, & pacis cum gloria: & sciens ꝙ nullus extra vrbem existens potest petere consulatum prohibente lege spreuit triumphum, & pro consulatu fuit ingressus vrbem, & se beneuolentia reconciliauit cũ. G. Pompeio, & Crasso.

31 † Cæsar pręter alios famosissimos duces Romanos bellax fuit, laboriosus, placidus, sollicitus, prudens, doctus, clemens, liberalis, & fortunatus in re militari expertus: & in gubernando rempublicam, & exercitũ: hic ex Gallia plura dona fecit nobilibus vrbis, & eorum vxoribus: quæ sibi profuere in honore, & statuas Põpeii à cęsarianis amotas restituit sua imperiali virtute.

32 † Crassus præ gloria conabatur sua virtute uincere honores, & glorias Cæsaris, & Pompeii triumphos non putans se illis esse inferiorem superando inuidiam, & odia multorũ laudabilibus gestis: hic incusabatur à suis: ꝙ in omnibus rebus, & facultatibus erat aptus, excepto quàm inferendo scutum, & cadens in terram procedens cõtra Parthos, inquit hoc me induxit senectus, sed nõ deficit mihi animus: nec vnquàm è manibus meis cecidit ensis: & ita suos animauit, & lætos reddidit ad bellum contra Parthos.

33 † Diues fuit Crassus solitus dicere neminem esse diuitem, nisi potuisset nutrire ex introitibus suis exercitum vnum armatum in hostes, quod dictum, magnũ puto: quia nulla mensura datur in rebus bellicis.

34 † Crassus primo fuit liberalis, & post ipsum Auaritia detinuit: quæ fuit ruina sua, & ipsius substulit gloriã, hostis fuit Mario: quia patrem suum cum fratre occiderat: & fuit Amicus Syllæ, cui displicuit concussio, & derobatio; quam fecerat Crassus in Tuderto, dum ibi præesset: & incusatus fuit in Senatu: quia Malacam vrbem Hispaniæ in prædam dederat militibus suis.

35 † Cęsar Romano Imperio accreuit Galliam: Germaniam, & Brithanos in occidente: & quæritabat Crassus eidem Imperio accrescere Asiam cum toto Oriente: quòd etiam facere peroptabat Pompeius magnus sua virtute. Nã Romani pro gloria, & honore pugnabant: & semetipsos virtutibus superare imperialibus conabatur studio omni, & desiderio quorum laus nullo claudetur æuo.

36 † Et dũ Cęsar cogitaret de noua gloria, & præpararet contrà Parthos noua bella facere, & ire illis subiugatis circũcirca Pontum per Hyrcaniã ad mare Caspiũ, & ad Caucasum intrando: postea in Scythiam, & alia loca uicina Germanis: & per Galliam in Italiam peruenire transcursa Germania, & finibus iungere circuitum huiusmodi: & ꝙ ab omni parte circumdaretur ab Oceano, & Histmum Corinthi cauare, Anienẽ, & Tiberim il-

O

lico exeuntem vrbem recolligendo cum
fouea magna illũ voluẽdo ad Circeum :
vt in mare Terracinæ intraret pro cõmo
ditate mercatorum:& euacuare paludes
momentaneas,& ſetineas,vacuo,& aper
to relicto campo,pro vtilitate,& commo
ditate populorum,& mare claudere vrbi
vicinum certis cauatis ſcopulis:qui non
videbantur ſub aqua iacentes in portu
Hoſtiæ : vbi per illos ſummergebantur
multæ naues : & ibi fabricare magnũ,&
celeberrimũ portũ pro tuta nauali ſtatio
ne:& dies,& tempora probè diuidere,cu
ius virtutis inuida fortuna, quem nõ paſ
ſa fuit vti ſua dictatura vltra quadrien-
nium:Sed illi obſtitit coniuratio Bruti,
& Caſsii,Cæſari reuelata per cœlum,ter
ram,aerem,Solem,Lunam , tempora,be
ſtias, aues, homines, literas , portenta,
& q̃ pluribus documentis,& ſignis:& ſi
Spurinæ auguri,& ſacerdoti credidiſſet,
& illicò ſolus legiſſet: Gnidi pręceptoris
eloquentiæ graiæ,non foſſus fuiſſet Cæ-
ſar:vt fuit in Senatu ; quibus detegebat
coniuratio Bruti.

37 † Floruit literarum, & armorum ſcien-
tia Pompeius magnus, Cæſar , & Craſ-
ſus:quorum primus fauebat bonis,ſecun
dus diſcolis,tertius vtriſque & bonis, &
malis,medium tenens vtrumq; in virtu
te non foret iniquo iudicio : Nam Pom-
peius bonos amabat aſtrictus virtute; Cę
ſar diſcolos ne ſibi nocerent , ſed vt ſibi
forent auxilio,& amici : nam bonos pro
amicis habebat naturali eorum virtute:
Craſſus vtroſque amabat, & fauebat il-
lis:vt diſcolos,& bonos haberet ſibi ob-
noxios: & ambobus ſcilicet Pompeio &
Cæſari fuit Craſſus emulus in virtute .

38 † Floruit literis , & armis , & virtutibus
totis imperialibus.P. Cornelius Scipio
Aphricanus filius alterius.P. Cornelii
Scipionis , vnà cum eius filio adoptiuo
Scipione Aemiliano:Floruit Achilles in
pugna Chironis hæres cẽtauri relictus,
Agamemnon quoque & Menelaus : flo-
ruit literis,& ſcripſit commentaria Cæ-
ſar, & Sylla,& Lucullus in græco Marſi-
cum bellum: & M.Portius Cato libros
ſeptem originum,& rei militaris opuſcu
lum,& aliud agriculturę: & Q. Fabius
Romanæ fuit ſcriptor hiſtorię:& M.Tul
lius Cicero,& Demoſthenes in vtraque
lingua parentes eloquentiæ, munimen-
ta plura relinquere,quę nullo abolentur
æuo:& demum tyrannorum odio, vterq;
periit Orator, Aiacis furentis tragediã,
pręter alia ſcripta edidit.Octauianus au
guſtus,optimus Imperator accademicus
cum ſuo Mœcenate doctorum amico &
benemerito : quorum nomen ſcribentes
immortale reddiderunt virtutibus ſuis:
doctus fuit,& ferox Annibal Pœnus lite
ris,& armis : qui græco ſermone geſta
ſcripſit Gnei uolonis , quę fecit in Aſia.

39 † Principes multi fuerũt in Italia Eccel-
lentiſsimi literis,& armis; & in germa-
nia quoque, Aphrica , Gallia ciſalpina,
Traſpadana,& Bracata, Hiſpaniaq; bel-
lace, & in omnibus aliis Galliarum , &
Hiſpaniarum regnis,prouinciis,in orien
talibus,& occidentalibus , meridionali-
bus,& ſeptemtrionalibus, & aliis in or-
bis locis per reges,populos, & reſpubli-
cas rectis:licet de his non extent monu-
menta ob charentiam ſcriptorum : qui-
bus illuſtrantur,& immortales fiũt opti
mi Reges,& Duces inclyti : quorum nõ
ſcripta,geſta munifica pereunt : propte-
rea indoluit magnus Alexander ſe non
habuiſſe Homerum tẽpore ſuo:qui ſcrip
ſiſſet laudes ſuæ virtutis,& ipſius incly-
ta , & memoranda geſta ; prout habuit
Achilles : quem hac de cauſa fortunatũ
nominauit:excellens fuit Alexander ma
gnus ſcientia literarum , & armorum :
doctus ab Ariſtotele,& à Pelopida.

40 † Hiſtoria vt inquit Orator,eſt teſtis tẽ-
porum,luxq; veritatis,& magiſtra vitæ,
memoriaq;,vita,& veritatis nuntia.

41 † Xerſes quoque ſcriptor fuit hiſtorię:
qui cum verſatus eſſet in re bellica: licet
eius nomen non fuiſſet in armis obſcu-
rum,maiorem gloriam,& laudem ex ſtu
dio,magis quàm armis comparare non
dubitauit:& idem fecit,& putauit maxi-
mus Imperator Thimotæus filius Co-
nonis prudentiſsimi Imperatoris : Pru-
dentes fuerunt Plato,Hercules,& Socra
tes licet malenconici.

42 † Prudens fuit Sertorius, qui in Hispania dux Lusitaniæ contra Romanos, quę plura bella peregit: & illos virtute semp honorauit patrię virtutis amore, voluptates spernebat Sertorius, & timorem à se exulem tenebat: cuius virtutem hostes intrinseci vincere nõ valuerunt animosus fuit in aduersis, & modestus in ꝓsperis, & firmus in periclis, prout aliàs supra diximus.

43 † Prudens fuit, & doctus Philopomenes Acheorum Imperator literis, & armis: qui dum foret priuatus ciuis Romanũ Consulem, & Imperatorem Acheorum exclusit: & se imperio coronauit Lacedęmoniorum excluso tyrãno Machanida: nã fuit in armis expertus, & probè exercitatus, & milites tenebat exercitatos assiduo in armis ficta militia: & in laboribus: vt postea pro ludo reputarent veram militiam exercitio longo: hic regem Eliseorum demosantam rupit: & solitus fuit dicere, duces debere habere oculos suos vbiq; nec amouere res domesticas, & sępe fingere non uidere, neque audire, & post ipsius pegregia facta bellica in Gręcia, & Peloponesso odio Democritis Messeni periit veneno.

44 † Doctus fuit literis, & armis rex Artuasides Armeniæ: hic scripsit tragedias, orationes, & historias.

45 † Extitit & prudens rex Epirotharum Pyrrhus corona ornatus virtutis Imperatoriæ, firmauit plures suæ ditioni fuisse datas vrbes eloquentia, & verbis sui legati Cineę Thesali olim discipuli Demosthenis, q̃ à se armis fuisse quæsitas: Et docuit quòd non est pertinaciter resistendum contra hostes fugitiuos, ne fortuna dedignaretur, & fuueret illis muta ta voluntate. Quantum autem profuerit Romanis eloquẽtia sui M. Tullii Ciceronis qui primus fuit, q togatus triũphauit laurea sua lingua, & literarum facundia, & patrię parens meritò fuit nuncupatus, Catilinæ detecta, & punita sub eius consulatu coniuratione: & Demosthenes apud græcos oratorum Princeps in re quoque militari doctus fuit, & expertus: & vterq; orator periit pro libertate patriæ ex causa, & odio tyrãnidis.

46 † Legitur quoque M. Antoniũ in re bellica magistrum pluries euasisse à morte ob suam loquendi facundiam.

47 † Alcibiades Cliniæ filius doctus fuit literis, & armis, humanus, placidus, modestus, & liberalis, animo inuictus, prudẽs, & affabilis: qui terra, & mari Lacedæmonios rupit, & proditoriè marte perit, & quantum literæ, ars oratoria, rei militaris scientia: & exercitium profuerint in re bellica, nullus extimare potest Scipioni Aphricano, Fabio maximo, Cęsari, Camillo, Fabricio, Syllæ, Mario ac Sertorio, Suetonio teste.

48 † Cato fuit solitus prudẽter dicere, plus posse pro republica illum qui literas, & disciplinam militarẽ habet, quàm ignorantes illas: quoniam hi sunt similes imagini pictæ: Nam sine doctrina, vita est quasi mortis imago: & scribẽs Vegetius de re militari dixit, quòd nullus est quẽ oporteat plura, & meliora scire q̃ Imperator, cuius doctrina debet omnibus pro desse subiectis. & M. Tullius Cicero in oratione Pompeiana dixit virtutes imperatorias existimari laborem in negotiis, fortitudinem in periclis: industriam in agendo: celeritatem imperficiendo, & consilium: & sic optimi Principes scientes, & facundi esse debent, & præteritorũ temporum historias habere memoria: vt consulti necessario valeant prouidere in re bellica: exemplo Scipiadum: Fabii, Camilli, Cæsaris, Alexandri magni, Catonis, L. Crassi, Mœcenatis, Asinii, Pollionis, Alcibiadis, Nestoris, Achillis, Patroclis, Agamemnonis, Menelai, ab Homero commendatorum Pericletis, Xenofontis, & aliorum ducum, & regum variæ nationis excellentissimorum.

49 † Cato vticensis capillis, & barba incomptis, extra vrbem tenuit, quando illam exiuit cum Pompeio, & rupto per Cæsarem Scipione, Metello in Aphrica: vt suis Cato pręberet audaciam inquit plus verbis factum exultari, q̃ re, cum omnis Hispania sit rebellis Cęsari: & illum pro hoste detineat. & ꝙ Cæsarem pro hoste omnes habere deberent: quoniam non

iure, neque ratione, sed sorte regebat bellum, & omnia pericula sustinebat: vertendo omnes leges; vt patriam submitteret: & ob virtutem Catonis, milites se sibi sponte obtulerunt, & illum pro Duce suo nominarunt: promittentes se illi velle parere pro libertate patriæ.

50 † Magnus Alexander terminos Herculis excessit virtute, nauigando, & meando cum exercitu per arida, aquosa, calida, & frigida loca, plana, montana, & nemorosa, arcta, aperta, venenosa, cenosa, & paludosa, cum periclis, & incommodis multis, inopia victus, & infirmitatibus variis, parte maiori copiarum suarũ amissa, & consumpta: centum, & viginti millia peditũ, & millia quindecim equitum per populos oritos, & siluestres, viuentes ex raptu, & prẹda færarum, & maritimorum piscium marcidorum, fœtentium: & eum suis per. xl. dies pedester, & equester accessit Gedrosam fertilem locum; vbi per septem dies ociosè stetit: & refocillauit exercitum suum, etiam cũ ludis, & iocis militaribus, & donis, variis victoriis per ipsum in terra, & mari consequutis, Ducibus suis Nearco, & Onessicrito philosopho intrauit Eufratem: & per Arabiam, & Libiam ingressus fuit mare Mediterraneum, per columnas Herculis.

51 † Alexander in Persiam sparsit aurũ cuneatum inter mulieres secundum patrię morẽ ob fœlicem eius ingressum captis Thebis per Alexãdrum, ducta fuit ad ipsum per milites Temodia nobilis vidua: quæ Thracem vnum ex ducibus Alexandri impinxerat in puteum: & ibi illũ occiderat saxis: & audito ab ea, qualiter Thrax ille violauerat pudicitiam suam, eius deprædata domo: & ꝙ illi Thrax dixit si aurum, & argẽtum habebat, respondit se id habere in puteo iactum; & illum duxit ad puteum, in quem Thrax procidens, & inspiciens, iactus est in ipsum impulsu manus eiusdem viduæ: & Alexander ab ea petiit cuius foret agnationis, respondit se fuisse sororem Teaginis Ducis Thebanorum: qui contra Philippum Regem in Cheronea pro libertate totius Gręciæ pugnauit: & ibi cæsus fuit in bello: & Magnus Alexander laudauit factum, & responsum Temodiæ, & illam in libertate dimisit: & tũc pepercit Atheniensibus Thebanorum amicis, & eorũ virtutem laudauit, & honorauit munificentia sua regia.

52 † Legitur Alexandrum magnum se exercuisse modo studendo, modo armis, modo venatu: in quo fortitudine, & animositate sua occidit Leonem, se, & suos exercendo in laboribus bellicis, ludis, corporeis, & hasti ludiis publicis, animando suos, vt belli tempore sint promptiores ad pugnam, & ad feriendum hostes cupidi gloria.

53 † Alexãder virtute sua imperatoria mortuorum militum filiis pupillis concessit paternum stipẽdium, qđ etiam Romani faciebant cunctis ornati virtutibus, & in locum militiæ parentum eorum, filios militum idoneos ponebant, & describebant tyrones: instruxit magnus Alexander triginta numero millium omni sumptu suo in Gymnastica exercitatione militari, & literali studio. & idem, & quidẽ probè fecit, & curauit Romana virtus prouiso illis de omni necessario victu, vestibus, equis, & armis: quorũ virtute, & veteranorum militum iudicio fuit accretum imperium suum cum immortali gloria, & triumpho. Magnus Alexander cupidus gloria, & honore applicauit cũ exercitu ad flumen Granicum valdè turbidum, & profundũ: cuius transitus erat difficilis propter altitudinem, & fortitudinem vlterioris ripæ: ita ꝙ non potuerat capi sine bello: & timebant valdè Macedones, & alii exercitus Alexãdri transire flumen, ob mensem Iunii sibi infestum: quo licitum non erat regi Macedonum ducere exercitum extra vallum: & tunc prudenter respondit Alexander, ò inuicti Mace dones huic mensi Iunii impono nomen Maii: & illicò ex suis tresdecim receptis turmis equitum Granicũ flumen fuit ingressus, aliis ex suis male iudicantibus de nimia audacia sui ducis: qui tuto cum armis prædictis transiuit amnẽ sine timore hostium sagittantiũ illos,

los,qui ripã fluminis tenebãt cũ magna
difficultate,& labore,ob hostium impul
ſum:quoniã locus erat madefactus aqua:
& fuit coactus Alexãder pugnare anteq̃
forẽt in ordine ſui ad pugnam, hoſtibus
in illum ſtrictè, & impetuosè cum equi
tatu ſuo irruentibus , & ſtrictis lanceis
feriebant Macedones:quibus ruptis,enſi
bus direptis , bellum cum enſibus ipſis
experiebatur:& aggreſsi fuerũt Alexan
drum audacter: quem percuſſerunt in ca
put deiecto pinaculo albæ plumę : pluri
bus per ipſum receptis ictibus in corpus
quod arma ſeruarũt illæſum:& fuit ex-
pertus Alexander virtute ſua contra du
ces Darii regis cũ exercitu ſuo,iam tran
ſacto amne cum Phalange Macedonum
paſsim incedendo cum peditatu,facto in
hoſtes impetu ipſo rege ſuo Alexandro
pugnante ; & per ipſum occiſo Triface
vno ex ducibus Darii , & per Clitonem
interempto Spitridate , alio ex ducibus
Darii:ita ꝙ barbaros illicò in fugam ver
tit eorũ exceptis mercenariis Græcis ,
& Perſis:qui ſe ordine reduxerũt in col-
le ſe offerentes ditioni Alexandri : quos
acceptare noluit:& iracundia , & furore
magis impulſus , q̃ conſilio prudentum
ſuorum,fuit adhortus ſe deſperate tuen
tes : & in expeditione prædicta firmant
quidam ſcriptores cecidiſſe Bucefalem
equum Alexandri occiſis hoſtibus , quo
rum viginti millia cecidere peditatus,
& millia duo equitum : & ex parte Ale
xandri legimus tantum periiſſe triginta
quatuor milites : qbus rex ſuus Alexan
der ſtatuas cupri inſlare fecit manu Li
ſippi diuidendo ſpolia barbarica inter
bellatores ſecundum eorum merita debi
ta,pro ſe retenta porcione : quàm poſteà
miſit Olimpiadi matri ſuę,ſponte ꝑ ip-
ſum habitis multis ex hoſtiũ locis ob ta
lẽ victoriã,& q̃ pluribus per vim captis,
& qbuſdã aliis per obſidionẽ ſine pugna
quęſitis:& inde curauit animi ſui magni
tudine inuadere regna Darii marte ſe-
cũdo Magnus Alexãder deuicta Thra
cia dubitans ne poſt eius diſceſſum Thra
cenſes rebellarent iuſsit arte, vt prima
tes, & Reges Thraciæ pro eorum hono
re ipſum ſequerẽtur ad bellum, & Thra
ciæ regimen reliquit plebeis: quibus im
perabat, vt volebat priuatis eorum capi
tibus. Antipater cognito qualiter exerci
tus Nætiorum venerat ad turbandũ ſta
tum magni Alexandri,audita illius mor
te, illis gratias egit, quia venerant in au
xilium Alexandri cõtra Lacedęmonios:
& ꝙ in eorum fauorem volebat ſcribere
ſuo regi,& illis ſuaſit,vt in patriam redi
rent , vt factum fuit , quia eorum ſuffra
gio non indigebat Antipater,& arte tali
imminens periculum amouit à Græcia.
Magnus Pompeius audito,quòd ſui mili
tes volebant deprædare pecunias,quæ fe
rebantur in triumpho , & ob hoc Serui
lius,& Glauca conſulebant Pompeium,
vt pecunias illas diuideret inter milites
vt ſtrepitus,& ſcãdalum nullum contin
geret,prudenter reſpõdit Romanus Im
perator , quòd magis non triumpharet,
quàm talia concedere , ſed magis mortẽ
appeteret ,|quàm conſentire licentioſis
militibus,& illis ſe ſubmittere : & graui
oratione increpauit milites , & in terra
deiecit laureatos faſſes ante illos , vt ab
illis inciperent prædare , & tunc Pom
peiani modeſtia uſi fuerunt dicentes vi
uat Imperator noſter Pompeius victor
nobiſcum & triumphator.

54 † Magnus Alexãder probè ſeruabat pro-
uinciarum,& locorum mores in veſtitu,
potu,ludis,& æſu: & in barbarius quoq;
captis prouinciis ; vel illis ut partim ſpõ
te habitis ; &leges illorum ſeruari man-
dabat: & erga populos numificens valde
fuit : & ipſos in fide conſeruauit libera-
litate,iuſtitiaq; Duce .

55 † Perſę incauti pro amicitia , & amore
patriæ deoſculabantur mares , & fœmi-
nas:vt hodie faciunt Galli lõgeuo more
ſuo,& conſuetudine Galliæ : talem mo-
rem, & ſolitum in Perſis prohibuit con-
tinentiſsimus Imperator Agislaus Lace
demonius inquiens erga Megabatum,&
alios hoc non eſſe de honeſtate. Cuius
milites virtute præditi vidẽtes captiuos
barbaros,nudos venundari iuſſu ſui Re-
gis Agislai eſſe albos iudicarunt illos eſ
ſe ocioſos, & in expertos bello : & vlte-

rius non diferri bellum contra ipſos, vt
contra fœminas imbelles : Et illico Rex
Agislaus ſuos expertos duxit in eorum
locis fortioribus : & Sardianum locum
cœpit triduo meando per nemora, val-
les, & aſpera iuga, malaq; vada, & deſer-
ta loca, ſaxea, & montana putante ꝓ ho
ſte ſuo Tiſarnem regem ire per Chariam
miſſo ibidem peditatu: & circa montem
Menandri tranſmiſſo æquitatu ad res
ſubditas. Itinerabat Rex Agislaus cau
te ſemper cum exercitu ſuo in acie in-
ſtructo, ne ſui paterētur ab hoſtibus dā-
num, aut iniuriam aliquam ante, & poſt
ipſos ſemper miſsis, & relictis explorato
ribus fidis : & illos aſsiduo extra caſtra
tenebat, ambulādo cū exercitu paulatim
paulatim & quādoq; longo, & celeri paſ
ſu, & curſu, data cauſa, & occaſione legi
tima : firmis ſemper ſuis retentis ordi-
nibus militaribus.

56 † Poſthumius vir conſularis ſuis oratio-
ne pulchra cōfortatis; & illis dicentibus
ꝙ deberet petere quid vellet: & ipſe ace
pto vexillo inqt ſequimini me viri Mar-
tiales : & primus irruit in hoſtes, quem
ſui fuerūt ſequuti, & victoriā habuerūt.

57 † L. Marcellus circuitꝰ ab omni parte ab
hoſtibus, illos equo ſuo ab omni parte
verſo inuaſit, & rupit virtute ſua, occiſo
hoſtiū duce per irruptionem. Paulus
Aemilius apud Cannas cauſa ſui colle-
gæ Terentii Varonis rupto exercitu, vo
lens fugere opera Lentuli noluit, ſed ma
gis mori voluit in armis virtuoſe pre-
gloria.

58 † Publius Terentius Varo auctor cædis
Cannenſis placidè fuit acceptatus à Se-
natu, & à populo Romano: q̧ lætabatur
habere talem virum in patria viuum : &
ipſi dedit multos honores, & magiſtra-
tus quos noluit acceptare, dicens reſpu
blica indigere fœlicibus magiſtratibus,
& non ſiniſtris à fortuna vexatis: & nun
quàm dicta ſequuta clade tōſit capillos,
neque barbam.

59 † Intellecto per Lucullum Cottam bel-
laſſe contra Mithridatem in mari cum
claſſe: & in terra cum exercitu, & noluiſ
ſe expectare Lucullum; ne particeps fuiſ
ſet victoriæ, & triūphi: & ꝙ ruptus Cot-
ta fuerit : & in Calcedonia reſtrictus, &
obſeſsis, perditis ſexaginta nauibus cum
omnibus militibus; & quatuor millibus
peditum Romanorum: peroptans Cotta
ſe ſuccurri à Lucullo: quo audito per Lu
cullum, & ſuis militibus dicentibus ip-
ſum debere proſequi victoriam in pontū
tunc deſtitutum per Mithridatem præſi
dio: & ꝙ totum regnum Mithridatis faci
le capi potuiſſet, & permittere Cottam
lacerari : q̧ ſua temeritate ruina fuit Ro
manæ claſsis, & exercitus: & ꝙ non debe
ret pati ꝙ eſſet etiam ruina victoriæ ſuæ,
& triumphi, ipſiusq; claſsis, & exercitus
ſine ſanguine ſuorum, reſpondiſſe fertur
per Lucullum, ꝙ magis volebat liberare
vnum ciuem Romanum ab hoſtibus, q̄
omnia bona quærere inimicorum.

60 † Liberato per Lucullum Cotta conſule:
illum quærebant milites Lucullani tu-
multuariè interficere : quem Lucullus
abſcondit, & ſua virtute ſeruauit. Et
rediens in patriam Lucullus à Senatu re
uocatus quorundam odio, miſſo in Pon-
tum, Parthiam, Aſiam, & Armeniam Pō
peio magno placidiſsimè ouando fuit ac
ceptus à Romano Senatu.

61 † Experto per Mithridatem contra Ro-
manos duce Lucullo, non ſibi proficere
in bello minas; nec ornamenta aurea, ne
que argentea militum ſuorum: ſed arma
ferrea apta ad tegendum, & ad offenden
dum cum militibus, & equis expertis in
pugna ; congregauit centum, & viginti
millia peditum, & ſexdecim millia equi
tum armatorum more Romanorum cū
centum curribus falcatis, vnà cum ingē-
ti claſſe probè armata cum magnis diui-
tiis : & in Bithinia receptus fuit Lucul-
lus cum miro amore, & beneuolentia po
pulorum odio habentium vſurarios, aua
ros, & rapaces, publicanos quoſdam Ro-
manos ibi degentes: quos ſua virtute ex
pulit Lucullus, vt arpinas celenas : & ita
populorum mittigauit animos.

62 † Erupto Mithridate per Lucullum in
fuga verſo; & cum victoriam perſequere
tur Lucullus, & ſibi fuiſſet dictum ab Ar
chilao olim duce Mithridatis, Luculli

tunc amico ipsum debere procedere cũ exercitu in Pontum; ꝙ erit possessor regni Mithridatis:& fertur Lucullũ illi respondisse se non esse inferiorem in audatia venatoribus:qui videntes feras, currunt ad eorum cubilia: & illis repertis vacuis perdunt feras, dato illis tempore fugiendi.

63 † Prudens fuit Iuba Rex in Aphrica descendens ab Hercule, vt legimus ex Tigenda vxore quodam Anthei, ex qua ꝓ genuit Siphacem, & Ciphaces Diodorum, & Diodorus Iubam regem in bello,& virtute præstantem.

64 † Et bene doctus Pericles à Zenone, & Anazagora philosophis: & tam prudẽs fuit,ꝙ vno die obiurgatus à quodam imperito,nil ei respondit: & dũ ipsum vsq; ad noctem semper obiurgando associasset ad domum;iussit Pericles vni ex seruis suis; vt imperitum illum associaret cum lumine ad habitaculum suum:& alter Fabius maximus fuit in patientia,& vittute Pericles.

65 † Nã per prudentiam virtutes reguntur & inter alias virtutes obtinet principatũ prudentia cui cedit iustitia, cedit & temperantia cum fortitudine: quæ sumitur pro omni firmitate animi:& est generalis ad omnes virtutes, & ad bonum animæ:q̃d est honestum,est preferendũ vtili,& delectabili bono:sicut anima rationalis,& immortalis præferenda est corpori quòd est mortale, vt dixit Apostolus cupio dissolui,& esse cum Christo.c. præcipimus.xii.q.i.c. si habes. xxiii.q. iiii.l sancimus. C. de sacros ecclesiaſ.c. cum infirmitas de pœniten.& remiss. Et virtutes sunt Cardinales prudentia, fortitudo,temperantia, & iustitia.

66 † Sapiens fuit, & fortis Imperator Atheniensium Phocion gloriosus in armis,& in literarum scientia,facundus: qui solitus fuit gloriari se nuluisse fuisse ab alio iniuriatum sub fide,q̃ nominari se fidem aliis rupisse:& in morte docuit filiũ non debere recordari de iniuriis sibi, & patri factis. Sapiens Cato fuit doctus, animosus in terra, & aqua, & multum paciens,qui vt Lælius Cornelius vnã tantum fœminam vxorem suam Attiliam Serani filiam laudabiliter cognouit,;& pudicus fuit in adolescentia sua increpã do lasciuos.

67 † L. Cornelius Sylla rubei pili gener Metelli fuit, auidus natura aliorum bonorum,& violentus occupator, & donator benemerentibus, & dignis honorem reddebat,gloriosus, & iactator fuit,& vltor iniuriarum, in bello sociali acerrimus. C. Marii fuit legatus, & tribunus militum, literis, & armis doctissimus; magna, & laudabilia fecit in bello, amicitiam tenuit cum Bocho rege Numidarum,socero Calidi Regis Iugurtæ: & cũ eius medio Iugurtam proditoriè cœpit, de quo triumphauit posteà. C. Marius cõsul,cuius legatus fuerat Sylla: qui Copillum Ducem tecto sauriorum cœpit, & videns Marium esse odiosum cum Catullo consule collega. C. Marii viro dignissimo,& prudente; se illi adhesit Sylla,cui valde profuit, & honorem accreuit sua virtute prouiso exercitui suo de opulentis annonis tempore penuriæ: ita ꝙ etiam profuit Marianis hoc ægreferente Mario propter inuidiam: quæ ciuiles peperit discordias inter ipsos cum tyrannide: & primus fuit Sylla ex Romanis, qui cum Arsate Rege Parthorum amicitiam habuit, & contra Marium, & Marianos pluries bellauit: & tandem illos rupit; & contra Mithridatem bella longa peregit,& victorias multas habuit: & demum ex ciue Romano se perpetuum dictatorem vrbis, & orbis fecit profligatis Marianis ducibus cum exercitibus suis; & Cæsari normam dedit: qui per sæpe sua virtute gloriosè puguauit:& cõtra varias nationes victor triumphauit: & demum Marte profligato magno Pompeio cum reliquis Pompeianis ducibus cum exercitibus suis diu mortuo Sylla, & in libertate iam sua restituto Senatu, & populo Romano:vt Sylla ex ciue priuato fecerat;vt aliàs dixi dictatorem perpetuum se fecit vrbis, & orbis Hiphricates Atheniensis in plano castrametatus: audito ꝙ Thracenses in colle degebant, de nocte erant inuasuri ipsius castrum,

eduxit exercitum suum extra Castrum ipsum clam de nocte ibi paucis relictis facientibus ignes in castro, & viam cœpit ab omni parte cum suis:& Thracenses post in medio deducti cęsi fuerunt ab Hiphicrate.

68 † Legimus poetas q̃plures fuisse duces electos in militia vt de Sophocle scriptore tragediarum; qui vnà cũ Pericle magnę virtutis viro recte rexit exercitum necessitatis tempore, & Spartanorum diuiso exercitu popularis finibus: multas Asiæ ciuitates Atheniensi Imperio adiecit prudentia, & rei peritia militaris: nã Martis ira cędit Sapientiæ: qua comite armantur musæ, & reuerentur in structa acie, ensibus eductis exercitus, iactisq; iaculis hostes à pugna conquiescunt suis appropinquantibus amicis.

69 † Et Deo sunt proximi sapientes quorũ scientia illuminatur, & illustratur orbis. l. prouidendum. C. de postul. & per And. de Iser. in tit. de stat. & consuet. contra libert. ecclesiæ. & bene Glo. dicit in clemen. i. de sum. trinit. & fide cathol. quòd virtus est intuens vitium perseuerando se ab eo tueri: & dicit Horatius in arte poetica: ꝙ virtus est vicium fugere, sapiẽtia prima stultitiam caruisse vides.

70 † Et virtus Aristidis filii Lisimaci ęqua iustitia fuit: hic multa digna fecit pro libertate nauali bello, & terrestri pluries experto cum palma victoriæ Themistocle sibi inuidente pro uirtute, & gloria: & libenter parebat prudentioribus vt decet: & profuit virtus eius reipublicæ Atheniensium: & de malo dolebat inimicorum, omni ab eo exulata inuidia, & denique odio Diofantis filii Amphitropei exul extra patriam periit apud fareos.

71 † Cupida est virtus iuncta cum sapientia, & religione: & ille est sapiẽs cui prudẽter virtus, & sapiẽtia suppetũt, & Dei religionem tenet vnitam; vt inconsutilis vestis D. N. Iesu Christi pro veritate: quę omnes superat astutias, & calliditates hostis antiqui humani generis, & se defendit contra eius ficta, & simulata figmenta. Et quippè ab omnibus est quęrenda, & appetenda veritas, & valdè colenda pro Deo, & ipsius amore. Et tanti est effectus veritas, ꝙ in ciuilibus caussis qñ cõstat de ipsa veritate, nó sunt alię curãdæ solõnitates, nec alius ordo iuris: sed est faciẽda ꝑ ipsa veritate, nulla solẽnitatum obstante pretermissione. l. fin. ff. quod metus causa; & per Bal. in l. obseruare, in §. proficisci. in xxiii. q. ff. de offic. proconsul. & leg. & per Hippol. de Mars. in pract. sua criminalium iudiciorum in §. ii. vbi multa allegat: stat in Regno Sicilię sancta prouisio regia, ꝙ ommissis solennitatibus ordinis iudicarii pro veritate fiant sententiæ in ciuilibus, & criminalibus, nullitatibus omnibus explosis: processus tribus tantum attentis nullitatibus videlicet citationis, omissione iudicis incompetentia, & legitimatione personę comparentis.

72 † Pigrescente Marco Antonio cũ Cleopatra, & ipso ab illa monito ne anxiè curaret capere pisces; sed regna, maria, ciuitates, & regiones. Candidius Ventidius Dux peregregius. M. Antonii filium superauit regis Parthorum in Syria repertum cum maxima multitudine Parthorum, Labienus truncato duce Parthorum, fugato Prepare bellacissimo duce; Herodis regis Iudæorum, & Pacorũ cum alia innumerabili gente: qui ita pauidum fugientem, cum tremore reduxit, & restrinxit intra confinia Medorum, & Mesopothamiorum: ita ꝙ non audebat ponere pedem extrà confinia propter timorem virtutis Candidii, tribus iam sequutis pugnis infelicibus Parthis: & Anthiocum, & alios rebelles Romani Imperii restituit in fide Candidius Ventidius: qui maiora fecisset, nisi timuisset inuidiam Marci Antonii nimis superbi: & Syriam liberauit; & de Parthis in Vrbe solus vocatus triumphauit sua virtute Candidius post mortẽ Crassi: quamuis fuisset Ventidius vilis conditionis: quia Romani exultabant virtutem, in qua veram recte putabant consistere nobilitatem, & gloriam: & vituperabant ignauiã. Et rectius fecisset Ventidius si debellasset Barbaros hostes in medio reductos ibi pauitãtes vt Dãmæ; sciens

ſciens illud ſingulare dictum Cæſaris, & Antonii longè melius eſſe regibus bella fieri per alios prudentes duces ſibi fideles, & expertos in re, & exercitio militari, q̃ per ſe ipſos niſi maxima præmeret neceſsitas præſentiæ ſuæ in exercitu. Nam Sylla Marii legatus regem Iugurtam habuit ſub ditione ſua Copillum ducem tectaſauriorum cœpit, & Mariũ honorauit triumphis, gloria, & honore maximo: & idem fecit Labienus Cæſaris legatus in Gallia, & Caſsius in Syria miſſus ab Antonio victoriam obtinuit; & Vẽtidius Armeniam ſubiugauit proſtratis regibus Hyberiæ, & Albaniæ: Ita ꝙ gloria Antonii, & nomen uſque ad caucaſum formidabile fuit effectum apud Barbaras nationes: Et tempore noſtro apud Papiã illuſtris Marchio Vaſti Dux Cæſareæ, & ſemper Auguſtę maieſtatis in abſentia eiuſdẽ maieſtatis parua manu militum Imperialium regem Franciſcum primum Gallorum captiuum fecit in armis non obſcuri nominis à copioſa ſuorum multitudine derelictum in bello irruptione ſequuta, non tamen ſine nece.

73 † Et quanti tempore noſtro eccellentes, prudenteſque fuerint in re militari Imperatores, Reges, Principes, & Duces in Italia, & extra Italiam ſecundum tempora in terra, & mari, memorare non valeo: ſed de eorum inclytis geſtis plenæ ſunt cartæ.

74 † Quęro de caſu, ſi certa Principis ſcientia probari poſsit per teſtes: Rota Romanæ curię tenet ꝙ ſic, in deciſione ſua incipiẽte licet Romana curia nu. cccxxxii & Lucas de Pẽna in l. per quos. C. de decur. lib. x. & Bal. in c. i. per quos fiat inueſtitura, & And. de Iſer. in conſt. Regni Sicilæ incipiente dignum de iure curię ſeruando, & per Alex. de Imol. in l. quidã conſulebant. ff. de re iud.

75 † Et reſcribẽte Principe contrà legem, an teneatur inſerere in ſuo reſcripto ſpetialem clauſulam non obſtante tali lege, dic, ꝙ ſic, ita tenent communiter Doct. in Glo. in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iud. & per Ioan. And. in c. i. de reſt. ſpoliat. in nouella. & per Bar. in tract. ad reprimen. in clauſula, non obſtantibus, & per Bal. & Ioan. And. in add. ad Specul. in §. ſupereſlet. in tit. de lega.

76 † Quęro demũ ſi dominus feudi poteſt committere cauſam feudalem alteri cognoſcendam vertentem inter vaſallos ſuos, dic ꝙ ſic: ſed ob hoc non poterit commiſſarius aliquid iudicare domino: ita tenet Rota Ro. cur. de feud. in antiquis deciſionibus.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS.
EQVITIS ET COMITIS
LATERANENSIS PALATII,

De Dictis, & militaribus geſtis. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Dux belli quomodo armatus & uigilans eſſe debeat. & quid agere & cogitare habeat.*

2 *Cæſaris celeris uictoria contra Pompeij copias in Hiſpania, & de honore per eum exhibito illarum ducibus.*

3 *De Iſichratis Attici geſtis contrà Anaxabium ducem Lacedæmoniorum & Numidarum.*

Et de ſimulatione Numidarum qua hoſtes ſuos turbarunt.

Et de colloquio Syllę habito cum Duillio.

4 *De Ariarate filio Mithridatis, & ipſius occupatione Cicladũ inſularũ, & aliorũ locorũ.*

ui erant.

33 *Scriptura in marmore sculpta probat in antiqs.*

34 *De itinere Formionis ducis Athenienſium uerſus urbem Calcedonenſium: & de ipſius urbis captura.*

De Ladiſlao Lacedæmonio Rege, & captura ciuitatis Focenſium.

De Viriatis itinere, & obſidione urbis Segobienſium, & eius captura.

35 *De licentia Romanorum data Gallis pertranſeundi Tiberim, & uia conceſſa fugitiuis.*

36 *Darij Regis in bello uulnerati erga Poliſtratũ mirabile dictum.*

37 *Agiſlai Regis reſponſio facta Regi Perſiæ, qui ei ſcripſerat, pro habenda amicitia.*

Pomponius Romanus miles non potuit per Mithridatem euerti à fide Romanorum.

Conſulis P. Craßi, inſidijs hoſtium capti, uindicta ſeruitutis ſuæ.

38 *De Q. Metello qui in Romanorum dedecus curauit proditione habere captiuum Iugurtam Regem.*

Rex Perſiæ uituperatur per Agiſlaum Regẽ Macedonum, quia nimis delicate uiuebat.

Cæſar qua arte impediuit Afranium & Petreium ne exercitum ſuum mouerent.

Aridas Rex Moloßi quomodo Arium Regem Illiricorum delenit.

39 *De Luculli Regis Armeniæ itinere contra Tigranum auxilium ferentem ei ius Socero, Mithridati: & ipſius Tigrani ſuperatione. & num. 40. & 50.*

40 *De Micare Mithridatis filio, qui dono miſit coronam Lucullo, rogando illum ut in amicum reciperet populi Romani.*

41 *De Cæcilio Vrbano prætore, qui dum ius redderet ſuper eius caput auolauit auis nomine Picus, quam occidit, ex quo auriſpices iudicarunt populum Romanum eſſe uictorem.*

42 *Dionyſius Syracuſanus qualiter Pœnos in Sicilia ſuperauit.*

43 *Agiſlaus Rex Lacedæmonius militans contra Tyſaphernem, quomodo ſimulatione regiam Tyſapherni urbem cæpit.*

44 *Mithridatis uictoria contra Pharnacem. & Romanorum militum occiſio.*

45 *Cyrus Rex Perſarum exiſtent incluſus in Sardos quomodo victor extitit.*

Titus Labienus legatus Cæſaris in Gallia, ſub ficto timore fugæ Gallos ſuperauit.

Annibal dux Pœnorum eius ſolicitudine hoſtes licet uigilantes ſuperauit.

Panimundas uictoriam habuit contra Lacedæmonienſes uigiles de nocte arte retentos.

Inſidijs nocturnis multoties hoſtes ſuperantur.

Sertorius quomodo in Hiſpania poſitis de nocte inſidijs Pompeianos milites trucidauit.

Perpenna qualiter captus fuit per Pompeium ſimulatione fugæ.

Pompeius ſimulando fugam Mithridatem ſuperauit.

46 *Romani uniuerſi orbis prouincias ad tempus cõſulibus ſuis cum exercitibus diſtribuebant.*

47 *Dux belli debet potius ſe opponere Martis periculis, quàm pati inopiam famis.*

48 *De Syllæ geſtis, uictorijs, morte & ſepultura, & nu. 50. & 51.*

52 *De reprehenſione facta Pompeio per Fauoniũ, quia in Senatu ſe gloriauit, quòd ſi pede percuſſerit terram, milites & equos haberet. & quamplura de Cornelia uxore Pompeij.*

53 *Cæſaris expulſio de Cleopatra, & reſponſio facta eunucho Achilli Plotino: & de recõciliatione Ptholemæi cum Cleopatra medio Cæſaris.*

54 *Vaſallus an poſſit ſine conſenſu domini dare feudum in dotem filiæ.*

55 *Vaſallus baronis rebellis Regi ſuo an perdat feudum quod recognoſcit à barone prædicto.*

56 *Vaſalli perdunt feuda pluribus de cauſis, ſed priuari non poßunt ſine cauſæ cognitione.*

57 *Vaſallus negans ſe feudum tenere à domino. an illud perdere debeat.*

1 PTIMI bellorũ Duces in glorioſo experti militari exercitio, diu, noctuue incedere debent armati vnà cũ militibus ſuis fidelibus: nec habent quieſcere tota nocte Vliſsis, & Diomedis exemplo: qui de nocte vigilabant, & hoſtium caſtra nocturno ſilentio penetrabant Athride dormiẽte in prædictis pluries increpato. Et certè illi, quibus eſt commiſſa gentium cura, regimenque, & ſalus rerum, non ſemper habent quieſcere, ſed cogitare de temporibus, & locis, de aqua, de annonis, de fame, & ſole, de

puluere, de vento, de armis, de equis, & de militum suorum, & hostium numero, & de regionibus militum suorum, & hostium; & de eorum natura, & experiẽtia: & de exercitus necessariis omnibus, & de gelu, & de calore æstiuo, de impetu, de resistẽtia, de vallo, de bello, de tollerantia, de labore, de insidiis hostium: & de suis: & de patientia per ipsos ferenda, & de illa toleranda libenti, & forti animo: antiquorum exemplo se illis militibus suis opposuit armis, vt hostibus: M. Attilius Consul, qui extra ordines discederant, & redibant ad vallum in bello Samnico, & ipsos in ordinibus probè restituit contra hostes.

2 † Intellecto per Cæsarem existentẽ Brũdusii copias militum Pompeii præparari in Hispania, ibi accessit repente, & ipsas debellauit celerrimè illarum post ducibus in libertate dimissis, & copias prædictas donis probè placauit, & honorauit: & illas secum sub stipendio duxit. Et dum foret apud Mondam Cęsar, videns suos retrahere retropedes ab equo descẽdit, & irruit in hostes; & milites virtute inducti propter pudorem strenuè pugnarunt, & victores extiterunt.

3 †Isichrates Atticus in Cheronesio, sciẽs Anaxabium ducem Lacedæmoniorum, & Numidarum secum ducere peditatũ ex classe, milites fortes eduxit in terram positis illis in loco occulto vbi erat transiturus Anaxabius cum suis: & classem abire iussit, de nauium discessu certus fuit Anaxabius, & lætus meabat: & inde in locum incidit insidiarum, vbi fuit inuasus, & oppressus ab Isichrate: & simili arte Alcibiades Atticus occidit ducem Lacedæmoniorum, & Numidarum per insidias illis conductis in insidias cũ paucis arte bellantibus. Numidæ spreti à L. Minutio consule ob eorum, & equorũ suorum turpitudinem in arctis reducto Consule in Liguria, missi fuerunt ad explorandum hostes in locis valde suspectis; & inde Numidæ in discessu suo videbantur ab equis cadere simulando; post penetrarunt hostium fines, & hostes ipsos adeò turbarunt, ꝙ coacti fuerunt relinquere loca impedita Romanis: & retro redire pro suorum defensione. Sylla in bello sociali, existens in arctis habuit arte colloquium cum Duillio duce contrarii exercitus, & non valens pacis conditiones firmare, visa hostium negligentia erga suos in redditu inquit, ꝙ de nocte in quarta vigilia intẽdit hostes aggredi pro victoria, & honore patrię: & suos cum omnibus impedimentis seruauit apud Iserniam.

4 † Et dum Mithridates occupasset Asiã, & regna Capadociæ, & Bithiniæ expulsis regibus confęderatis Romanorum: & dum foret in pergamo diuidendo regna; eius filio Pharnace, Pontum tenente, & bofforum supra meotim, & Thraciam, & Macedoniam, & ferè totam Græciam usque ad Athenas occupasset: Ariarates alter filius Mithridatis unà cum exercitu innumeroso Duce Archilao Capadocio in armis, & disciplina militari doctissimo viro, & prudente Imperatore mare tenente cum ingenti classe per ipsum occupatis Cicladibus insulis, litibus cũ cęteris insulis infra Maleam, & Euboiam: & ab Athenis vsque ad Thesaliam populos rebellare coegit, impetu sibi facto ad Cheroniam, per Brucium Suttam virũ prudentem, & excellentem in armis singulari virtute præditum, modestum, & affabilem Affenici prætoris Macedoniæ legatum: qui Archilaum Boetiam tribus vicibus bello vt aliàs dixi fugauit usque ad mare apud Chironiam.

5 † Et Cassius Scena apud Dyrachium euulso sibi oculo sagitta, & sibi transfixa coxa, & in humeris, & in scuto cum lanceis receptis ictibus centum, & triginta, vocauit ad se hostes hac si sponte voluisset captiuari: & duo ex illis ad ipsum accesserũt: quorũ alterũ cum ense sup humero, & aliũ in faciẽ vulnerauit: ita ꝙ fugere coegit, & à suis fuit amplexus, & tuto portatus ad tentorium.

6 † Captis in Aphrica quibusdam Cæsaris nauibus cum militibus quibusdã per Scipionem Metellum Pompeii socerũ: in quibus erat quæstor Granius Petronius, quem Scipio seruare promisit,

aliis occisis, cui respondit Granius, milites Cæsaris consueuere aliis donare salutem, & illam non accipere: & illicò se pugione transfixit pro libertate sua.

7 † Magnus Alexander in crure vulneratus sagitta, & cum saxo in collo: ob hoc non desistit à pugna, ne animum tolleret suis: sed ante alios feruens in bello, & in periclis fuit, ꝙ ita passim Duci non conuenit exercitus pugnare: nisi in generali bello toto pugnāte exercitu; prout tunc fecit Alexander.

8 † Et legitur Marcum Tegium vnum ex militibus Syllæ primum de nocte ascendisse Epitalcum, & ense percussisse sup caput Galeatum Vricus: qui sibi obuiam obtulit: & ensem suum rupisse: & locum propterea non deseruisse, & meritò coronatum laurea murali corona fuisse. Marcus Fabius, & G. Manglius cōsules percepta ignauia Seiorum militum, qui pugnare nolebant cōtra Hethruscos, bellū in longum arte duxerunt, cognoscentes per dies iniuriari illos ab Hethruscis, adeò ꝙ milites Romani variis effecti iniuriis ab Hethruscis perorarūt cōsules, vt illos acie instruerent ad pugnam contra Ethruscos, & ꝙ illos superabunt virtute armorum, & ita factum fuit, & victores Romani permanserunt. Romulus occultis suis contra Fidenates in loco apto, hostes fuit aggressus; & inde se retrahendo induxit ipsos in occultas insidias, vbi occulti milites manebant, per quos Fidenates cæsi extiterūt ordine stricto suorum militum, facto cuneo irruit. Fabius maximus in presidium missus Sturinorum cōtrà Ethruscos, hostes fuit aggressus, & inde se arte retraxit ad loca montana fingens timorem. Ethruscis illum in sequentibus, & ipse post reuoluit exercitum suum contra hostes: & illos virtute deleuit, & vallum occupauit eorum. Et C. Cassius posito occultè de nocte suo peditatu in nemore, Parthos de nocte fuit aggressus cū equitatu: quē Parthi fuerunt insequuti vsque ad insidias, per quas tunc cæsi fuerunt, & arte tali à Ventidio Roma duce fuerunt Parthi fugati, & trucidati alia vice cum Farnastano eorum Rege.

9 † Publius Crassus filius M. Crasi in bello Parthico vulneratus, se ab amico milite occidi iussit, inquiens animo inuictus se nullū genus mortis sibi fore graue: & id non timere, nec velle deserere tot Nobilissimos Romanos pro eo mortuos impugna Parthica: & tādem hostes Parthi illi caput troncarunt: quo post viso per patrē Crassum erga milites suos inquit, O, Romani est per uos facienda vindictā in hostes pro nece tāti filii conciuis uestri: & forti animo ꝑmansit Crassus ordine stricto suorum militum, facto cuneo irruit in hostes, à quorum multitudine longa circuitus ruptus permansit: & se cum suis reduxit beneficio noctis in ciuitatem Carianēsium.

10 † Et legitur ꝙ rupto Crasso, viginti Romani milites insimul stricti ensibus, mortuis consociis sibi viam peregerunt armis per medium Parthorum: & illis inuictis romulea sua virtute pertransierūt. Non probè fecit Rex Boetiorum Xantes, qui dum fuisset pacto cōuentus duellare cum Melanthe Atticorum duce, retro quem dicēdo Melanthum iniquè fecisse contra pactum venire associatum, cum solus venire debuisset, & dum Melantes retro respiceret Xanthes illum vulnerauit, & occidit.

11 † Et volens Surina Dux Parthorum scire secretum, Si Crassus erat in ciuitate Carianēsium, vt illum obsidere valeret, nuntios ad ciuitatem callide misit nuntiando Carianensibus se audiuisse dicere à rege Parthorum qualiter peroptabat habere pacem cum Romanis, & alloqui Crassum; quærentes de hoc loqui cum Crasso qui nolebat sciri se ibi esse quòd ipsi fuit relatum: & illum post ad mœnia fuerunt loquuti, certificati Crassum ibi adesse: quòd posteà nuntiarunt Surinæ, qui postmodum locum obsedit.

12 † Serapinus Gracchus contrà Cæltiberos simulando timorem exercitum suū probè instructum retinuit: & inde iussit ipsius equitatum inuadere hostes: & inde se ad consulem paulatim, paulatim reduci: & facto insultu hostes inordinatos

pro magna parte occidit, & tentoria illorum occupauit.

13 † Et cum Pius Cæcilius Metellus consul esset bellaturus in Sicilia contra Asdrubalem ducem Carthaginensium tenentem in exercitu suo pro bello centum, & triginta elephantes, foueam magnam fecit propè vrbem Palermi, & suos arte in ciuitatem reduxit Palermi fingens timorem: & videns Asdrubalem in prima acie posuisse elephantes, iussit hastatis suis, vt arma iactarent supra elephantes, & illicò se reducere in castris: & hac de causa incitati elephantes pro parte eorũ in foueam inciderunt cursu: & reliqui retro irruentes in suos ordines Asdrubalis ruperunt: & tunc Metellus visa tali expectata occasione, extrà ciuitatẽ, & castra educto exercitu fuit Carthaginenses adhortus ad latus, quos vicit: & reliquũ elephãtorum cœpit. Magnus Alexander ex sylua expulit hostes, facto igne de nocte cũ parte sui exercitus, reliqua parte sine igne, illos arte insequẽte per syluam, sibi loci sublato præsidio discipauit.

14 † Aristobolum cum filio Iudæam suscitantem contra Romanos cœpit M. Antonius duce Gabinio viro consulare ipsius præfecto equitatum, omni postposita mora, & Ptolemæum regem Aegypti à regno expulsum armis restituit: Egregius Imperator fuit Antonius in re, & exercitio militari in aggrediendo hostes, & illos puniendo, circumducẽdo, & feriendo, insidiando, & decipiendo, præcipitando, & opprimendo, & suis à periculis seruando: pulcher fuit Antonius, & Orator optimus, liberalis, & superbus, iactabundus, & gloriosus, asserendo se fuisse ab Hercule descendentem: sed eius virtutẽ nimia oppressit lasciuia, & luxuria in Aegypto.

15 † Et cum foret in Asia contra Parthos passus mala multa cum exercitu inedia, & siti, & variis aliis necessitatibus: & si forent donata à Mithridate Parthicæ nationis sibi amico vasa multa argenti, Antoniani milites occiderũt Parthos illos: qui munera portabant, & vasa sibi distribuerunt vnà cum rebus pretiosis per ipsos milites tumultuariè deprædatis: Et tunc Antonius ex desperatione commisit Ramo seruo suo vt illi caput truncaret ne cognosceretur ab aliquo: & omnibus plorantibus cognouit Antonius id fuisse commissum per milites propter auaritiam, & non per odiũ vllum quòd haberent contra ipsum Antonium eorũ imperatorem; & illis Antonius pepercit vltionem non requirente tempore illo: & omnes seruauit in fide nouo iuramento, præclara, & eccellenti primitus per ipsum militibus habita cõditione. Cæsar cõtra Aphranium sibi hostem volentem montem pro suo suffragio habere solita celeritate, locum montanum occupauit inuitis Affanianis: quos posuit in medio cũ equis fugauit. Fuluius Imperator in bello Cimbrico iusserat suo equitatui, vt discurreret vsque ad vallũ hostium, & inde ad suos redire simulata fuga prouocatis illis ad bellum: quo pluries facto, & per Fuluium viso qualiter per dies hostes minuebantur numero: se mouit vno die cum multis ex expeditis suis illo insequendo post terga hostium secretò, & occultè; hostium partem fuit aggressus in vallo, & tentoriis suis, & rupit vallum quasi derelictum, & hostes superauit repẽte. Vestibus Illiricis Alexander Epirota pugnaturus contra Illiricos positis illis insidiis occultis, suos Epirotas indui fecit: & agros Illiricos deprædari iussit, reductis Illiricis in locis sibi suspectis: vbi illos arte tali trucidauit. Et Leptenius Syracusanus bellum gerens contra Carthaginenses, Pœnos decepit faciendo per suos proprios agros prędari, & incẽdere villas; vbi Carthaginenses occurrerunt pro suorũ suffragio, & cæsi permanserunt ab insidiis Leptenii. Annibal artibus variis bellicis pluries vexauit Romanos, & Arabos hostes decœperũt de nocte extinctis ignibus, & illos trucidarunt, credẽtes ibi nõ esse hostes suos non viso igne: quem soliti erant facere.

16 † Tenentur optimi Imperatores pacis, & ocii tempore præcogitare de bellis fu-

turis; & tunc præparare necessaria pro bello; cõseruando amicos suos antiquos, & acquirendo nouos, faciendo hostes sibi beneuolos, & amicos: & illos segregando à fœdere facto cum aliis hostibus: vt in Hispania, & Aphrica fecit Scipio; vt post sequente bello victoria facilior quæratur. Nam hostes reconciliare, & milites, & populos beneuolentia, virtute liberalitatis manutenere: & vtilius est in re bellica tale amicorum præsidium, quàm auri, & exercitus copia.

17 † Velius præfectus Romanorum decœpit Asdrubalem dum ipse foret in arce Taranti, petens ab eo per oratores posse præfectum tuto exire arcem ad libitum suum: & de hoc contentus Asdrubal; Velius exit arcẽ vt hostis, & aggressus fuit Asdrubalem, & victor extitit Velius cũ suis. Scipio Aphricanus apud Numantiam erga suos inordinatos inquit: quòd omnes illi qui ita erunt inordinati habebat pro hostibus suis, & Romani Imperii: & quod retro redire deberent in patriam, vt desertores militiæ puniendi à censoribus; & propter pudorem illicò se in ordine pugnæ reduxerunt. Philippus Rex Macedonum dubius ne sui sustinerent impetum Scitarum peditatus tergoribus posuit equitatum sibi fidelem pro gloria: & infestum pro ignauia ordine sibi dato ne discederent donec discederet aliquis ex suo peditatu ab ordine pugnę sibi dato in præcepto: quòd si ipsi fuerint ptinaces extra ordines prolapsi; quòd illos tollerent de medio armis: & timidi, ac fortes magis peroptarunt à suis occidi: quàm ab hostibus, Ideò strenuè pugnarunt cum gloriosa victoria.

18 † Hermocrates Syracusanus victis Carthaginensibus, de quibus maximam copiam captiuorum cœperat: timens eorum numerum, & ne sui pigrescerent in nocte, victoria læti, simulauit equos hostium de nocte aggredi ipsum, vt suos recuperarent captiuos hostes intrinsecos Hermocrati: cuius milites tota nocte steterunt in armis: & alia vice dum fuisset cum suis potitus victoriam vidẽs suos esse securos cibo, vino, & somno oppressos, finxit fugitiuum ab hostibus venisse sibi nuntiantem, quòd hostes ab omni parte ordinauerãt insidias: ita quòd suos milites acie instruxit, & hostes fuit adhortus & vicit.

19 † Et habent duces vitare pericula apereundo dicta in quantum possunt: quoniam illi qui se obiciunt facile periculis, non considerantes quanti sint detrimenti, & excidii, in ipsis facilius cadunt, & pereunt: quoniam tentant Deum, & non sperant in eo: vt cæci cęcos ducentes in foueam cadunt, Euangelio teste: propterea tenentur bellorum Imperatores secum habere comitem prudentiam, & saluti suæ, & suorum semper consulere. c. si nulla. xxiii. q. fin. Iuxta illud: Quidquid agis, prudẽter agas, & respice finem: An aliquorum quorundam sapientum, diuinorũ Imperatorum in cœlesti experto rum, spiritualiq́; legali & armata militia præsentia, probè sui temporis præterita & futura tempora perspicientium, & bene considerantium, & consulentium: ita quòd se, milites, populos, & Imperium suum conseruarunt à periclis.

20 † Et meritò damnantur principes illi, qui non ducti necessitate se supponunt periculis sua capitosa, & temeraria voluntatę suorum consiliariorum spreto consilio: non cõsiderantes futurum finẽ. l. item mella. ff. ad leg. Aquil. Nulla quidem securitas est incerta sectari, & habere vicinum serpentem apud ipsum dormientem. c. si nulla. xxiii. q. viii. Et sæpe precipitatur cõsilium instante periculo; animo tunc existente dubio: an huc, vel illuc impellitur vrgente mœstitia: & tũc sæpe silent consilia impulsa tempore necessitatis.

21 † Et illa quippe sunt remuneranda, & ꝑtio multo coronãda pericula: quæ quis subegit pro republica, & libertate sui Imperatoris, & patriæ. l. semper. §. negociatores, ff. de iur. immu. & l. Princeps, C. de princ. agend. in reb. lib. xii. Maurus Pompeianus, vt cornicularius tribunus militum Cęsaris, Cęsarianis tunc obsidentibus Teguam vrbẽ Hispaniæ Pompeianis amicam, ex qua exit cum certa

custodia, & audacia sua: vt Cæsarianus per medium hostium præsidio transiuit in dictam Ciuitatem. Marcus Antonius contrà Pansam consulem in locis syluestris Aemilianę viæ posuit insidias: & cum illis Pansę exercitum rupit vulnerato Curio consule: qui illinc ad paucos dies periit: & opera regis Iubæ duce perfecto Regis Iubę Sabora periit in fuga ab equis cæsus Numidarũ cum exercitu suo. Rex Rhodiorum Menon cũ longo equitatu reductus in syluosis, & montanis locis, arte misit ad hostes planitiem tenentes plures ex suis sub colore quòd essent fugitiui: qui nuntiarunt hostibus qualiter in exercitu Menonis erat innata discordia: & quòd multi Caternatim ex militibus nolebant ingredi castra hostium pro suffragio suo & hostes hoc credentes descesserunt ex planitiæ: & iuerũt ad castra sua ad illa muniendum: & Menon descendit in planum cum equitatu suo: & hostes fuit adhortus, occupato munimine castrorum suorum: & illos rupit. Epaminũdas Atticus factis ignibus multis vt videret nolle de nocte discedere, meauit in tenebrosa nocte per milliaria.40. ad Mantiniã, & illã occupauit militari exercitio: qui alia vice volens simili stractegemate de nocte decipere Lacedęmonios, qui fuerunt ab vno ex Lacedæmonibus certiorati: & inde Epaminundas postmodum vadens, deiectus illa nocte fuit; ita ꝙ nõ potuit consequi votum suum.

22 † Cratheres ex Asia descendens in Græciam cum exercitu, cõmissa pugna, Græcos coegit in Crumene retrahere cum paucorum occisione.

23 † Pro memoria nobilium gestorum militarium, & virtute excellẽtium virorum nobilium statuas illis auri, argẽti, cupri, marmoris, & oricalchi inflabat antiquitas. Publius Aemilius consul Romanus victo Perseo Rege Macedonũ in memoria victoriæ posuit statuam suam in templo Apollinis Delphici: vbi rex victus suam ponere nolebat. C. Marii statuam marmoream fuisse Rhauennę attestatur Plinius: & se illam vidisse præferentem rigiditatem, & duritiem Marii, naturãq; ipsius bellacem: qui sua virtute se exercebat vt miles in militaribus exercitiis, & vtebatur pane, quo alii milites nescebantur: hunc ambitio, odium, crudelitas, & ingratitudo erga Cecilium Metellũ oppressit varia fortuna: pluri s triumphauit, & multorum glorias, & honores substulit Marius, & illi suas glorias ambitione abstulit Sylla crudelis multis cæsis ex Marianis

24 † Caio Graccho erecta statua fuit per populum Romanum, ex eo quia iussu suo in Libia Carthaginẽ reedificauit, illi nomen Iunoniã imposuit: hic C. Gracchus vnà cum Tiberio Graccho suo fratre viri nobiles à Populo Romano fauti pro lege agraria opera diuitum interfecti fuerunt: & eorum Cadauera proiecta in Tiberim: & statuas illis erexit Populus Romanus.

25 † Casandrus Rex capta Gręcia in Delpho cernens statuam Alexandri magni, animum suum adeò concussit timore: ꝙ semper in mentem illam tenebat impressam, memor de magnis gestis ipsius: & quando ipsi caput impellerat in murũ.

26 † Achillis statua inflata fuit in Troia: quę ab Alexandro posteà fuit coronata: decessit Alexander Magnus.xxix. Iulii in solis occasu oppressus febre acuta venenosa causata à potu aquę frigidæ, vel à proditorie viru potato.

27 † Et dum Cæsar fuisset fautus à populo, & creatus tribunus plebis habitis Marianis Syllæ tempore pro hostibus, Romani Senatus Sylla defuncto inflauit Cæsar de nocte æreas. C. Marii statuas, & illas in Capitolio posuit nocte illa: qua Iulia amita Cęsaris vxor. C. Marii decessit, quam in Campo Martio ductam laudauit ornatissima concione, & cum victoriis Cymbrorum, & Theotonũ, & septem ipsius Marii triumphis: & Tropheis pluribus cum literis insculptis: & viam Appiam ęre publico fecit iussu Senatus, Populiq; Romani, & Marianos audacter honorauit.

28 † Ex Parthis M. Antonius duxit statuã giganteam ad vrbem altitudinis brachiorum.

rum.lx.quam in theatrum, vt legimus erigi fecit.

29 † Nobilis Venetorum Senatus antiquitatis imitator, optimè facit inflando statuas virorum laude dignorum, in æde beatorum Martirũ Ioannis, & Pauli Venetę vrbis: Romanorum exemplo Imperatorum qui propter virtutem: & ne eorum laudes perirent, & gesta laudabiliter facta per ipsos in bello pro republica Veneta, vt illam Troiani Augusti Aemilii, Titi, & Marii, Curiorum, Deciorum, Bruti, Q. Flaminii, Mutii Sceuolæ, Horatii Coclitis, Syllę, Iugurtę, Cocliæ, Valeriæ in Vrbe, & munificentis regis Hætruscorum Porsenæ, in Hætruria Alcibiadis, Pithagoræ, & Themistoclis in ciuitate Athenarnm: & Lisandri in Delpho, & Antolici, qui Sinopem muro circundedit: hic militauit cum Hercule contra Amazones.

30 † Obeliscos, plures pyramides, & columnas cum historiis descriptas cum scutis, arcubus, & triumphis erexerunt in vrbe Quirites, statuasq; multas argenteas, aureasq;, & æneas legimus inflasse, & marmoreas insculpsisse ad eternam memoriã inclytorũ Imperatorum, & egregiorum equitum, & militum suorum in locis publicis: vt de statua Romuli in Tẽplo Vulcani deuictis Cimeriis, curru ibi apposito ferri ex Camerio allato, & regũ pluriũ, & Imperatorum, Augusti Cęsaris aurea statua fuit, & Assarii Parthorum Regis proceritatis sexaginta cubitorum: de Augusti Cimeribus extat adhuc munimentum in Vaticano vrbis propè ædem Diui Petri Apostolorum principis, & amotas Pompei statuas proprias in foro posuit Cæsar: & lege Iulia maiestatis iussit teneri rumpentes, & violantes principũ statuas. l. qui statuas. ff. ad leg. Iul. maie. Polimacum ruptorem statuæ Cyri regis in Persia gladio transfixit Alexander. In Clipeis quoque tabulis, scripturis, picturis, sculpturis, & numismatibus auri, argenti, æris, cupri, & ferri per egregiè gesta suorum pro memoria reliquit Antiquitas in marmoribus quoq; sculptis, & lapidibus pretiosis.

31 † Vt de Imperatoribus, Regibus, Consulibus, Ducibus, & militibus excellentissimis: vt de Scipione, Fabio, Fabricio, Catone, Camillo, Appio, Claudio, Marco, Aemilio, L. Manlio L. Torquato, & C. Dentato, Paulo, Lucio, Fuluio, Aemilio, Cæsaribus: & Messalla Principibus legitur: vt modo in vrbe de statua illa in ęneo equo posita propè templum S. Ioannis in Laterano, & de statua, & equo ęneo Pii Antonini Imperatoris olim posita Rhauennæ super porta Templi Diui Saluatoris: & inde longo post tempore subrepta ab Alliprando Lõgobardorum Rege, & posita in foro Papiæ.

32 † Et probè scripsit de statuis imperatorum, Regum, Ducum, & militum inclytorum Bartholomæus Casseneus in prima parte libri sui Catalogi gloriæ mundi: & venerabantur huius modi statuæ antiquitus: & salui erant Rei criminum confugientes ad ipsas: vt de Asyllo Romuli, & Numæ Pompilii pro sacro loco statuto, pręter alios ordines per ipsos factos in vrbe: & in iure nostro est titulus de his, qui ad statuas Principum confugiunt, & de his, q ad ecclesias cõfugiũt.

33 † Quæro de iuris quęstione, si scriptura in marmore sculpta probet in antiquis, dic quòd sic, per Glo. in c. cum causam, & per Doct. ibi de probat. & in c. sane. xxiiii. q ii. & in l. monumentorum. ff. de religi. & sumpt fune. & ibi per Bal. & in l. i. in fin. ff. de bon. possess. secundum tabulas.

34 † Formion Dux Atheniensium deprędatis per ipsum agris Calcedonensium, de hoc conquerentibus oratoribus vrbis Calcedonię, illos placidè retinuit: & alio die erga ipsos inquit, ꝙ ire deberent in patriam suam: quia ipse erat iturus Athenas: quoniam sui ciues sibi scripserant, vt in patriam redirent: & iussit exercitũ cum impedimentis meare uersus Athenas: & ita cœpit colligere sarcinolas, & se pręparare pro itinere: & oratores præ dicti discesserunt cerciorantes suos Formionem discessisse versus Athenas cum exercitu, hoc percepto per Calcedonenses aliter non curarunt vlterius custodi

re muros ciuitatis:& Formion illicò retro reddit,& vrbem Calcedonensium in custoditam cœpit, & occupauit. Rex Agislaus Lacedæmonius Focẽsibus obsessis dedit potestatem exeundi ciuitatem cum exercitu discesso, hoc viso per Focenses exiuerunt ciuitatem: & ipse reddit repente cum suis,& ciuitatem habuit facto impetu forti. Viriates discedens cum exercitu ab obsidione vrbis Segobiensium pro tribus diebus per ipsum meato vno die pro tribus fecit itineris,rediens ad locum primò obsessum impeditum sacrificio, & illum occupauit desertum custodia.

35 † Galli accensi vindicare contra Romanam virtutem: quę contra ipsos tantas victorias habuerat memores pręcipuè de virtute Camilli, decreuere naues habere:vt valerent pertrãsire Tyberim:Roni Senatores hoc audito, ipsis licentiam concesserunt transeundi Tyberim,& vltra ipsis dare victum:quantum sibi sufficeret;& huiusmodi fugitiuis via fuit concessa per campum Pontinum:quę postea Gallica via dicta fuit: & Lucius Minius eques Romanus post amborum fratrum Scipionum occisionem factamin Hispania licentiam dedit Carthaginẽsibus in medio reductis vt abirent, & illos post inordinatos deleuit.

36 † Darius Rex in bello vulneratus multis sagittis,inquit erga Polistratum: qui illi præbuerat Pontum pro me tibi meritum dabit Magnus Alexander pro tanto beneficio,& Dii remunerabũt ipsum Alexandrum pro clementia, & humanitate sua;qua fuit vsus erga vxorem, matrem,filias,& sorores meas.

37 † Et cũ Rex Persiæ scripsisset Regi Agislao pro habenda secum amicitia, respondit si ipse erit Græcis amicus, suus erit amicus, sin'autem hostis perpetuus: & nunq̃ potuit ipsum corrumpere donis:& in fide, & virtute prout Mithridates nõ potuit Pomponium Romanum militem euertere à fide Romanorum. Et dum Consul.P.Crassus militaret contra Aristonicum,& in hostium insidias incidisset,intra Heliam,& Mirinam, & captus fuisset,putans indignè gestum pro consule percussit baculo illum,qui ipsum ducebat:quem occidit euulso sibi oculo: & ita vindicauit ignominiã seruitutis suæ.

38 † Q.Metellus in Romanorum dedecus curauit proditione habere captiuum Iugurtam Regem;& forte Deo placuit: qa Iugurtæ placebant proditiones,& proditores. Et qa Rex Persiæ nimis delicatè viuebat,de eo Rex Agislaus Macedonus dicere cõsueuerat regẽ Persiæ nõ virũ virtuosum viuere,sed vt debilẽ feram vitando frigus,& calorem, & se Rex Agislaus palàm suis in laboribus offerebat virtute sua. Nuntiato Cæsari à captiuo quodam,qualiter Afranius,& Petreius in obscura nocte uolebant mouere exercitum suum:& vt impediret eorũ discessum iusit in prima vigilia clamores,& tumultus fieri ꝑ suos, & vasa rum pi,& mulos amoueri:ita ꝙ perceperunt. Afranius,& Petreius Cæsarem velle discedere cum exercitu. Et Arridas Rex Molossi contra Ardium Regem Illiricorum,misit nõ aptos ad bellum in Aetholiam,& exercitum duxit in locis alpestris,& fortibus,hostibus insidiando contra bona illa Molossorum versus Aetholiam missa:iuerant Illirici auidi præda; quibus insidiauerat Arridas in arctis locis cũ suis; & illos arte deleuit fugiẽtes.

39 † Audito per Lucullum regem Armenię Tigranum cum Mithridate velociter descendere in Gliciam cum maximo exercitu: putauit Lucullus Tigranum indiguisse consilio sano, cum hoc facere debuisset, anteq̃ Mithridates eius socer diminutus viribus ruptus,& expulsus fuisset de regno suo Ponti:& ꝙ modo Tigranus ponebat suum in periculum cum rupto rege Mithridate.

40 †Et tunc Micares filius Mithridatis,qui tenebat Bosforum, dubitans Tigranum esse ruptum in primo ingressu dono misit coronam Lucullo; rogando illum vt in amicum reciperet Populi Romani,& relicta Legione in Ponto pro custodia Duce Sornacio,contra Tigranum accessit Lucullus per aspera loca,vigente duro gelu,& cũ equitatu duodecim milliũ,

& trium millium peditatus, inuitis militibus suis peruenit ad Euphratem tunc turbidum: & præparata materia pro pontibus de mane fuit effectus fluuius meabilis, contra naturam ipsius fluminis: & illicò cum exercitu transiuit amnem Lucullus: qui videns Tigranum esse castrametatum in colle, loco forti, & vt ad pugnam descenderet, obsedit Tigrano certam vrbem valde dilectam à Tigrano, & de expeditione sequuta inter Lucullum, & Tigranum regem Armenię alio loco dicemus.

41 † Et dum Cælius prætor vrbanus redderet ius, super eius caput aduolauit auis nomine Picus, quam ipse occidit: & vani Aurufpices iudicarunt Populum Romanum esse victorem, quia Prætor Cælius auem occidit, sed ꝙ ipse peribit in bello illo, cum sua familia: & ita fertur accidisse sequuto Marte: vt de Deciis illis, qui se deuouerunt pro Republica, prout Romana docet Historia.

42 † Dionysius Syracusanus tyrannus audito qualiter Pœni veniebant Siciliam: fortia loca pro custodia muniuit armata gente, eidem dato ordine; vt se pacto daret Carthaginensibus, quòd arte fecit, ut hostes diminuirentur prędidio, vt factum fuit: quos posteà videns Dionysius esse paucos, & diminutos auxilio superauit.

43 † Rex Agislaus Lacedæmonius militans contra Tysaphernē simulauit ire in Chariam locum aptum pro victoria; vbi accessit Tysaphernes cum exercitu ne Agislaus caperet locum, & Agislaus mutata voluntate iuit in Lydiam, & regiam vrbem Tysapherni cæleriter cœpit cum thesauro.

44 † Contingit Mithridatem rupisse Fabiū, & contra Pharnacem, & triarium copias suas ducere, pigrescentibus Fimbrianis militibus: qui demum impulsi pudore sequebantur Lucullum, & illi parebāt: sed audito per Triarium Lucullū ibi aduentare: & ne Lucullus particeps foret victoriæ, & gloriæ pugnam accelerauit contra Mithridatē, & ruptus ab eo permansit millibus septem, & vltra ex Romanis interfectis, & centum, & quinquaginta ex centurionibus, & ex tribunis militū viginti quatuor captis vnà cum vallo Triarii: & inde superueniente Lucullo Romani milites Triarium occidere curabāt: qui à Lucullo absconditus euasit.

45 † Cyrus Rex Persarum existens inclusus in Sardos à parte rupti montis, vbi nullus dabat introitus, arbores magnas altitudinis montis præparauit cum simulacris, & ornamentis armatis, & habitu Persarum de supra: & de nocte apposuit monti, & de mane in aurora radiante sole accessit supra montem ab alia parte murorum, & visis tropheis per populum ipse fugit credens hostes fuisse in ciuitate ingressos: & victor extitit Cyrus. Et Titus Labienus legatus Cæsaris in Gallia propè flumen castrametatus sub ficto timore fugæ, Galli amnem trāsire cœperunt in malis uadis: vbi Labienus illos facto ipsius militum agmine oppressit, & superauit. De nocte pluries Annibal Dux Pœnorum tentauit hostes ne dormirent, & cum parte suorum infestauit reliquis in uallo quiescentibus ventoso etiam, & pluuiali tempore: & inde de die habuit victoriæ palmam: & Fuluii consulis negligentia dedit honorem Annibali: & Epaminūdas victoriam habuit contra Lacedæmonienses vigiles de nocte, arte retentos; & Sertorius in Hispania positis insidiis Pompeianis militibus de nocte à fronte, & à latere aggressus causa pabulorum Pompeianorū millia decē trucidauit, inuito Pompeio suo duce: qui de nocte positis insidiis in Hispania contra Perpennam simulando fugam, illum insequente Perpenna vsque ad locum insidiarum, per quas fuit Perpēna captus cum parte suorum, reliquo trucidato militum Perpennæ; & cum tribus millibus, & quingentis equis leuis armaturæ per Pompeium arte de nocte positis in nemore insidiando Mithridati habenti magnum equitatum; de mane fuit Pompeius regem aggressus, & Rex illum fuit insequutus longo equitatu, se retro paulatim probè retrahente Pompeio, in ordine ad suos, qui insidiabāt re-

gi:per quos Pompeius fuit regem adhortus, & victor permansit suorum ordine firmo.

46 † Romani orbis domitores distribuebāt prouincias vniuersi orbis ad tempus consulibus suis, cum exercitibus: vt legitur de Cæsare, Pompeio, Sylla, Mario, Crasso, Metello, Lucullo, & de aliis excellentissimis Imperatoribus: qui primò candidati in commitiis, electi fuerant in cāpo Martio, vel in Capitolio vrbis à Populo Romano.

47 † Et cum è Thracia, & Macedonia venisset contra Syllam Staxilles præfectus regis Mithridatis cum centum millibus peditum, & decem millibus equitū, & curribus nonaginta falcatis, ad se vocato Archilao duce Mithridatis in re docto militari: qui classem tenebat apud Munichiā, & arte bellū differebat impediendo, & tollendo victum Romanis.

48 † Et Sylla versus Boetiam mutatis castris locorum sterilium in aperto, & plano campo meauit cum exercitu, & castra metatus fuit in loco, vbi suis non deficiebant necessaria: & licet mutatio talis, non fuisset ab omnibus laudata ob numerum magnum hostium peditatus, equitatusq;, & falcatorum curuum, sed voluit magis Sylla se opponere Martis periculis, quàm pati inopiam famis: & etiam quia expectabat Hortensium legatum suum, uirum expertum in re bellica, & auidum pugnæ dubitans illum non insidiari ab hostibus in arctis locis, & malis uadis: in quibus barbari degebant cum insidiis propterea Sylla iuit in Boetiam, & Caphus focēsis domesticus Syllæ erat cum Hortensio decipiendo hostes per vias incultas, asperas, & insuetas, tuto ipsum duxit Hortensius cum exercitu de subtus Titoram, & per Parnasiū descendere fecit illum ad locum vbi se tuti reduxere Focenses à viribus Xersis: & ibi fuit per Hortensium castrametatum: & die sequenti reiecit hostes, qui illum fuerant adhorti: & in nocte descendit patronidem per aspera iuga: & se iunxit cum Sylla: qui obuiam sibi venit cū exercitu, & insimul collem fertilem cœperūt: vbi commodè, & sine inopia manere potuerant cum exercitu quindecim millium peditatus, & mille, & quingentum equitatus, vbi à barbaris ducibus visus fuit paruus exercitus Romanorum: & induxerunt Archilaūcontra suam voluntatē, & cum cohortibus, curribus, & turmis descēdere ad pugnam aciebus instructis, & bene armatis cum vestibus variè coloratis diuersarum regionum, & nationū: adeò ꝙ Romani non audebant exire castrum: & Sylla non potuerat ab illis fugare timorem, & erga illū dicebant milites: ꝙ barbari parui faciebāt ipsos, & hoc placebat Syllę ꝙ barbari redibant, & pergebant inordinati suis non parentes ducibus multis, quos habebant auidi prędá vagantes per agros, & loca multa deuastantes, & derobantes, & ab exercitu dilungantes, & segregantes ociosi: & Sylla suos in exercitio assiduo detinebat, cauando foueas, & aquam diuertendo fluminis Cęphisi ad effectum, vt libentius pugnarent contra hostes: & ita contingit pro vt fuit opinatus Sylla: ꝙ Romani milites desperati in cauādo foueas decreuerunt hostes ferro magis tollere de medio, q̄ vlterius fodere terrā: ꝙ valde placauit Syllæ certam tenens victoriam virtute suorū militum: qui ipsum rogabant Syllam Imperatorem suum; vt permitteret illos ferre hostire barbaros hostes, & facto suorū iudicio cognoscens Sylla ab illis fuisse fugatum timorem respondit: hoc petitis causa fugiendi laborem cauandi terram, & non pro pugna: & si veram pugnę cupiditatem habetis Romulei mei: sumite arma, & collem illum saxeum vbi olim castrum fuit modo dirutum capite; quem locum curabat Archilaus occupare cum suis: qui fortissimus erat, & disiunctus à monte Aedilio, ab Axe, & à Cephaso fluminibus: & Romani celeres ante hostes montem cęperunt: & Archilaus repente se reduxit in Chironiam: quæ à Chirone cō ditore ipsius dicta est, & Sylla ad preces Cheronensium, qui militabant cum ipso succurrit Chironensium vrbi, misso Sabino tribuno suorum militum ad ip-

sam

sam cum vnà cohorte bene armata cum Chironensibus, qui sua virtute celeriter intrauit, & liberauit vrbem, antequàm Chironenses accederent ad illam: & Sylla aquauit Axem: & fuit castrametatus propè Archilaum: qui castrum habebat bene munitum inter montes Acconsiũ, & Aedilium apud Asios ibi per Syllam relicto Murena cum duabus cohortibus ordine sibi dato, vt hostes perderet inordinatos: & ipse accessit ad Chironiam, vt gentes armatas duceret pro pugna, & probè cõsideraret Ortopagium, & seu Turinum dictum, quòd ab hostibus occupatum fuerat: & Tribunus vnus militum obiam venit Syllæ cum militibus suis, & aurea corona, quam dedit Syllę: qui illos humanitate accepit, & duo Chironẽses promiserũt dare modum Syllæ, quo Ortopagium habebit, & ꝙ hostes discipabit ad libitum suum, & viam docuerunt tortuosam accedentem ad summitatem montis hostibus ignotam: & ipsi vnà cum Romanis iuerunt ad cacumen montis, ꝙ hostes non aduerterunt: & ita factum fuit: & post impræcipitẽ saxa in hostes deorsum morantes proiecerunt: ordinatis per Syllam copiis suorum militum in acie, factis cornibus peditum in ipsis, distributo equitatu: & dectrum cornu assignauit Sabino; & sinistrum Murenæ, Galba, & Hortensio legatis suis retro manentibus cum cohortibus probè instructis, & ordinatis pro custodia, & ad subsidium, ne hostes circuirent Romanos ex improuiso. Et ex aduerso Archilaus curruum cornu dextrum instruxit suorũ multitudine longa, vt Romanos circuirẽt longitudine, & illos occuparent in pugna propter maximã copiam curruum falcatorum, peditumq;, & equorũ suorum: & vt occuparent Chironiam, si ab ea disiungerentur Romani: & Chironenses duce Ericio sibi dato à Sylla circundarunt Turinum, seu Ortopagium dictum secreto, & cum repente se ostẽdisset Barbaris, ortus est inter Barbaros timor intestinus cum fuga maxima præcipitantes deorsum, non valentes sistere in rupe: & conati lanceis se firmare vnus alium impigebat, & impellebat raptim præcipitãtes ex alto, & ab omni parte pugnantibus Romanis, relicto loco per hostes, vbi ex ipsis mortui permanserunt tria millia, & fugientes Murena faciebat ab vna parte aciebus instructis: & ab alia parte fuerũt restricti Barbari, & ibi rupti in Castro suo, & sparsi à peditatu, nimis timore repletis; barbaros inuasit Sylla illicò cum copiis suis instructis, & contra hostes inordinatos impetũ fecit, omni postposita mora, & cum celeri cursu cœpit terræ spatium qđ erat in medio: & vigorem sustulit omnem curribus falcatis: qui currere non potuerunt: & restricti sine viribus permanebant reiecti per Romanos de hoc ridentes cum maximo plausu lætantes, vt fit in cursu brauiorum.

49 † Postquàm Romanorum pedites se extenderunt ab omni parte barbaricis fallangibus, scutatis acie instructis, cũ longis larissis, quas Romani incidebant en sibus inter ordines barbarorum: & contra existẽtes in millibus quindecim seruorum, qui vno proclamate fuerunt vocati ad libertatem: contra quos opposuerunt Romani sagittarios, & funditores suos: qui verterũt illos in fugam peruerso ordine suo, tunc ducẽte Archilao dextrũ cornu sui exercitus vt circuiret Romanos, contra quem velociter occurrit Hortensius cum suis instructis cohortibus: & ibi se opposuit Archilao ad latus hostium, qui ibi venerant, & cõtra Hortensium vertit Archilaus duo millia sui equitatus: ita ꝙ Hortensius reiiciebatur à pluribus, & se reducebat ad altiora loca; ne equi illum offendere possent; paulatim, paulatim interruptus, & circundatus fuit à fallangibus hostium, cui occurrit repente Sylla cum dextro cornu: & dubitans Archilaus de puluere, quam faciebat Sylla, se ad ipsum conuertit relicto Hortensio: quia Sylla impetum maximum faciebat in hostes. Et contra Murenam Staxillus perfectus Mithridatis cum peditatu impetum fecit cũ maxima voce: quo audito rumore ab utraq; parte emisso, & à montibus resonante se

firmauit Sylla dubius:& in qua parte fo
ret ipſe aſpexit : & copias ſuas retraxit,
& miſit Hortenſium ad ſuccurrendum
Murenæ cum quatuor cohortibus: & ip
ſe cum quinta cohorte concurrit ad dex
trum cornu ibi pugnando virtute cōtra
Archilaum, & poſtquàm milites dextri
cornu Romanorum viderunt Syllā Con
ſulem, & Imperatorem ſuum ibidē ade
ſe, & pugnare cum maximo impetu, &
violentia,pugnarunt ſtrenuè in præſen-
tia ſui Imperatoris, & hoſtes in fugam
celerem peruerterunt, illos inſequendo
vſque ad flumen,& montē:& paulatim,
paulatim ſe Sylla reduxit in ſuccurſum
Murenæ, quem vidit eſſe, etiam victorē
cum Hortenſio,& retrocedit ad inſequē
dum hoſtes, qui celeriter fugiebant ex
hoſtibus innumeroſis decem tantū mil-
lia fugerunt in Calcidem vrbem,reliqui
capti,& occiſi paſsim in fuga fuerunt,&
in caſtro,& extrà caſtrū qd' capere nite
bantur, & id facere non potuerunt im-
pediti à Romana virtute.Legitur in tali
expeditione ex militibus Syllæ periiſſe
duodecim milites: & celebratæ fuerunt
victoriæ tales p̄ Syllam in ciuitate The-
barum relictis tropheis in locis vbi pu-
gnatum fuit cum titulo,Victoria,Mars,
& Venus: & in tropheo habitæ victoriæ
in cacumine montis Ortopagii cum li-
teris his. Homoloicus,& Anaxidamo-
nes fuerunt optimi bellatores. Et cum
Sylla percepiſſet per eius exploratores
Dorilaū alium Mithridatis ducē cū ma
gna claſſe applicuiſſe calcidem cū octua-
ginta millibus bellatorum bene armato
rum,& expertorum in bello, & Boetiam
cucurriſſe Flacco tunc Conſule Syllæ cō
trario in Ionio mari,cum magno exerci
tu contra ipſum venire,arte ſparſo nomi
ne in exercitu Syllæ, qualiter Flaccus
progrediebatur contra Mithridatem Do
rilao duce Mithridatis dubitante Flaccū
iungi cum Sylla:& propterea conāte ſtu
dio omni, vt Sylla cum ipſo certaret, &
in nihilo parendo Archilao, immò illū
increpando tam magnū perdidiſſe exer-
citum,& non ſine proditione, & illi con
trarius erat:quia Archilaus virtute dif-
ferebat pugnam fieri cum Romanis, tūc
caſtrametatis barbaris in loco forti pro-
bè capto per Archilaum pro peditatu,&
equitatu apud Orcomenum fertilem, &
abundantē locum,& in planitie cum pa
lude à parte locata p̄ munimine,in qua
gurgitabat aqua fluminis Mellæ,ꝙ præ-
ter naturam aliorum fluminum Græcię
in ortu ſuo eſt nauigabile prouenićte de
ſubtus vrbis Orcomeni: & ibi tuto ſta-
bant barbari in ocio non longè à Caſtro
Syllæ:qui ſuos inquietos exercebat in ca
uando foueas ab vtraque parte,& ageres
faciendo pro munimine ſui valli,& vt va
leret excludere hoſtes à locis firmis ap-
tis equitatui hoſtili,& illum traheret in
loco Cenoſæ paludis:& cum illi Roma-
ni,qui erant ad operas deputati, & non
nulli alii exercitus Syllæ:poſtquàm fue-
runt à ſuis ductoribus relicti, non valen
tes expectare cum tanta velocitate cœpe
runt currere, ꝙ ordines perturbarunt
ſuorum,& cum ſuis mixtim fugientes à
barbaris fuerunt adhorti: quo viſo per
Syllam ibi acceſsit celerrimè cum equo,
& ab illo deſcendit accepto vexillo,& ir
ruens per medium occiſorum clamauit
erga ſuos terribili voce velociter tran-
ſeundo per ſuos in hoſtes; O Romani
milites in hoc loco digne morior p̄ Re-
publica Romani Imperii:& quando in-
terrogati fueritis vbi reliquiſtis conſulē
ducem veſtrum, eſtote memores dicere
in Orcomenum: quibus verbis præ pu-
dore inducti Romani ad ordines ſe illicò
reduxerunt virtute ſua, & inde reſtricti
cum ſuo duce irruerunt in hoſtes ſibi ve
nientibus in ſubſidium aliis duabus co-
hortibus in dextro cornu: Ita ꝙ hoſtes
verterunt in fugā: & Sylla cum ſuis pau
latim,paulatim retractis ad vallum ſuū
ſumpto cibo ad operas reddit, primò
inceptas cauandi foueas pro munimine
ſui valli verſus hoſtes: qui duce Archi-
lao probè ordinati impetum fecerunt cō
tra Romanos, Syllæ ſagittariis adeò re-
ſtrictis, ꝙ non valebant arcu iactare ſa-
gittas:quas manu tenebant, & cum illis
hoſtes vulnerabant; & in vallo reſtricti
pernoctarunt nocte illa miſerabiliter in

ter vulneratos, & mortuos: & demane Sylla ordine facto suorum ad dictũ opus incæptum fouearum milites eduxit: qué hostes fuerunt aggressi, & Sylla acriter pugnando fugauit illos cum magna cæde barbarorum: qua sequuta victoria, requisitus Sylla ab Archilao pacem cum Mithridate bonis conditionibus fecit: quæ omnia sępe memorando proderint in re militari.

50 † Et mortuo Flacco Cõsule per Fimbriã Marianum consulem, & Fimbriani se pacauerunt cum Syllanis militibus: quo audito per Fimbriam; ipse se gladio occidit in tentorio suo: & deprædata Asia per Syllam, ipse post Italiam applicuit cum magna classe: & Marianos profligauit, Carbonemq; alium Consulem ducé Mariani exercitus in Capuam Sylla fugauit, ex illis primò cæsis septem millibus: & legitur. M. Lucullum vnum ex ducibus Syllæ cum xvi. cohortibus supe rasse apud fidentiam cohortes quinquaginta hostium trucidatis ex illis. xviii. millibus eorum capto vallo: & hic M. Lucullus frater fuit illius magni Luculli: qui bello Mithridatem, & Tigranum reges superauit.

51 † Et legitur Syllam in animo suo habuisse leonem, & vulpem, & Carbonem dixisse Syllæ magis timere vulpem, quàm leonem: & bello post commisso per Syllã contra Marium Iuniorem ipso recluso in Prænestinam vrbem, cæsi fuerunt ex Marianis. xx. millia, captis. lxxx. millibus: & ꝙ in expeditione prædicta non perierunt nisi viginti tres ex militibus Syllæ: qui se tandem dictatorem vocauit, dira per ipsum experta crudelitate in Marianos: quorum sex millia in Senatu, & in Pręneste millia. xii. trucidare fecit pręscriptorum: & post faustè triumphauit Sylla: & demum pediculari morbo Puteolis periit: Granio Principe antequàm moriretur in vltima nocte suæ vitæ corã eo prius strangulato fisci debitore, eo q̃a dimorebaẽ solutioné expectã do morté Syllæ: q sepultus fuit in Cãpo Martio cum titulo hoc. Amicorum nullus me beneficiis, & inimicus inferior me fuit in iniuriis: & ni fuisset humanitas Pompeii inhumatus permansisset Lucius Cornelius Sylla, opera Leppidi.

52 † Audito per Pompeium Cæsarem peruenisse ad Rubiconem cum exercitu se gloriauit in Senatu ꝙ si pede percusserit terram milites, & equos habebit innumerabiles: post rupto Pompeio, & eo in fugam reducto sine ministris, Fauonius vir Senatorius Põpeii amicus fuit illum associatus, & eum increpatus fuit de eo quod pędixerat in Senatu cum arrogantia magna: si pede terram percusserit milites, & equos habebit innumerabiles, quomodo faceret tale miraculum: & solus Fauonius illi amicus fideliter ministrauit in aduersis sibi deficientibus seruis, vxore Pompeii Cornelia tunc in Mithileno existente ibi prius missa per Pompeium: quem Peticius in naue oneraria accepit ab eo rogatus: & in Mithilenum conduxit, vbi aderat Cornelia vxor Pompeii, cui mœstissima obuiam vẽ nit in accusando fortunam aduersam.

53 † Cæsar mortuo Pompeio expulit Cleopatram è regno: & cum foret sibi dictum in præsentia Ptolemęi regis Aegypti per potentem Eunuchum Achillem Photinum: ꝙ iret ad peragendum aliqua gesta magnifica; prudenter illi respondit se no indigere consilio alicuius Aegiptiaci viri: & iussit Cleopatram ad ipsum venire: quę venit in vnã naui de nocte, vnã cum Apolidoro Siculo. & non valens de nocte intrare tentorium Cæsaris, inuoluta læticulo fecit se arte portare ab Apolidoro prædicto in tentorium Cæsaris: quam Cæsar honorauit, & cum germano suo Ptolemęo Rege reconciliauit: & ambos ęque regnare in Aegypto præcepit. & mortuo fratre, ipsa sola Regina totius Aegypti permansit.

54 † Quæro de milite vasallo, & seu de non milite vasallo; si potest sine consensu domini feudi dare feudum in dotem filiæ suę ad vitam ipsius filiæ inuestitę: & ꝙ eiusdem filiæ vitam nõ transcendat: Dic Rotã Romanę curiæ tenere ꝙ sic, in tit. de feud. in antiquis perpetuam auté con cessionem sine consensu domini facere

de feudo non poteſt, vt Rota prædicta tenet in loco prædicto : vbi etiam habetur inueſtituram feudi prodeſſe abſenti.

55 † Quæro de quoddam barone feudum ligium tenente, qui rebellis fuit ſuo regi, an vaſalli ipſius baroni perdant feudum, quod recognoſcunt à barone prædicto, dic ꝙ non: quia feuda per ipſum cõceſſa firma permanent, & illa non confiſcantur, hebetur per Bal. in c.i. in tit. hic finitur lex Corradi: & incipiunt conſuetudines feudorum; & ꝙ vaſalli efficiuntur franchi propter delictum domini firmat Iaſ. in l. fin. col. IX. C. de iur. emphy.

56 † Eſt quoque notandum ꝙ feuda perduntur pluribus de cauſis; & ſemper ſunt citandi vaſalli, neque ſunt priuãdi ſine cognitione cauſæ: tenet D. Card. Alexã. in c.i. ſi quæſtio. de feud. amo. & in conſil. incipiẽte dominus Abbas, & in alio cõſ. incipiente Archipresbyter. nu. CXXXII. & per And. de Iſer. in c.i. in tit. de mili. vaſſ. qui contumax eſt.

57 † Quæro demum de pœna mendacis vaſalli, qui negat ſe à domino tenere feudum, an perdere habeat feudũ vaſallus, ſi noluerit iurare fidelitatem domino: dic ꝙ ſic ſecundum d. Andream de Iſernia in c.i. §. notandum, in prima rubrica, & in c. vaſallus, ſi de feudo defuncti militis fuerit controuerſia.

Plura de dictis, & de geſtis militaribus hic ſcripſiſſem: quæ in libro rei, & diſciplinæ militaris in variis locis ſparſa ſcripta ſunt: ibiq; legi potuerint pet prudentes in legendo curioſos: quem Deo duce in lucem dabimus.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS. EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,
De Equis martialibus. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Dux belli quos equos tenere debeat. & nu. 2.*

3 *Equitatus ſalus eſt, peditatũ fortiſſimũ habere.*

Mars Deus eſt belli, qui præeſt maribus in bello. & Bellona militiæ Dea & Martis ſoror.

4 *Equitatus quomodo & quare fuerit congregatus per Ladiſlaũ Regem Macedonũ, et qualiter præmia conſtituit unicuique optime equitanti.*

Equorum exercitatio facit populum animoſiorem, fortiorem, Belligerum & ſuperbum.

Corinthi urbs cur Vulcani fucina fuit nuncupata.

5 *Lagiſlaus Rex ordinauit ſagittarios & funditores præcedere alios in ordine belli.*

6 *Conſilium pro Regibus ad habendum equitatum bonum in regno ſuo.*

7 *Imperatores tenentur peramare populos ſuos, et illos probè docere circa res et negocia bellica.*

8 *Principes qui indoctum exercitum docuerunt, & illo proſperè pugnarunt magis laudantur, quàm qui militibus aliena uirtute inſtructis uictores fuerunt.*

9 *Catullus Hoſtilius & alij Reges ac Imperatores laudantur ex eo, quòd mirabilia bello peragere militibus ſua dotis uirtute.*

10 *Romana uirtus quanto alias nationes præcelluit. Alexandri & Cæſaris pulchrum dictum. Seruile eſſe in bello amare diuitias, & regium eſſe attendere laboribus & illos ferre libenter.*

11 *Martiales, equi, boni ex uarijs oriuntur locis, ſuntq; amici humanæ naturæ, ac pro ipſius commodo & tutela.*

De Nicomedis Regis Bithiniæ mortui equo. qui non uiſo ipſo Rege noluit comedere & mortuus fuit.

12 *Equi quandoque pro dominis mortuis lachrymarunt, & uictoriam seu ruinam ipsis ducibus suis indicarunt.*
Equi à pluribus Principibus honorati.
De Bucefalo equo Alexandri Magni, & quomodo ipse Alexander illum equitabat.
13 *De equo Cæsaris, & quomodo equi martiales cognoscuntur & exerceantur.*
14 *Natura, forma, & signa martialium equorum quæ nam esse debeant. & nu. 15. & 16.*
16 *Equi qui sint improbandi.*
Regis Antigoni mirabile inuentum ne equi pigrescerent.
Desidia, segnitia, ignauia, imbellia, pigritia, & inertia. est hostis accerrima uirtuti in pace & in bello: nocens ut pestis Martialibus viris & equis cum multa mala pariat. ideò omni arte & ingenio uitanda.
Equorum scabies & aliæ egritudines quomodo sanari debeant.
Pro sanandis moroidis experimentum.
17 *Equorum martialium domini tenentur bis saltem in die illos proprijs oculis uidere, quibus impinguuntur equi illosq; bene nutrire & curare.*
18 *De Porro Reze equitante magnum elephantē, & de uirtutibus ipsius elephantis.*
19 *Vasallus duos recognoscēs dominos inferiores à Rege pro feudo non ligio, qualem illorum in bello cum equis auxiliari teneatur. & num. 20.*

1 NCLITI exercituum Duces † omni tempore tam diurno, quàm nocturno tenere habent aliquos equos ex suis sellatos: qui sint veloces, fortes, castrati, qui non nitriant de nocte equitantes: & ꝙ non sint vitiosi, bene domiti, securi, animosi, & nō perterefacientes vmbras, arbores, ligna, & saxa de nocte, si in obscuro fuerit necesse equitare pro re importanti, ne videntes equarum armenta, vel alios equos nitriant: & tali nitritu certiorentur hostes sub noctis silentio: qui forte inordinati: & sine custodia capi possent, non certificati ab exploratoribus suis: & facillimè aggredientur inopinantes tale factum: & superabuntur ab animoso, & calido hoste longè castrametato, ibi arte, & tuto peruento cū celeri equitatu suo: secum portata peditatus acie fortissimorum militum, hostibus aggressis, & interritis, vel in fugam positis, in ermi repertis repētino aduentu. Ita ꝙ arma capere, & equos sellare, & fremare propter impetum fortis, & repentini aggressus non poterint.

2 † Et data occasione vtile est in re militari secundū necessitatē temporū, & expeditionū & negotiorū fortissimos, animosos, integros, & nō castratos, & sæpe nitriētes eqtare martiales equos, ortos ex forti prosapia, cum Aquila inbellem nō generet columbam: secum receptos strenuissimos pedites electos cū ipsis equis, cum variis armis, & ignitis instrumentis: ipsos comitantes, cautè semper equitando, & calidè castrametando, ne aliqd mali sibi, & suis contingat.

3 † Et pro equitatus salute optimum est habere secum peditatum fortissimū cū ipsis, quandoque portatum: qđ proderit valde, si contingerit infidos hostes habere plures equites, quàm sint Catholici. Quia Mars, seu Mauors antiquo vocabulo: vt inquit M. Varro præest maribus in bello: & mars pitrem. i. martem patrē, & deum bellorum, & Bellonam militiæ Deam, & matrem, & martis sororē crassa vocabat antiquitas.

4 † Et non valens Rex Agislaus Lacedæmonius cum peditatu suo in Phrygiam pergere sibi prohibito per equitatum Pharnabaci: nouit prudenter necessarium fore equos habere in bello pro victoria: quibus ipse carebat. Ideò publico edicto pręcepit omnibus diuitibus ciuitatum ipsius imperii: vt equos nutrirent, & tenerent martiales: & ꝙ quilibet dans sibi equum cum homine armato, & experto pro bello: foret immunis à militia: & ita cōgregauit equitatum: & certe populi fiunt animosiores, fortiores, belligeri, & bello superbi, vbi equi exercentur: & ita optimum equitatum cumulauit in Ephelo, & præmium posuit turmis equorum, & cohortibus peditatus: & vnicuique optimè equitanti, & pede-

ster se probè exercenti præmia posuit, omnibusq; scutatis, sagittariis, & funditoribus, factis gymnasiis exercitantium in militia tam pro equitatu, quàm ꝑ peditatu. Et vrbs Chorinthi Vulcani fucina nuncupabatur pro armis, quæ in ipsa ciuitate fiebant.

5 † Et probè ordinauit Rex Agislaus Lacedæmonius segittarios, & funditores præcedere alios in ordine belli, ne suos lædere possent: & ita tempore nostro fieri debet de pillulariis tartarei ignis: & gymnasium pro exercitio militiæ constituit & benemerētes in gymnasio pro honore, & gloria virtutis coronari mandauit: & illi lętantes Dianæ præsentabant coronas, quibus coronabantur.

6 † Consilium erit pro Regibus ad habendum equitatum bonū in Regno suo: quo ipsi valeant posteà vti pro bello ꝑcipiendo subditis suis publico edicto in bonis tot valorem habentibus: vt vnum, duo, vel tres equos teneāt bonæ stirpis; distribuendo illis equos, & iumenta marcialia: ipsos faciēdo immunes ab omni onere populari: & quòd nullus possit tenere mulum, vel mulā absque equo vno martiali: & ꝙ nullus indui possit pāno fino, nisi tenuerit vnum equum pro bello: & tam comedit equus vnus malus, q̄ bonus vnus: & ita in eorum regno de facili habebunt bonum equitatum ꝑ militia.

7 † Et tenentur Imperatores peramare populos suos, & illos instruere ad exercitiū bellicum: sæpe equitando ocii tempore venationes proclamate facto: vt omnes alio non impediti iuuenes habentes equos martiales accedere deberent cū eorum Rege ad venationem: & illos exercere cursu, & saltu: & præmia quandoq; illis donare se probè exercentibus: & quandoque eos exercere in hastiludis præmio vincentibus dato: & illos amare, & probè docere circa res, & negotia bellica.

8 † Et laudantur Principes illi: qui exercitu bene disciplinato magna peregerunt, manutenendo illos securos, tenaces, & disciplinatos in re, & disciplina militari, & magis laudantur Principes illi, qui indoctum exercitum docuerunt, & illi præcipere sciuerunt, & cum eo prospere pugnarunt, & victores, & gloriosi extiterunt, quàm illi, qui militibus ab aliena virtute instructis victores fuerunt.

9 † Suos docuerunt milites Rex Tullus Hostilius, Epaminondas Thebanus, Rex Philippus Macedo, Romani, & Alexander magnus, Gracchus, Pelopida, & Cyrus Rex Persarum. & cū illis sua doctis virtute, mirabilia bello peragere.

10 † Romana virtus teste Liuio Patauino præcelluit omnes nationes, virtute, religione, natione, generatione, armis, & disciplina militari: & quidam nostri temporis Duces armatę miliciæ sunt in causa habendi bonos, & malos milites igna uia, & auaritia sua, quos corrodit segnities, & ignorantia, hostes in re militari: inquiebant Alexander, & Cæsar seruile gestum esse in bello amare diuitias: sed Regium esse attendere laboribus, & illos fere libenter.

11 † Martiales equi ex variis locis boni oriuntur, licet in omni loco aliqui equi boni nascantur, & etiam mali: Equi sunt amici humanæ naturæ, & pro ipsius cōmodo orti sunt, & tutela: & mortuo Nicomede Rege Bithinię: quem non vidēs equus suus, nunquàm comedere voluit: sed mori magis ꝑoptauit: & ita fuit mortuus equus Nicomedis.

12 † Et legitur equos in bello pro dominis mortuis quandoque lachrymasse, & tristes permansisse cibi immemores sibi dati: & quandoque indicasse victoriam, seu ruinam ducibus suis cū gestis exterius per ipsos factis, & propalatis. Et legitur quosdam Principes magnos honorasse equuos suos mortuos, vel vulneratos in bello: & Alexādrum Magnū mortuo suo equo Bucifale in bello cōtra Porrum Regem, in India vrbem construxisse Buccifaliam sub nomine, & in memoria equi sui Buccifalis: quem indomitū emptum pro Philippo Rege patre Alexandri per Philonicum Thesalū pretio tredecim talentorum, & equitare audebat nemo ferocitate sua: & cognoscens Alexander equum esse sine freno præti-

more vmbrę solis demostrantis ante ipsum imaginem alterius equi, qui videbatur cernere illum, vertit equum contra solem, & placidè super eum ascendit, & illum probè rexit loris: & domuit, & in bello pluries illum equitauit, & mirabilia gloriosè super eo fecit.

13 † Equitabat Cæsar equum vnum tetribilem habentem quasi pedes hominis humani, & super eo, bello multa peregit: & equus prædictus primò fuit à Cæsare equitatus, quàm ab alio: vt de Alexandro legitur, qui primò equitauit Buccifalē. Equi martiales cognoscuntur dum sunt pulli equini in eundo, & ludendo, & aquas transeundo: & tertio anno de armēto debent capi, & probè curentur in stabulis, domentur, & mansuetè exerceantur: & bene sine vitio instruentur, exemplo Castoris Tydaridis, & Mesapii antiquorum domitorum equorum, iuxta illud Poetæ. At Mesapus equum domitor, neptunia proles.

14 † De natura, forma, & signis martialiū equorum quædam hic scribere decreuimus: & primò de signis, vt facilius reliqua cognoscantur.

15 † Signa verò bonorum equorum ꝓ bello sunt, nescire stare pedibus firmis: & frenum ob necessitatē mordere spumantem, narribus terrorem monstrantium, & terram vngula concucientium, & fodientium, & exultantium audacter, & sæpe nitrientium, in cursu, & armis se lætos offerentium: & absque metu saltantium, & non contemnentium pauorem, sono lętantium, & gaudentium, tubarū, & tympanorum strepitus non timentiū bellicorum instrumentorum, & illis lætantium, & quòd sint cupidi, & voraces in edendo: quorum pilus non curatur, quia ex omni pilo aliqui boni, & aliqui mali reperiuntur equi, licet albus, & niger maculatus pilus cōmendetur in eqꝫ, vt placuit Xenophonti. Natura, moribus, colore, forma, & educatione, & loco comprobantur equi: natura scilicet hilaris, allacer, intrepidus, & lasciuus, moribusq; temperatus, placidus, & obediens, equus honoris cupidus, & auidus in gestis suis se ratione regendo sibi data à prudente domitore, illum exercente.

16 † Et improbādi sunt equi illi, qui stimulis, frenis, & habenis obtēperari nequeūt calcitrantes equitando. Forma videlicet. capite breui, & sicco, pelle propemodum adhærente ossibus, ardua ceruice, & erecta, auribus breuibus, & acutis, oculis magnis nigris, vel felineis, naribus largis, spissà, densa, & crinita coma, protendente ex latere dextro, pectore lato, substricto ventre, testibus exiguis, rotundis clunibus, firma, & longa cauda, mollibus altis, erectisq; cruribus, altis, concauis, & rotundis, pedibusq; siccis, vngula firma, composito corpore, visu delectabili, grandi, & recto corpore, & sublimi, & aspero in loco educato: qui exerceri debent assiduo, ne tristes fiant, & scabiosi.

Exemplo Regis Anthigoni in Nora castro Frigiæ hostium vi reducto cum equitatu suo: & ne ignaui fierent equi, non valens illos calefacere, & exercere, & vt libentius cibum caperent, & remouerentur corporis motibus: equorū capita loro substrinxit, altiusq̄ vt prioribus pedibus planè terram possent attingere: deinde cogebat ipm̄ equitatū posterioribus exultare, & calces remittere: q motꝰ nō minus sudorē excutiebant, q̄ si cursu terræ spatium decurrerent: quòd calidè fuit inuentum, ne equi pigrescerent: & fuit mirabile visu ipso exeunte castrum, cum ita agiles, & pulchri visi fuerint prędicti equi, ac si in capestro, & non in loco obsesso fuissent, vbi per multos menses steterunt. Nam desidia, segnities, ignauia imbellia, pigritia, & inertia est hostis accerrima virtuti in pace, & in bello: & vt pestis nocet martialibus viris, & equis: propterea est fugienda, & vitanda, arte, ingenio, & studio omni: quia corpus, vires, & animos hominum extinguit, & mortalibus tollit gloriam: nec vnq̄ est habenda pax cum desidia hoste quia virtutem reddit infirmam, & prudentes tumulat sine honore, & dormientium destruxit vrbes, & imperia præcipitat. Iuxta illud Catonis. Segnitiem fugito, quæ vitæ ignauia fertur: Nam cū ani

mus languet, consumit inertia corpus, pro vt ferrum territ rubigo. Scabies valdè nocet equis, quæ mederi facile potest cum ruta, sale, & sulphure, lupinorũq; aqua facta bulitione ad ignem: & balneo reddito tepido: & vinum album disiccat humores tibiarum, & pedũ equorum. Piper cum sale, & ipsis impleto foramine, & illo obturato cum bombice prodest ad inclauaturam equorum, & poterit ferrũ apponi vngulæ dolentis equi inclauati sine periculo euulso primo ferro cum clauo illo, quo fuit pes inclauatus equi, cui vulneri ꝓdest oleũ, aut succũ herbæ tassibarbassi. Quod etiam hominum prodest ficubus, siue moroidis cũ vernice liquida: qua vtuntur pictores, & oui vitello cum modico melis, & ceræ nouæ misto, & ad ignem bene incorporato, & frigidè facto vnguento, vnctos, sanatos fuisse homines q̃plures vidimus liberatos à moroidis: quę labore, calore, & equitatu longo, & ex nimia sanguinis superfluitate proueniunt: ad tollendum varias equorum ægritudines docuit Chiron, & post ipsum q̃ plures docti, & excellentes viri: qui de his scripsere: & quia nostra non est professio equorum medela, ideò me remitto ad scripta illorũ: qui ad hoc ingenium, & studium suũ applicuerũt.

17 † Et tenentur regulariter equorum domini Marcialium videre bis saltem in die equos suos oculis propriis: quibus vt fertur, impinguantur equi, & illos bene nutrire, & curare, ne sibi deficiant necessaria: quia pugnant & ipsi calcibus, dentibus, & forti corpore suo pro gloria dominorum suorum in bello.

18 † Legitur Regem ꝓPorrum in die fuisse magnum, & fortem, & longum quatuor cubitibus, & vltra vno palmo; equitasse magnum elephantem probè ad bellum instructum: qui in pugna contra Alexandrum prȩliauit totis viribus: & quòd regem suum vulneratum sagittis, fuit tutatus: & ꝙ ex eius corpore ore suo sagittas euulsit.

19 † Quæro de vasallo non ligio, id est non regio, qui promisit iuuare dominum feudi cum equis, si de illo uasallo: qui non iurauit homagium, seu fidelitatẽ in manu regis, sed in manibus inferioris à rege, vtputa baronis: nam differt in sacramento dato in manibus regis pro feudo regis, & pro sacramẽto dato in manibus inferioris pro feudo, qđ habet à barone: & id quòd defertur regi dicitur ligium, quod baroni non est, nec dicitur ligium, & sic nunc loquor de vasallo non ligio duorum baronum habente feuda à duobus pluribusve dominis baronibus inferioribus à Rege, inter se bella gerẽtibus requisito vt illos adiuuet cum equis, cũ promiserat eos iuuare in iuramento homagii seu fidelitatis: quidam dicunt neutrum teneri iuuare cum insimul concurrant. c. i. i. q. i. l. quotiens. ff. de vsufructu. cum nemo possit duobus dominis seruire: & quidam alii tenent locum esse gratificationi. c. cum autem, de iur. patro. l. si quis in graui, §. cum omnes. ff. ad syllania. vel forte terminari. c. cũ sors. xxvi. q. ii. Quidam alii priorem dominum teneri iuuare, cui primo iurauit: & hæc opinio satis ratione comprobatur l. imperialem, de phib. alie. feu. l. ii. C. qui potiores in pign. habean. & l. operis. ff. locati. c. quia tua. l. distin. vbi habetur teneri primum iurm, & fidelitatem seruare.

20 † Et quidam alii dant consilium, quòd primo seruiat, cum persona, & aliis etiã si plures fuerint gradatim per substitutum, si hoc feudorum natura patiatur. l. i. & per Bal. ibi. C. de cad. tollen. in. §. fin autem: & hęc opinio satis ęqua est secundum Ioan. de Ligna. in lib suo de bello. Tu dic teneri illum tantum iuuare, qui iustum bellum mouet. c. i. xxiiii. q. vi. ibi enim non opem fert: tenet Bar. in l. si qs, ff. ad leg. Iul. maiest. & Bal. in vsib. feud. hic incipit consuetudo &c. Ad hoc faciũt not. per Doct. in c. in nostra, de test. & Petr. de Anchar. in c. i. de eo qui mitti. in poss. in vi. quòd si fuerint plures barones domini feudi inter se bella gerentes iustè tunc seruiet vasallus primo personaliter, & secundo, & aliis per substitutum gradatim vt supra non adiuuando iniustè bellantes per iura prædicta.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS. EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De inimicis occultis exercituum, & de eorum prouisione. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Hostium occultorum in exercitu, quanta sit habenda ratio.*

Ignorantia rei militaris est hostis occultus militantibus: & quantum nocuit Demetrio filio Antigoni Regis Frigiæ & Romanis.

Ignauia militibus nocet.

2 *Odia nocent Imperio: & de odio M. Antonii contra Cæsarem.*

3 *Inopia hostis occultus in exercitu, & de accelleratione Cæsaris à Dyrachio in Thessaliam ut Pompeium fugeret, & inopiam euitaret: & de obsidione Cæsaris per Pompeium. & nume. 4.*

5 *Lisander quomodo Athenas propter famem sine pugna habuit:*

6 *Desidia nocet sanitati animæ, corporis & salutis.*

Auaritiam tollit munificentia, & fames, per copiam frugum deletur.

Desidia per concordiam. Inertia & ignauia tollitur per exercitium frequens, & diligentiam.

Animosa uirilitas fugat timorem.

Pax & beneuolentia odium spernit, & nutrit amorem.

Ocium contemnit improbus labor.

Virtus inuidiam tollit, & ipsius sorores.

Continentiam negligit luxuriam.

Ars & patientia portat uexillum honoris in periclis & laboribus militaribus.

Duces exercituum hostes occultos opprimendo, facile uictoriam obtinebunt.

Epaminunda Thebanus qua arte induxit milites suos ad pugnandum contra Lacedæmonios. qui illorum uictores fuerunt.

7 *Tutius est hostes suos fame domari, quàm illos consumere ferro.*

8 *Humano sanguini inquantum fieri potest parcendum est.*

Lucullus fame superauit Mithridatem Regem Ponti, propter quam exercitum suum diuisit. & illum inordinatum Lucullus oppressit. & nume. 12.

Tigranus qui Lucullum noluit uincere fame, fuit à Lucullo uirtute superatus.

9 *Alexander magnus uictis per ipsum Persis & Cypro Marte. Regna multa cum Regibus sine pugna sub eius ditione sponte habuit.*

10 *Inuidia hostis est occultus & plures destruxit.*

De captiuitate Tigrani iunioris, & qualiter fuit ductus ad urbem in triumpho Pompeij.

11 *Sertorius quomodo superatus à Metello, capto frumento pro cibo exercitus Romanorum.*

13 *De prouisione facta per Lucullum superato Mithridate, ne exercitum suum fame periret.*

14 *Loca obsessa sunt hostes occulti exercituum.*

Deficientibus alimentis catholico exercitui curandum est arte habere terminatas inducias cum hostibus, ut necessaria habeantur.

15 *Fideles ad infideles arma & annonas portantes, præter pœnam canonicam, pœna Imperialis edicti sunt puniendi.*

16 *Leucadiæ ciuitas carens alimonijs propter Alexandri obsidionē illius ditioni se supposuit.*

17 *Imperio periculosius est amicis carere quàm pecuniis.*

Imperatores semper curare debent amicos facere, & antiquos conseruare, nec grauare populos, exemplo Scipionis.

18 *Scipio Aphricanus cur Masinissam restituit ad Regnum paternum Numidarum.*

Exercitus hostium cum præmitur ab hoste intrinseco quid sit peragendum ut sine ferro et pugna uincatur.

Ouidij natiuitas.

19 *Antonius qua arte multos Lepidi milites ad eius uotum reduxit.*

20 *Hostes tenere oppressos insidijs optimum est consilium in exercitu, & arte talis illos opprimere.*

Surina Parthorum rex quo actu Crassum superauit & occidit, & de consilio Artusiadis Regis Armeniæ dato Crasso ne iret in Parthiam nisi per Armeniam; & de Arimãdo Principe Arabiæ misso per Duces Parthi Crasso, ut illum proderet: & de morte Publij Crassi Iunioris, Planci & Censorini & aliorum nobilium uirorum à Parthis occisorum. & de morte ipsius Surinæ. & nume. 21. & 22.

22 *Iroides qua morte uitam finiuit.*

23 *Seditio in populo & exercitu pessima est, & causa multorum malorum.*

24 *Testes pro nobis & contra nos tres sunt Deus, conscientia & proximus.*

25 *Inimicus non admittitur ad testimonium, etiam in causa hæresis, criminis læsæ maiestatis et simoniæ.*

26 *Cautela pro reis ad impediendum torturam. & opponendum contra testes examinatos.*

Confessio in tormentis facta legitimis indiciis non præcedentibus, non nocet etiam si fuerit ratificata. & perseuerata. & nu 27.

27 *Iudices non debẽt esse faciles ad tormentandum reos & non admittentes appellationes à tormentis pœna ultimi supplicii, & cum infamia puniuntur.*

Tortura non requiritur cùm maleficium est legitimè probatum.

Tortura quare inuenta.

Fama sola non est sufficiens indicium ad torturam.

Testes malę famæ contra homines malæ famæ, dũmodo non sint eiusdem criminis socii, probãt.

Torqueri quis non potest etiam in crimine læsæ maiestatis, non præcedentibus indiciis legitimis.

28 *Confessio facta per reum existentem in fortiis indicis dicitur metu tormentorum facta. & æquiparatur confessioni factæ in tormentis.*

29 *Vasallus requisitus à domino ut ipsum iuuet contra patrem suum: uel iuuet patrem contra filium, an ad id teneatur.*

30 *Vasallus an teneatur sequi baronem suum uolentem ire ultra mare ad pugnandum contra Barbaros.*

Dominus tenetur ad sumptus uasallo sibi seruienti ultra mare arbitrio moderatas boni uiri.



1 ONSIDERATIO est maxima † habẽda occultorum hostium exercituum: quorum aliqui sunt interiores, & aliqui exteriores. c. paratus. xxiii. q. i. inter quos sunt vitia, ocia, luxuria, dissidia, inertia, timor, inedia, desidia, auaritia, odium, discordia, inobedientia, desertio omnis, & similia. Ignorantia rei militaris est hostis occultus ducibus, & militibus: quæ nocuit Demetrio filio Anthigoni Regis Frigiæ, & Syriæ: qui dum esset iuuenis, & inexptus, & absq; consilio expertorum, inexpertos habens milites innumerosi exercitus, superatus fuit in Syria à Ptolemæo Rege Aegypti; suis deprędatis regiis tentoriis, erga quẽ Ptolemęus fuit posteà vsus humanitate, & omnia sibi deprædata restituit liberaliter, illi inquiens se pugnare pro imperio, honore, & gloria, & non pro rebus mobilibus, quibus ipse non indigebat: quo audito per patrem Anthigonum respondisse fertur Ptolemæum pugnasse cum iuuene imberbe, & illum superasse inexpertum, sed in futurum pugnare habebit cum viris barbatis, & expertis. Et inde refecto exercitu per Demetriũ expertorum consilio senum, & contra Cilicem Ducem Ptolemæi, copias eduxit, & pugnauit, & illum vicit: & cœpit cum septem millibus militum, & illicò scripsit ad patrem Antigonum Demetrius de victoria habita, rogans ipsum, vt gratiam sibi facere vellet vtendi pręda per ipsum quęsita arbitrio suo, & pater fuit contentus: & Demetrius dono misit Ptolemæo Cilicem ducem suum cum reliquis captiuis: & de hac causa Ptolemæus bello, & liberalitate victus Syriam liberã reliquit Antigono. Obsidibus datis ꝑ quasdam vrbes pro fide Romanis in bello punico, volentes dictæ ciuitates rebel

lare à Romanis,& obſides ſuos liberare, arte procurarunt per Romanos mitti legatos ad componendum diſcordias finiũ vertentes inter vicinas vrbes:quæ poſteà retinuerũt Romanos legatos, donec fuerant liberati eorum obſides; & ſe poſt dedere Pœnis. Hoſtis occultus ignauia nocet militibus: Ideo Rex Cyrrus exercuit ſuos vno die ad incidendum nemus; & alio die iuſsit illos quieſcere, & bene paſcere delicatis cibis: interrogãdo illos ſi ſibi magis placebat labor externi diei, an hodierni; reſponderunt hodierni: & ipſe dixit prudenter quòd ipſi non poterint eſſe liberi,& beati, niſi cum patientia laboris, & exercitii vicerint hoſtes ſuos,& proprium corpus virtute.

2 † Odia nocent Imperio,pacato autẽ Marco Antonio,cum Cæſare Auguſto affinitate ſequuta inter ipſos: non potuit M. Antonius non odire Cæſarem ob ipſius immenſam,& ſplendidiſsimam virtutẽ, qua,ſua obſcurabatur exiſtens apud Cæſarem:& quidam Aegyptiacus erga M. Antonium dixit ſuam fortunam ex ſe ſplendere,ſed obſcurari eo exiſtente propè Cęſarem:& monuit illum ſe abſentari ab vrbe,& tali per ipſum accepta monitione iuit Antonius in Græciam, vbi multà digna peregit.

3 † Fœlici ſequuta expeditione Põpei contra Cæſarem apud Dyrachium, iuſſu Cæſaris ſparſis militibus ſuis per agros ordine ſibi arte dato,vt ſe in nocte reducerent ad certum locum ſibi datum: & inimicos pertranſeundo, Cęſar reductis ſuis accelerauit iter ſuum in Theſſaliã, vt vitaret inopiam hoſtem occultum ipſius exercitus:quibuſdam ex Pompeianis iudicantibus Cæſarem fugere, & illum inſequi,& quibuſdam aliis iam eſſe bellum finitum cum ipſo: & procurarũt nonnulli ex Pompei amicis redire ad vrbem firmiter tenentes bellum eſſe finitũ cum Cęſare:& nonnulli hac de cauſa nauigarunt ad Lesbon: vbi erat Cornelia filia Metelli Scipionis vxor magni Pompei,nuntiantes illi bellum eſſe finitum.

4 †Et prudẽter Pompeius iudicauit Cæſarem inſequi,& illum opprimi obſidione, & fame:& ſuperare illum ſine pugna,qđ feciſſet,niſi impeditus fuiſſet à ſuis conſultoribus,& à Senatoribus:quorũ conſilio impulſus fuit ad pugnam in campis Farſalicis ſolo Catone Duce claſsis, diſſentiẽte ſuo libello expeditionem armorum non fieri cum Cęſare,ſed illum obſidione,& inopia vincere ſine ferro.

5 † Liſander,vt Athenienſes obſiderentur ab hoſte intrinſeco famis, omnes Athenienſes,qui erant foris Athenas vt comederent fruges in ciuitate reconditas: & vt ipſi ciuitati poſteà deficeret, miſit ad ciuitatem illos minando,vt ſi ipſos reperierit extrà ciuitatem interimeret:& ita habuit Athenas ſine pugna, illos opprimente inopia, & inedia exercituum hoſte,& populorum acerrima.

6 † Deſidia nocet ſanitati animę,corporis, & ſalutis:ideò virtutibus intendentes vagari non debent perniciofis cogitationibus.c.nunq̃,de conſecra. diſtin.v. Iuxta illud. Quæritur Egiſtus quare ſit factus Adulter,impromptu cauſa eſt deſidioſus erat. Inertia, deſidia, ignauia, timor, odium,luxuria,auaritia,accidia,ocium, fames,vitium,deſidia, inuidia, & ignorantia,rei militaris tollunt honores, & gloriam æternam. Et hæc ab omni virili prudentia recta diuina ratione exulandæ ſunt. Nam auaritiam tollit munificentia,& fames per copiam frugum deletur, & deſidia per concordiam, inertia,ignauia,& deſidia tollitur per exercitium frequens,& diligentiam, animoſa virilitas fugat timorem,pax, & beneuolentia odium ſpernit,& nutrit amorem, & ocium contemnit improbus labor, & virtus inuidiam tollit, & ipſius ſorores, continentia neglixit luxuriam,ars,& patientia portat vexillum honoris in periclis,& laboribus militaribus: & niſi duces exercituum fuerint recti virtute hoſtibus occultis opprimentibus illos cũ exercitu ſuo peribunt, vel captiuabunt ab illis ſine pugna, & ferro: quia tales inimici occulti tollunt vires militibus, & equis martialibus, in tãtum ꝙ hoſtes hoſtire, & ſe ab hoſte tueri nequeunt. Prudens Epaminundas Thebanus cum

ſuis pugnaturus contra Lacedæmonios, inquit erga ſuos:qualiter Lacedæmonii decretum fecerũt, ſi fuerint victores, omnes Thebanos, & eorum filios, & vxores delere vſque ad vnum : & ſuos hac arte adeò reddidit inimicos Lacedæmoniorũ: contra quos ſtrenuè Thebani pugnarũt, & victores fuerunt.

7 † Et tutius eſt hoſtes ſuos fame domari, q̃ illos conſumere ferro, à quo eſt abſtinendum inquantum ſit poſsibile cũ omnes viæ ſint prius experiendæ antequã deueniatur ad illud, quòd reſeruandum eſt in omni negotio pro vltimo refugio, & deſperato remedio.

8 †Et inquãtum fieri poſsit eſt parcendũ humano ſanguini : nec tam parua ſit clades, quin pereat in ea aliquis ex vtraque parte bellãtium:Lucullus arte hoſte intrinſeco fame ſuperauit Mithridatem regem Ponti:qui ſatures ſuis non credebãt indigentibus, & ipſius duces: & ipſe Mithridates conſuluit Tigranum vincere Lucullum tempore, & ſine pugna, & ſanguine, impediendo, & tollendo ſibi alimẽta, & alia neceſſaria pro bello, & exercitu:pro vt contra ipſum fecerat Lucullus:ſed Tigranus ſuperbia eleuatus ſuorum multitudine lõga Armenorum, Medorum, Gordianorum, Adiebanorũ, Arbiorum, Albanorũ, & Hyberiorum ; qui paſsim ad ipſum confluebant ſanum pro ipſo ſpreuit conſilium: & tandem à Lucullo virtute fuit bello ſuperatus.

9 † Et victis Perſis per Alexandrum magnum Marte ſecundo Cyprum cœpit, & regna multa cum regibus ſuis ſine pugna, quę ſub eius ditione ſponte habuit.

10 † Inuidia hoſtis occultus, quam duces Attici habebant contra virtutem ſui Niciæ optimi Imperatoris: hęc pluries deſtruxit Athenienſium exercitum cum claſſe. Et inuidia Tigrani iunioris, quã habuit verſus patrem ſuum, incuſando clementiam magni Pompei, per ipſum vſam erga ſenem Tigranũ patrem ſuũ, cui pepercerat Pompeius, & illum regẽ reliquerat in Armenia : & ipſe voluiſſet ſe regem relinqui Armeniæ, & patrem ſuum captiuum duci ad urbem per Pompeium in triumpho : & vocatus ad cœnã per Pompeium reſpondit ſuperbè, non indigere, & ꝙ reperiet alium inter Romanos:qui erit ſibi in fauore:quem captiuari fecit Pompeius, & duci ad vrbem in triumpho.

11 † In bello Saguntino contra Sertorium, vt vitaretur fames hoſtis occultus tunc indigentibus frumento Romanis:quorũ quàm plures acie inſtructa miſsi fuerunt ad frumentandum;qui per Sertorium aggreſsi fuerunt, & mortuus fuit Mænius ciuis Romanus prudens, & egregius, & bellax, amiciſsimus Pompei, & in ipſa pugna fuit excellentiſsimus Dux Metellus vulneratus, & à ſuis defenſus: quorũ virtute, fuſi fuerunt Sertoriani, cum ipſo Sertorio duce ſuo: & victor permanſit Metellus retento frumento pro cibo ſuorum:poſt cladem Marianã, Mariani obſeſsi propter frumentum:quo Sylla putabat Marianos indigere, & abnndantiam tenebant factis horeis multis pro copia frumenti, & captiuos liberarunt à captiuitate ſibi inciſis manibus, & ſuis nuntiauerunt Marianorum opulentiam.

12 † Et Mithridates ſuperatus fuit à Lucullo obſidione famis:propter quam diuiſit exercitum ſuum, & illum ſparſum miſit quem inordinatum Lucullus oppreſsit.

13 † Et in fine regni Mithridatis paſſus valdè fuit, & ipſe Lucullus ab occulto hoſte famis ducendo exercitum ſuum per Bithiniam, & Gallatiam, & omnibus portantibus modium vnum frumenti in caſtro præmium magnum dabatur ob difficultatem habendi frumentum:quo remedio etiam tempore noſtro, quidam prudentes Principes vtuntur in principatibus ſuis tempore penuriæ:vt copia frugũ abundet in illis:& propter difficultatem habendi frumentum, mittebatur per Lucullum tria millia militum expertorum in bello pro ſcorta cuiuslibet ex gallatis portantibus unum modium frumenti: & inde capto per Lucullum regno Mithridatis, copia tam magna frumenti : abũdauit in caſtris ipſius:quòd bos vnus communiter vendebatur pro vna dragma, & captiuus pro quatuor dragmis

communiter

communiter venundabatur, & reliqua præda spernebatur à Lucullanis.

14 † Et maxima est prudentia summis extollenda laudibus in re militari: vt omnis uia, & ars experiatur, ne sanguis ferro fiat: & vt hostes sine eo, & pugna vincantur, arte sibi oppositis occultis hostibus: quibus obstãdum est virtute, & operari arte, & cura omni, ne suis necessariorum copia pro exercitu, & bello deficiat: & vt ipsis hostes indigeant, reducendo illos in sterilibus, & angustis locis, & ibi ipsos obsessos arte tenere: nam loca huiusmodi etiã sunt hostes occulti exercituum. Deficientibus autem alimentis exercitui catholico, curandum est arte habere inducias terminatas cum hostibus, ad effectum habendi necessaria ꝓ exercitu.

15 † Et omni studio est curandum per catholicos ne arma, & annonæ, & alia pro bello munimenta deferant ad infidos hostes ex locis fideliũ: & contra facientes absq; misericordia, & venia ulla sunt puniendi præter pœnam canonicam, pœna Imperialis edicti c. ita quorundam, & c. ad deliberandam, & c. significauit, extrà de iudæis.

16 † Acceptis autem per magnum Alexandrum oppidis confinium munitissimæ vrbis Leucadiæ: & ipsis arte annona priuatis ad effectum, vt oppidani ad vrbem confugerent, & illius consumarent alimenta: & arte tali ciuitas prædicta obsessa, carens post alimonia: se voluntariè posuit dictioni Alexandri.

17 † Periculosius est imperio secundum regulas militię carere amicis, q̃ pecuniis: Scipionis exemplo, qui semper curabat facere nouos amicos, & conseruare antiquos, nec grauare populos: sed illos beneuolentia, amore, & liberalitate in fide retinere.

18 † Masinissam Romanis amicum restituit Scipio Aphricanus optimus Imperator ad regnum paternum Numidarum, sibi etiam aucto imperio ex Regno Syphacis, iam Numidarum regis bello superati à Romana virtute: & probè fecit Scipio optimus maximus Romanorum Imperator, vt hostem vicinum palàm, & occultum haberent Carthaginenses, & illos contendentes de confinibus pro dicta causa: Scipio reliquit litẽ indecisam. Et cum hostium exercitus premitur ab hoste intrinseco: tũc est bellum differendum, vt sine ferro, & pugna vincatur: & licet victoria obtenta in hostes fame oppressos non sit tam honorabilis, vt est illa, quæ vi armorum comparatur, tuta tamen est, & certa, & sine effusione sanguinis, & morte: non aliter experta, nec tentata fortuna in bello dominatrice: quæ victores sępe reddit victos, & captiuos famelici hostis desperate pugnantis. Fugato M. Antonio à Cæsare Augusto pugnantibus cõsulibus Ircio, & Pãsa apud Mutinam, vbi Marte vterq; cæcidit consul die illa: qua natus fuit Ouidius Sulmonẽsis Poeta, vt ipse Ouidius attestat.

19 † Antonio post patiente inedia, qui arte indutus veste nigra, capillis, & barba incultis apud exercitum Lepidi concionando, multos Lepidi milites reduxit ad eius votum sua oratoria arte: & si cautus fuisset tunc Lepidus in faciendo sonare tubas, uox Antonii audita non fuisset, & ipsius exercitus partem nõ deuiasset: & ni Lepidus fuisset amicus Antonii non euasisset Antonius ab hoste occulto cum exercitu suo, facto triumuirato inter Octauium Augustum, M. Antoniũ, & M. Lepidum, orbe inter ipsos tres distributo: & demum in solo Octauiano post longum bellum permansit imperiũ. vniuersi Orbis.

20 † Optimum erit consilium in re militari hostes tenere oppressos insidiis; & illos in armis assiduo, vt debilitentur vires eorum labore, sudore, frigore, calore, & fame, & arte tali opprimentur, ꝙ accidere facile poterit: si nostri catholici milites cibo satures in armis fuerint ordine facto acierum: & hostes famelici steterint in armis ab hoste intrinseco oppressi, vel acie instructa militari, ordine cum suis armatis simulato, tenentibus vestes super armis, vt hostibus videãtur inermes: & vt inde commisso certamine delusi, & superati permaneãt callidi pru

dentia ducis. Vt Rex Parthorum Surina fecit cõtra Crassum: qué dolo, & insidiis superauit in apta planitie Parthiæ.
21 † Et si credidisset Crassus Artuasidi Regi Armeniæ Romanorum amico, quando accessit in tentorio Crassi, illum ritè consulendo, vt per Armeniam ingrederetur in Parthiam, offerens ipsi necessaria cuncta pro exercitu, & esse in eius auxilium cum equitatu armatorũ sexdecim millium; & peditatu triginta milliũ expertorum militum, & probè armatorum cum tuto itinere: & ꝙ non deberet aliò ire in Parthiam nisi per Armeniam: quoniam Parthia erat defensa à montibus asperrimis: & quòd se deberet abstinere à locis apertis, planis, & aridis Parthiæ ob maximum equitatus numerum: qué habebant Parthi: ne circuiretur ab illis; & Crassus benignè acceptauit oblata ꝑ regem, & illum licentiauit vt ad suum regnum rediret cum gente sua: quæ in castris iam conducta erat Romanorum suo aliter sancto non accepto consilio: cũ eius voluntas fuerit ire in Parthiam per Mesopothamiam, vbi maiorem partem habebat copiarum suarum. Post Parthici Duces insidiando Romanis Arimandum principem Arabiæ miserũt ad Crassum, vt illum proderet sinodica arte, pollicendo ducere illum per locum tutum, quem posteà induxit per loca plana, arida, lata, & arenosa, vbi indigebant aqua, & aliis necessariis Romani: & ibi q̃ plures ex gallatis: qui militabant cum Crasso siti, & calore impatientes perierunt: & vbi Parthi cum suo innumeroso equitatu circuire facillimè valerẽt exercitum Romanorum, vt factum fuit proditorè Arimando ad hostes posteà celeriter conuolato, vt Crassum circuirent reductum in lata, & arenosa planitie. Vbi Crassus plusquàm potuit laborauit, ne circuiri posset à lõgissima hostiũ multitudine ordinato Romanorũ exercitu in cornib⁹, in quorũ dextro posuit Cassiũ, & in sinistro Publium Crassum Iuniorem eius filium, duce se in medio reducto; scutatis circum circa positis: vt suis murus esset cõtra barbaros ordine post mutato spatiis quibusdam in medio eorum relictis in forma portarum, cibo accepto ꝑ milites iussu Crassi aciebus instructis propè flumen Balisum, & exercitum suum in ordines duodecim diuisit, & locauit, dando vnicuiq; dictorum ordinum turmam equorum pro subsidio, & societate, ne viui in manibus Parthorum accederent. Et contra Romanos per Parthos astu Surinę sui ducis, variæ missis cohortibus suis bene armatis cũ frondibus, & pellibus arma tegentibus, cum longis capillis, & fictis barbis longis, & incultis, cum sitis capillatis ne viderentur armati: & vt contemnerentur ab hostibus Romanis credentibus illos fore in ermes, & vt disiungerentur ab ordinibus insequẽdo Parthos, vt factũ fuit.
22 † Post occurrit Surina cum maximo impetu innumerosi equitatus, denso eleuato puluere arenoso valdè nocente Romanis, arma fortia lũga, & mediocra, aliaq; missilia instrumenta ferrea; totis exercẽtes viribus cum maximo sono magno rum tympanorum, & immensis clamoribus adhortus fuit Surina Romanos discopertis armis, innumerabilibus iactis sagittis, & fortioribus aliis missilibus multis, valdè nociuis Romanis, & fugiẽtes Parthi, & Scythæ Romanos vulnerabant in faciem, & pectus sagittis, & longis larissis, & aliis missilibus armis: quibus camelos tenebant oneratos insciis Romanis credentibus illos carere missilibus armis cum innumerosa traxerint. Publii Crassi iunioris, Planci, & Censorini, & q̃ plurium nobilium Romanorũ in conflictu mortuorum per Parthos hastis infixis, & ante Romanos portatis Crasso inquiente, O, Romani est faciendа per vos vltio magna pro morte tanti filii conciuis vestri, & in prælii ardore non se videntes Romani densitate pulueris: & sæpe Romani Romanos occidebant, credentes lædere Parthos hostes suos: & demum victus permansit Crassus: qui deniq; actu Surinæ sub spe pacis proditoriæ occisus, truncato sibi capite per manum Pomexarti Parthi: Irode Rege Armeniam tunc vastante, & bellan

te contra Artuasidem Armeniæ regem. Et post Surina caput cum dextra Crassi dono misit Irodi in Seleuciam vrbem; vbi Psilacus rex aderat in conuiuio: & inde Irodes inuidia ductus tantæ victoriæ Surinæ, ipsum Surinam occidit proditoriè. Et ipse Irodes idropicus existens, & non celer moriens dato sibi per fratrem eius filium proditoriè veneno: & videns frater patrem etiam non perire strangulauit illum more barbarico illorum videlicet. qui sine virtute, & gloria vlla viuunt, & moriuntur: & mali mores inter hostes occultos etiam numerant exercituum, & populorum.

23 † Orta seditione in populo, & exercitu, quæ est inter occultos hostes vt pestis mortifera populorum, & exercituum: quibus tumultuantibus tristi confusione seditionum ordine repente instructo acierum: & facta expeditione superabuntur inordinati exercitus, & populi obsessi in quibus vigebit confusio hostis acerrima belli.

24 † Tres sunt pro nobis, & contra nos testes videlicet. superior, interior, & exterior, Supior est Deus, interior est cõsciẽtia nostra, & exterior est proximus. c. inter, & c. peccatum. xxii. q. i. & c. iubemus, de consecrat. distin. i.

25 † Contingit in dies examinari testes maleuolos, odiosos palàm, aut secretos inimicos in causis inimicorum suorum: quæritur si sint hi idonei testes, & probent contra inimicos suos de iure; dic illos non probare, etiam si essent in causa heresis, & criminis læsæ maiestatis, & simoniæ, vbi infames, & inhabiles admittuntur: sed iura inimicos à testificatu huiusmodi repellunt, nec admittunt, neque illis fidem aliquam præbent, nec adhibent, tanquàm si non fuissent examinati. c. de crimine. xv. quæst. iii. & l. testium, ff. de test. c. in primis. ii. q. i. & per Bart in l. quæstionibus. ff ad leg. Iul. maiest. & per Alexan. in consil. cxxvi. in iiii. vol. & in consi. ii. in pri. volu.

26 † Et optima est quidem cautela pro reis ad impediendum torturam, vt petant sibi nominari testium nomina contra ipsos examinandorum, protestando se velle incontinenti probare, & seu in breui termino illos esse sibi inimicos capitales: & curia tenebitur ipsum audire, si illi iniustitiam facere noluerit: & tenebitur testium nomina, & terminum petitũ dare sibi, & aliter non procedere ad torturam per tex. in §. si quis dicat, authen. de test. & per And. de Iser. in const. reg. Siciliæ incipien. humanitatem col. pen. & si secus fieret, posit appellare: & si nõ appellaretur: tenebitur omnino iudex in foro fori, & poli. Et si reus fuerit confessus crimen in tormentis non præcedẽtibus legitimis indiciis, etiam si ratificasset: & in confessione perseuerasset: talis confessio omnino non tenebit, nec ipsi in aliquo præiudicabit: vt tenet Bar. & cõmuniter Doct. in l. de minore. §. si pluriũ. ff. de quæst. & d. And. de Iser. in tit. de tormen. in c. i. incipien. tormenta in lib. capitulorum Regni Siciliæ.

27 † Et sic iudices debent esse iusti, & sapiẽtes, & non tam faciles ad faciendum tormentari, & cruciari reos, & carnem humanam ob damnum irreparabile: quod procedit ex tormentis: vt probè dicit idẽ d. And. de Iser. in c. si iuste in tit. ꝙ recipiantur appell. à tormentis: vbi rectè puniuntur iudices: qui cõtrafaciunt pœna vltimi supplicii, & cum infamia qualitate attenta delicti. Et quando est probatum legitimè maleficium alia tortura nõ requiritur. l. edictum. ff. de quæstion. Nam inuenta fuit tortura, vt haberetur veritas, quando aliter haberi non possit nisi per torturam: sed quando aliter haberi potest per alias probationes, non est procedendum ad remedium torturę; ad quam nũquam deueniri potest legitimè, nisi illam pręcedant legitima indicia per not. p Bar. in d. l. de minore. §. si pluriũ, ff. de quęst. ubi dicit, ꝙ si reus non ligitimè tortus confessus fuerit per tormenta, & in sua confessione perseuerauerit, nõ tenebit confessio talis, nec reo pręiudicabit, neque nocebit: & per d. And. de Iser. in d. c. tormenta, & per Bart. in l. i. §. Diuus Seuerus. ff. de quæst. & in l. i. C. de confessis, & per Salyc. in l. ii. C. de cust.

reo. & in l. pen. ff. de quæst. & per Hipp. de Marſ. in l. i. col. vi. ff. de quæst. & per Glo. in l. maritus. ff. eod. & per Bald. in add. ad Spec. in tit. de confeſ. & per Fely. in c. qualiter, & quando, de accuſ. & in c. ad noſtram, de proba. & per Matth. Mathesilla in ſingulari ſuo. lv. Nec ſola fama eſt ſufficiens indicium ad torturã, tenet Bal. in conſ. cclxxv. incip. ad euidẽtiam: Et eſt notandum, ꝙ teſtes malæ famę contrà homines malæ famæ probãt, ſi non fuerint ſocii eiuſdem criminis, tenet Inno. in c. veniẽs, extrà de teſtibus.

Nec confeſsio facta in tormentis præiudicat reo indiciis non pręcedentibus legitimis etiam in crimine læſę maieſtatis: in quo quis torqueri non poteſt niſi ipſis præcedentibus legitimis indiciis. l. ſi quis alicui, & ibi Glo. Cy. Bal. & Saly. C. ad leg. Iul. maieſt. & per Ang. Aret. in tract. ſuo malefic. in verbo, che tu hai tradito la tua patria, & per Franci. Bru. in tract. ſuo de indiciis, & torturis in ii. col. ix. cartę, & per Bal. poſt Glo. in l. fin. C. de accuſ. & per Roman. in conſ. clxvii.

28 Et † ſufficit timor, & ſeu metus tormentorum ad probandum ꝙ quis fuerit confeſſus in tormentis: ſufficit quoque probare confeſsionem eſſe factam in carceribus; nam confeſsio facta per reum exiſtẽtem in fortiis iudicum, dicitur facta metu tormentorum, & æquiperatur confeſſioni factæ in tormentis: vt pluries cõſuluit Hippol. de Marſiliis magnus Criminaliſta, & maximè in conſ. xii. pri. vol. & in conſi. xviii. & in conſi. xxix. & in conſil. liiii. eiuſdem vol. conſi. ſuorum crimin. & in conſil. cxxiiii. & in conſil. cxxv. ii. vol. & in repetit. ſua. l. i. ff. de quęſt.

29 Quæro † de vaſallo requiſito à domino, vt iuuet ipſum contrà patrem ſuum, vel iuuet patrem contrà filium, an teneatur id facere: Glo. tenet quòd ſic in c. de forma. xxii. q. v. ad hoc facit Abb. in c. petitio, de iur. iuran. & dic, vt ibi per eum.

30 Et † an teneatur vaſallus ſequi baronem ſuum, qui vult ire vltra mare ad pugnandum contrà Barbaros, diſtinguẽdum puto: ſi baro eſt tam potens, & ſolitus bellare contrà Barbaros hoſtes infidos, tunc dico teneri, ſi natura feudi patitur, ſin autem non teneri: & iſtam quæſtionem firmat Ioan. de Lign. in ſuo eleganti tractatu de bello, & Paul. eius ꝓnepos ampliauit illam allegationibus pluribus: vbi allegat Bal. in c. i. in §. i. quo temp. miles inueſt. pete. debet in iiii. col. quòd ſi dominus vult volare vt fecit Dedalus, ipſe vaſallus nõ debet volare, pro vt fecit Icarus, qui cecidit ſecundum fictiones poeticas: iuxta illud Ouidii Poetæ. Icarus Icarias nomine fecit aquas. Et vnum ponit in prææallegato loco Ioan. de Lign. dominum teneri ad ſumptus vaſallo ſibi ſeruienti vltra mare arbitrio moderatas boni viri. l. operę. ff. de oper. libert. & l. penult. & l. qui vniuerſorũ, ff. de pignor. actione.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS. EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De Medela conseruandi exercitum. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Charitatis præcepta duo sunt, amor Dei & proximi. & in quocunque duce optimo exercituum esse debent, quibus & operibus bonis placatur Deus.*
De Horatij Coclitis charitate ut patria Romæ seruaretur ab Hetruscorum exercitu.
2 *De Charitate Cæsaris aduersus Opium militem infirmum.*
Corinthum Agislaus Rex noluit prædari ne suis dissiparetur exercitus.
3 *Pompeius uictis Albanis uolens ire uersus mare Caspium uariis repertis serpentibus, ut sui conseruarentur, retro uersus Armeniam minorem rediit.*
4 *Q. Fabij consulis mirabilis responsio filio dicenti locum quendam tuto capi posse: & in tali effectu peribunt pauci. tu noles esse de dictis paucis.*
Milites seruãdi sunt pro reipublicæ necessitate.
5 *Alexandri Magni dictum de milite frigore exinanito.*
6 *Milites inexperti non sunt cum infamia expellendi. sed eis data pecunia remouendi, exemplo Vespasiani Augusti.*
Exercitus per expertos milites conseruantur.
7 *Humili ex genere ortus aliquando gratia Dei exultatur. & aliquando nobilis sinistra fortuna humiliatur.*
8 *Principes illi laudandi sunt qui propria uirtute se, & suos, & patriam extollunt gloria. & illi quibus donata sunt arma & insignia ob factum egregium idq; multis exemplis comprobatur.*
9 *Principes uituperandi sunt, qui de alta stirpe nobilissimaq; domo orti sunt, & inde extiterunt ob ignauiam suam. vt de Cathilina, Sergio & Cætegis legitur.*
10 *Bellorum Reges & Magistratus quæ curare habeant pro conseruando exercitu suo à periclis & à malis.*
11 *Principes exercitus qualiter pro eo conseruando debeant hostes decipere.*
12 *Exercitus conseruatur hostes domando fame.*
Dux exercitus idem habere debet consilium contra hostes suos, vt medici erga infirmos.
Consilia senum in bello esse debent.
13 *Vt exercitus conseruetur urbes p̃dari nõ debẽt.*
Belli Dux quid agere debeat cùm casus sinistri in bello occurrunt, et ex suis aliqui aufugiũt. & adducit exempla Regis Tullij Hostili: Lucij Scillę & Cælij. & nu. 14.
15 *De Cynea qui medicinam docuit, ut Pyrrhus exercitum suum conseruaret.*
16 *Regẽtis exercitus est officium curare ne annona & alia pro uictu deficiant copijs suis, & ut milites infirmi & sauciati curentur.*
Regens exercitum cognitionem medelæ probosq; medicos habere debet.
Medela pro extrahendo ferro ex uulnere osso infixo. & nu. 17.
Et ibi habes alia remedia pro alijs uulneribus & egritudinibus.
18 *Remedia pro oculis calliginatis et offuscatis, & eorum uisu. & nu. 19.*
Eufragię uirtus, & nu. 19.
19 *Remedium pro sanandis moroidis.*
20 *Remedium contra dolorem capitis, frontis & oculorum.*
21 *De Marco Catone asserente medicos exulari debere ab urbe & necessariã non fore medinã.*
Exercitus quo in loco castrametari debeat pro militũ salute. & quomodo regentes se gerere habeant pro conseruando exercitu ab egritudinibus. & nu. 22.
22 *Exercitus quomodo sanus conseruari debeat.*
23 *Occidens ueneno fratrem suum condemnatum*

ad mortem. quæ pœna puniatur.
24 *Occidens ductum ad Iustitiam ut homicida puniatur, nisi hoc in mādatis superioris habeat.*
25 *Medicis consultis super uulnere an sit lætale qualiter standū, & quæ corū opinio præualere debeat.*
26 *Medici non approbati in studio Salernitano, non possunt in Regno Siciliæ artem medicam exercere.*
27 *Medici debent esse insignes, approbatæ artis & fidei.*
28 *Medici quot sufficiant pro faciendo relationem an uulnus sit lætale.*
9 *Medicorum ars est necessaria pro salute corporum humani generis, & excusatione citati infirmi.*
30 *Vulneratus uulneratum insequens & percutiens, an puniri debeat.*
31 *Vulnerans non tenetur de morte, si uulneratus facit se per incantationes mederi, et moritur.*
32 *Vulnerans de morte non tenetur, cum uulneratus dedit causam suę morti.*

1 VO sunt † Charitatis præcepta, amare Deum, & proximum, c. in scripturis, viii. q. i. hæc enim præcepta in quocunque optimo duce exercituū esse debent. Quibus, & operibus bonis placatur omnipotens Deus: qui vtitur misericordia in illos, qui sunt misericordes, & illis succurit altisimus in archanis diuino consilio suo in quocunque militari exercitio, & negotio. c. Abiit Iudas. xi. q. iii. Vrgente autem Hetruscorū exercitu Duce Porsena Rege; ne hostes ingrederentur vrbem magna fuit prudentia, & virtus charitatis Horatii coclitis: vt patria Roma seruaretur; nam armis onustus, & vulneratus non dubitauit audito pontis fragore cadētis dum incidebatur; & se pro aliis suis, & patriæ conseruatione in Tyberim præcipitem dare, & cadere cum ponte: & inde transacto fluuio ad suos gloriosè redire.

2 † Et Cæsar in itinere pluuiali hospitatus apud paruum, & vile tugurium; vbi erat lectulus vnus: quē iussit dari Opio infirmo militi, & ipse cum reliquis militibus dormiuit in terram antè dictum tugurium. Corinthum Agislaus Rex noluit prædari ne suis dissiparetur exercitus, inquiens prudenter ciuitates grecorum non oportere dextruere, nec illas in seruitutem ducere: & si peccant arte ipsas castigare, ne in futurum deficiant nobis adiutoria.

3 † Et legitur Pompeium magnum victis Albanis iuisse in Irchaniam versus mare Caspium variis repertis serpentibus venenosis, & vt sui conseruarentur per tres dies retro rediisse versus Armeniam minorem.

4 † Erga patrem. Q. Fabium consulem dicente filio locum quēdā capi tuto posse: & quòd in tali effectu peribunt pauci; inquit prudenter, tu noles esse de dictis paucis mortuis. Nam seruandi sunt milites pro necessitate maiori reipublicæ.

5 † Legitur Alexandrum magnum residentem ad ignem suis pertranseuntibus copiis glaciali tempore militem quendam cognouisse exinanitum frigore, consedere loco suo dixisse: & inde erga illum humaniter protulisse si in Persis natus esses, & in regia sella sedisse foret tibi capitale crimen, sed in Macedonia nato conceditur; O, gloriosum gestum in re militari, & mirabile exemplum tāti Regis, & ꝙ in Alexandri exercitu tam magno; vnus tantum fuerit miles exinanitus frigore, hiemali tempore: ne mirum fuit si ipse Alexander Macedonum Imperator magnus fuerit nominatus virtute ne dū sua; Sed suorum militum à patre suo Philippo rege exercitorum.

6 † Inexpertum, & indocilem militem iuuenem quendam ordine posuit Vespasianus Augustus, & illum vidit desertorem imperitia sua, absque infamiæ nota amouit, sibi data pecunia vt iret ad proprios lares, inquiens, exercitum suum conseruare expertorum dumtaxat militū suorum virtutem pro honore militiæ.

7 † Et si quis ex humili genere consul, aut Rex effectus fuerit gratia Dei vel de consule, aut Rege fuerit rector effectus sinistra fortuna, & tacito Dei iudicio; iuxta

illud Iuuenalis. Si fortuna volet fies de rectore consul, si volet hæc eadem fies de consule rector: Dionisii tyranni Syracusarũ Regis, & Anasii Regis Aegyptiorũ exemplo, qui cum à suis contenderetur de ipsius ignobilitate, vasculũ vnum qd' tenebat pro trulla ad turpe vsum, simulacrum ex eo fieri iussit: & poni in celeberrimo loco, vbi venerabatur à populo: si vasculũ illud veneretis inquit erga suos ad vilem vsum primò factum, & modo in celeberrimo loco positum: Ita de plebeo. Ego sum factus Rex vester, quæ verba induxerunt illum ad virtutem, & ad regis venerationem.

8 † Enimuerò sunt illi laudãdi Principes, qui propria virtute se suos, & patriã extollunt gloria: & illi quibus donata sunt arma, & insignia ob aliquod factum egregium: vt de Torquato, de Coruino, de Marco Cicerone, Coriolano, Cornelio, Scipione Aphricano, de Asiatico, de Numantino, & de alio Scipione, Achille Romano nuncupato, & apud Græcos quippè, & Romanos seruabatur militia pro honore, & gloria.

9 † Et illi sunt vituperandi, qui de alta stirpe, & nobilissima domo orti sunt, & inde extiterunt ob ignorantiam, & ignauiam suã, in dedecus suæ nobilitatis: vt de Cathilina, Sergio, & Cęthegis legit.

10 † Et habent curare bellorum Reges, & magistratus omnes, regentes milites, & populos: ne suis deficiant necessaria, nec illos ponere in discrimen fortunæ: sed eorum curare salutem studio omni, & diligentia: & licet pauci perirẽt, verecundia est magna regentis, nec vllus esse velet de illis paucis peremptis, & sic in ducibus esse debet charitas pro conseruando exercitus suos à periclis, & à malis, facta prouisione eorũ salutis tam pro animabus, quàm pro corporibus.

11 † Et medela est exercitus, vt sui Principis ingenio decipiantur hostes reducendo illos in foueas, cauasque, & insidias, primò præparatas occasione locorum: & tam in latis, quàm in arcto, & aperto simulando fugam, vt hostes cadant in foueas arte copertas.

12 † Conseruantur quoque exercitus hostem domando fame, vt Cæsar dicebat, & ꝙ dux exercitus debebat habere idem consilium contrà hostes suos, vt medici erga infirmos, & hostes propriis eorum virtutibus, operibus superari debent, iudicio Domitii Carbuli prudentis Imperatoris, consilia senum esse debẽt in bello: vt Imperator in l. Paulus firmabat ꝓ conseruatione reipublicę, & honore gloriosè militiæ.

13 † Et medela est conseruandi exercitum non patiendo ita passim prædari vrbes, ne cum pręda dissoluatur exercitus: qa milites cum præda oppulenti affectant discessum ab exercitu. Et si quid occurrerit sinistri casus in belli ardore, & ꝙaliqui ex suis aufugissent, poterit princeps vti exemplo regis Tullii Hostili, & Lucii Syllæ: qui dum prospexissent partem suæ gentis aufugisse ad hostes: & ne sui deficerent in pugna, illis placido, & læto vultu propalarunt gestum fuisse ex ordine suo: & ita suorum animos ob hoc turbatos reconciliarunt, & adeò accreuerunt eorũ audaciam, ꝙ victores permanserũt: & alia vice Sylla certis ex suis missis ad explorandum, qui truncati ab hostibus fuerunt, ne sui timerent, inquit, illos se misisse ad hostes dedita opera vt interficerentur: quia pluries transfugare voluerũt, & ꝙ reperit illos sibi fuisse infidos cum comminauerint se fore breui fugitiuos, & transfugas: & magis voluit per hostes puniri, q̃ per suos derimari.

14 † Conductis lignis pro vallo suos cõseruauit, & vallum Cęlius primopilaris, fictè ꝙ indigebat lignis pro vallo missis suis ad furandum ligna, & dum hostes capere ligna prohiberent Romanis sparsis, incisis troncis occupari vallum suum firmauit Cęlius arte tali, liberalitate Stutillum nobilẽ equitẽ retinuit Q. Fabius Maximus in exercitu, sibi donato equo, vnà cum summa quadam pecuniarum, & pariter donis Philippus Rex Macedonum retinuit in exercitu suo peritiam virum fortem, & prudentia ducum prædictorum illos habuit fideliores.

15 † Et pro medicina exercitus Pyrrhi, do-

cuit Cyneas Pyrrhum Regẽ vt deberet vitare Idram serpentem incolentem paludem Lerniam: quem victare poterit nõ pugnando cum Romanis, qui superari non possunt potentia, & virtute sua diuina, dissuadendo ne bellum gereret cũ Romanis si suum exercitum conseruare voluerit, aliàs victus tandem permanebit ab illis, & sine exercitu, quem conseruare deberet pro tutela Imperii sui: videns Romanos duplicasse exercitum Albino duci, & consuli suo.

16 † Ducum nempe est officium pro cõseruando exercitum suum curare ne annona, & alia pro victu, & bello necessaria deficiant copiis suis: & vt infirmi, & sauciati milites curentur. l. officium. ff. de re militari. Optimum est in re militari habere cognitionem medelæ, & probos, longeuosq; medios, ac expertos tenere pręmiatos in castris suis: & si quis militum fuerit vulneratus missilibus armis videlicet telo spiculo, aut sagitta, & ferrum remanserit in vulnus osso infixum, vt fertur contingisse Anchisiadi Aeneæ, vt cantat Poeta. Hin Venus indigno nati concussa dolore, Dittamum genitrix, Crateo carpit ab Ida puberib⁹ caulem, & florem comantem, Purpureo non illa feris in cognita capris, Graminacũ tergo volucres ęsere sagittæ: Ambrosiæ succus, & odoriferam panaceam: Fouit ea vulnus Lympha lõgeuus Iapis: Ignoras subitoque omnis de corpore fugit: Quippè dolor omnis stetit, immo de vulnere sanguis: Iamq; sequuta manũ, nullo cogente sagitta: Excidit atque nouæ rediere in pristina vires.

17 † Et si vulnus huiusmodi sanari non potuerit, proderit sumere repente cinerem hirundinis in olla combustæ cum aceto; & murem similiter disectum, & super impositum cum farina facta ex semine lini cum radice cucumeris siluestri, & virtute magistra cadet illicò ferrum: Lingua vulpis cum oleo cõmuni decocta, & vt spongia effecta, & super vulnus imposita prodest vt ferrum repente ex osso infixũ extrahatur. Massillarũ apri cinis prodest habentibus ossa fracta, & cõsolidat illa arte magistra. Et optimum est id, & præsentaneum remedium habẽtibus costas fractas: quibus etiam prodest fimus caprinus cum vino veteri. Et ex his remediis vulnera quoque aperiuntur, & ex illis extrahitur ferrũ, & sanatur sauciatus, cuius sanguinem ex vuulnere sistit puluis olibani, cum pilis leporis, & oui vitello facto emplastro, & super imposito: Prodest de per se aloes puluis, vel acetum forte vndecunque fluat sanguis illum sistit, Et frigida aqua etiam de per se retinet sanguinem: & si infusa fuerit panno lineo inuoluto collo, sanguinem retinet exeuntem ex naso. Et si ex brasica decoctione trita imposita fuerit foueantur vulnera vetera, aut recentia mire sanantur. Sanatq; vlcera, & vulnera vermes, quos cossos vocamus in ligno nascentes. Et ombelici in terra orti vermes conglutinantur vulnera recentia, & neruos præcisos sollidant illitos vnguine tali infra septimũ diem vt firmat Democritus Grecus Chirugius: quos in me le conseruari mandauit. Inflaturam sanat, seu contusionem exictu factam trita cicuta, & absintium quoque prodest calefactum super lapidę cum aceto infuso. Prodest ad suspirea acchilea mille foleum maius dicta, quæ proficua fuisset Virgilio Mantuano Poetarum Principi: qui tali morbo vt legimus paciebatur. Nam hæc ad vmbram desiccata, & in puluerem facta, & aceto potata prodest valde pręcipitatis ex alto; vt sępe contingit militibus expugnantibus vrbes, & vulneratis, & aliis pacientibus diuersis egritudinibus: vt accepimus ex variis auctoribus. Fumus cimicum prodest patientibus difficultatem mingendi super carbone ignis impositarũ, ita ꝙ illicò minget per testiculos, & nerui virgam talis fumi sentito fetore; vt in libro de potentia Dei firmat beatus Petrus Damianus Rauennas olim Cadinalis sanctæ Romanæ Ecclesiæ: qui etiam dicit fumum prædictum facere irundines euomere sanguinẽ, & illicò relinquere morsum: & plus ibidem scribit ꝙ expelle colubris, & seu anguis decocta in feruenti oleo oliuæ au

rium

riũ mirabiliter tolli dolores: qđ optimũ est pro militibus solitis dormire in terram, cuius frigus, & humiditas, vel galearum pondus, & frigiditas ferri generant illis dolores aurium, & capitis, cui prodest acetum panno lini infusum, & impositum super frontem. Et si ex causa prædicta contingerit aures obturari, & murmurari more grabronum; panis cocti calidi recepta molena, & inde post in auribus posita aperientur aurium meatus, & porri optusi: ex quibus aqua proueniet, quę abstergatur bombice musca to in auribus imposito, & ibi relicto: & Dei gratia talis aurium dolor intensus, & murmur cessabit: & propter talem calorem restituetur auditus facto experimento.

18 † Pro oculis, & eorum uisu prodest eufragia, seu herba lucida abiecta radice in vmbra desiccata, & puluerizata in quantitate nuius mediæ nucis, vel vnius coclaris cum vino albo potata, aut cum me le in modum electuarii sumpta omni mane ieiuno stomacho, & valde proderit obscuritati, & seu caligini oculorum, uisumq; mirificè clarificat, & memoriam reparat, si sumpta fuerit quadraginta sal tem diebus continuis. Et legimus hoc fuisse expertum in senibus decrepitis multis, carentibus visu oculorũ: quibus gratia Dei fuit restitutus visus remedio, & seu medicamine tali.

19 † Et si herba pdicta fuerit posita in musto vuæ vinum clarificat, & conseruat, & curat rupturam à putrefatione, & absque incisione sanat moroidas, & strin git sanguinem ex quacunque parte pro fluentem corporis. Prodest & fel galli, & celidonię succus ad accuendum visum si incorporatum insimul fuerit, & optimũ fiet collirium cum dragma vna melis, & vntia aloes, ac camphorę tribus vntiis, & totidem aquæ rosarum, & feniculorum, & verbenæ insimul iunctis ad ignem facta aqua lambicata, & inde caute seruanda, & in oculis ponenda pro eorum visu, & accumine. Electuarium etiã fit pro oculis sumpto semine apii, feniculi foleis, & rutæ, verbenæ, & brithonicæ cum grano iuniperis, camederios, pimpinellæ oncias duas sumendo, & saluiæ vnciam vnam; & duas eufragiæ, & totidem montani syllaris, & celidoniæ minutæ, vncias tres, cum dragma vna cum dimidia cinamomi, nucis muscatæ, gingeberi, geduarię, piperis longi, mazæ, garofalorum vncias duas cũ dimidia, tres enolæ dragmas, & sex melis. Prodest ex se enolo visui, prodestq; calliginatis, & ostuscatis oculis: album vinum aqua vitis, & aloes apaticus pistis infusus albo vino: & probè incorporatus in vna vrna vitri optimè obturata positus: & optimum ex his fit collirium proficuũ ad sanguinẽ, & obscuritatem caliginosam oculorum.

20 † Prodest & tritus aloes cum vitellis ouorum contra dolorem capitis, frontis, & oculorum: prodest britonica trita super fronte posita, & mixta fimo columbicũ forti aceto: q ex se etiam prodest super frontem positum pro dolore oculorum, & capitis. Sinapis, & ruta æqualiter sumpta cum mele, & cera super panno lini posita, & super frontem illinita ad lippitudinem prodest oculorum rubeorũ sæpe lachrymantiũ: quo morbo legimus laborasse Horatium poetam Venosinũ: qui inter poetas Lyricos, & Satiricos obtinet principatum: hic fuit amicus Virgilio laboranti suspiriis, in quorum medio dum sederet Octauianus Augustus poetando cum prędictis: & cum tunc fuisset interrogatus à Mecęnate superueniente, quid faceret Augustus, ipse illi iocose respõdit se sedere iter lachrymas, & suspiria, intelligendo de Horatio, & de Virgilio respectiuè pacientibus dictis morbis.

21 † Marco Catoni displicebant medici, asserendo illos esse carnifices, & homines sæpe occidere impunè: & contrà ipsos orauit in Senatu asserendo illos exulari debere ab Vrbe, & necessariam non fore medicinam affirmabat improbè: & librũ scripsit contrà infirmitates, ad reddendũ sanitatem infirmis: quos ieiunos stare nolebat, dando sibi pro cibo caules, betas, palumbos, anates, & lepores: & illos ita saturos tenebat, quæ res faciles erãt pro

ſtomaco,& ad digerendum, & his ſomnia perſæpe inducebantur. Conſeruatio enim & medicina ſalutis exercitus eſt,quòd ſui inclyti duces caſtrametētur cum ipſo in loco tuto, & ſano, fugiendo loca padulоſa, & ſubiecta aquis, & vetis nociuis corporibus humanis:quod facilè vt aliàs dixi cognoſci poteſt per ſitum, & colores inhabitantium nō dando cauſam futuris infirmitatibus propter inordinationes,operando vt milites dormiāt ſub tentoriis,& vbi ſit copia bonarum arborum, quæ faciunt vmbram militibus æſtiuo tempore, & vbi ſit copia lignorū pro vſu belli,& exercituum.& ꝙ nō itinerentur per æſtiuos calores,ſed de mane, & de ſero, niſi neceſsitas impelleret illos alio tempore meare. Et legitur in regno Babilonis homines dormire ſuper vtribus aqua plenis propter magnū calorem. Et ꝙ de hieme dicta ceſſante neceſsitate non itinerentur per niues,& glacies,& gelu ſine ignis cōmodo,& debitis neceſſariis veſtibus, nec bibere aquas cenoſas,fetidas,& fetentes, ſalitas, aut venenoſas,curando infirmos cū omni ſtudio,& diligentia vt ſanentur: quia non eſt remedium pro duce quando pro hoſte habet infirmum exercitum ſuum, & habet pugnare cum hoſtibus ſuis validis.

22 † Et nihil eſt vtilius ad conſeruandum exercitum ſuum in ſanitate, quātum ſit aſsiduum exercitium caſtrametando in locis tutis,& vbi hoſtes non poſsint impedire victum,& alia neceſſaria pro exercitu, & bello, conſiderando optimè locorum naturam,vbi caſtrametari contingerit: & vbi hoſtes reſideant præcogitādo: quę ſint futura, & illis prouidēdo ne ſuis deficiant annonæ, mutationes, & alia ꝓ exercitu,& bello neceſſaria,& quòd non diſcipentur, vel ab hoſte tollantur inſidiis,conſeruando illas in tuto loco, illas ordine diſpenſando militibus: vt hoſtis occultus fames vincatur virtute,& prudentia incliti ducis bellorum experti.

23 Quæro de caſu: † Miles quidam de Melphio habēs fratrem ſuum carceratū iam primò bannitū,& foriudicatum: qui veniebat decapitandus pro delicto,& ne vituperaretur eius parentela eidem in cibo dedit venenum,& mortuus eſt dictus carceratus,& inde fuit captus miles prædictus:an puniri debeat,& qua pœna,fui ego aliàs conſultus de premiſſo caſu in contingentia facti:& cōſului dictum militem vti paricidam debere puniri ſecundum d. Ioan. de Anania in c.cum iuramento,in vlt.col.& in c.i. & ii. extra de ſortileg.& ꝑ Ioan.de Imol.in l.Publius. ff.de condict.& demonſtrat.& per Bal.in l.fin.C. de malefi.& mathema.in l. fidei commiſſa. ff.de leg. iii. & in l.i.C. vnde ui, & per Paulum de Caſtro in conſi. cxciii. & per Bar.in §. arripiat, authen. vt omn.obedi.iudi.ſuis,& per Ioā. And. in add.ad Spec.de accuſat. in §.ſequitur, & in add.magna:& ita fuit iudicatum,& executum iuxta conſilium meum.

24 † Et iure quoque cautum eſt, ꝙ ſi quis reum occiderit ductum ad iuſtitiam puniri debet de homicidio, ſcilicet pœna leg. Cornel.de ſica. etiam ſi dubitaretur per familiam curiæ illum ſibi tolli per viam ab amicis condemnati,illum familia curiæ non poteſt impunè occidere, niſi hoc habuiſſet in mandatis à ſuperiore de occidendo ipſum in dicto caſu, ſecundum Bal. in l.fideicommiſſa, & in d. l.fin.C.de malefi.& mathem. & in l.addictos,C.de epiſco. aud.& Alexan. in l. iii.§.transfugas.ff.ad leg. Corne.de ſica. & per Bar. in l cuiuſque, ff. ad leg. Iul. maieſt. † Quæro de alio caſu occurrenti per dies, an ſtetur relationi medicorū circa infirmitatem, & qualitatem vulnerum,ſi ſint lætalia,vel non lætalia, & an vnius tantum medici, vel plurium, dic plurium expertorum, & approbatorum medicorum fide dignorum, habetur per Bar.in l.i.in §.eadem, ff. de verb.obliga. & in l.ſemel.C.de re mil.lib.xii.ad hoc facit Gl.in c.ego ſolus.viii.diſti. & Spe. in titu.de homicid.in § i. Vbi habetur quòd ſtatur voto, & relationi paucorum peritorum, & non voto plurium imperitorum contrarium aſſerentium: vt firmat Ludouicus de Vrbe in d.l.i.in §.fin. ff.de verb.oblig.& Ant.de Butr.in c.propoſuiſti,de prob.& Matthæ.de Afflict.in prima deciſ.ſui lib.deci.cōſilii Neapolis. 25

26 †In Regno Siciliæ si medici non sunt ap probati in studio Salerni, puniuntur pra ticantes, medentes, aut consulentes cum salario, vt in constit. dicti regni incipiente quisquis: & in const. incipiente vtilitati, cum sequenti in tit. de probabil. exper. medi. & vt nullus audeat praticare nisi in conuentu publicè magistrorum Salerni sit approbatus, vt in consti. incip. quia de medicis lib. iii constitutio num prædicti Regni.

27 †Medici debent esse insignes, & approbatæ artis, & fidei: vt in d. l. semel. C. de re mil. & in §. ꝙ autem, authen. de nō alien. arg. l. i. ff. de vent. inspic.

28 † Et quot medici sufficiant pro faciendo dictam relationem, dic duos sufficere, & plures si haberi poterint: & si plures q̃ vnus haberi nō possit, illius tantum medici approbati sufficiet relatio, arg. §. ꝙ autem dictum nobis, authen. vt lic. matr. & aui. vbi si tamen adest, & per Andr. de Iser. in §. prætereà, in tit. hic finitur lex, incipiunt consuetudines, & Lucas de Pen. in l. cum allegatis. C. de re milit. lib. xii.

29 † Medicorum ars est necessaria, vt in ecclesiastico capitulo xxxviii. pro salute corporum humani generis l. i C. de uar. cogni. & C. de profess. & med. lib. x. Et pro excusatione citati infirmi propter impedimentum infirmitatis statur relationi in Regno Siciliæ vnius medici approbati, secundum distinctiones ꝑdictas.

30 † Quæro si vulneratus sequitur vulnerantem, & illum percutiat, an puniri debeat: dic ꝙ sic. l. si ex plagis. §. i. & l. qua actione, ff. ad leg. Aquil. & an puniatur vt dolosus, vel vt culpabilis habetur per Ioan. de Lign. in lib. suo de bello in c. cxviii. & ibi me remitto causa breuitatis.

31 † Quæro de vulnerato, qui se fecit mederi per incantationem, & mortuus est, an teneatur vulnerator de occiso, vel de morte, dic quòd non: quia incantator nō est medicus: & de iure diuino, & humano est prohibita incantatio: pro quo facit tex. in l. obstetrices, ff. de var. & extraordin. cogn. & per Ioan. de Anania in rub. de magist. & idem consuluit Sozi. in cons. clxxviii. incipiente primo aspectu.

32 † Neque vulnerās tenetur de morte vulnerati, quando vulneratus dedit causam suæ morti, & per medicos noluit mederi, vel illis fuit inobediens: aut imperitos medicos accepit: ad ꝑdicta facit not. per Fely. in c. presbyterum, & in c. significasti, el. ii. de homicidiis.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

An uicti hostes sint prosequendi. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Hostes fugientes ad montanea & nemorosa loca qua'iter sint persequendi: & quid agendum ut in illos plena uictoria habeatur. nu. 4.*

2 *De Scipione insequente in Aphrica regem Cæphacem, & de captura ipsius Cæphacis.*

3 *M. Marcius qualiter aggressus fuit in Hispania Carthaginenses & illos rupit in obscura note.*

5 *Pompeius ne ciues Romani hostes secreti persequerentur: literas Sertorio missas, quibus concitabatur ut in Italiā ueniret, sibi præsentatas, ne legerentur mandauit concremari.*

Cæsar uicto Pompeio capsam epistolarum ciuiū sibi inimicorum præsentatā combuxit, ne odio

prosequerentur.

6 Hostes an & quando sint prosequendi dimissa præda: & ibi exempla habes. & nu. 9.

Militia stat in experientia, & longo exercitio perficitur.

Hostes fugientes non sunt pertinaciter prosequendi. ne fortuna contraria fiat.

7 Mora nocuit ducibus & militibus quantumcunque uictoribus auidis capere prædam.

Annibal positis insidijs, sine scorta thesaurum misit, & hostes cupidos præda deleuit.

8 Antigonus simili fraude decepit & occidit Gallos præda delectantes.

Victores pro victoria in lætitia sparsi, facile uinci possunt.

9 Crasso quantum nocuit auaritia, & Camillo profuit munificentia.

Agislaus Rex Lacedæmonius in Phrigia præda oneratus ab hostibus se defendit, & tutus cum ea abijt.

10 Præda per milites quæsita in bello, penes se existere debet vt pro ipsius defensione & victoria magis obstinatè pugnent.

11 Mithridates bello pulsus à Lucullo, sparsis Mithridaticis nummis ante Romanos milites illum insequentes. & inde dimorantes in colligendo pecuniam, euasit.

Similiq; arte se saluum reddidit Triphon Rex Siriæ, & Tigranus Rex Armeniæ.

12 Philippus Rex victus per Romanos in bello, qua arte se & suos seruauit.

T. Didius quomodo Hispanos deuicit.

13 Abeunte in fuga celeri hostili exercitu, quid operandum ut facilimè hostes superentur. & num. 14.

15 Negligentia est hostis in bello. quæ nocuit Asdrubali, & profuit Claudio Neroni diligentia: & ibi habes alia exempla.

Diligentia quantum prosit in re militari.

Actum nihil est, cum aliquid superest agendũ.

16 Celeritas profuit pluribus Romanis Ducibus: & pluribus ex eisdem profuit cunctatio, arte usa Palladis:

17 Virtus in militia regnare debet exulato uitio.

18 Duces exercitus assiduo curare tenentur carpere ex hostibus in fugã uersis, ne reintegrẽtur.

Fortunæ dominium & potentia.

19 Eluetij quomodo in deditionem Cęsaris peruenerunt.

20 Sertorius qua arte cumulauit exercitum contra Pium Metellum, qui illum in loco montano reductum obsidebat.

Afranius Legatus Pompei Parthos fugauit molestantes regnum Tigrani in Gordiana. & illum fuit prosecutus usque ad urbem Albieleticorum.

21 Agislaus qua arte in Sardos magnum exercitum congregauit.

Militare propter prædam est peccatum.

Expeditione finita, & victoria integre potita, Deus est laudandus. deinde præda inter milites distribui debet, exemplo Othonis Imperatoris.

Præda illicita subiacet furto & restitutioni.

Præda pro iniusta acquisitione sæpe capitur.

22 Emptores prædarum captarum in bello, an teneantur illas restituere, si pactum sit bello finito prædas ab utraq; parte factas restitui.

23 Duces belli diuisa pręda tenentur laudare Deũ ut in bellis futuris, eius præsidium cum militum virtute non deficiat sibi.

Imperatores belli vincere uolentes & regnare, quomodo erga captos & subditos se gerere habeant.

24 Tiana ciuitas qua artè capta per Aurelianum Imperatorem.

25 Milites auari & cupidißimi præda, qua arte à ducibus suis ad bellum incitari debeant.

26 Prædę ab antiquis pro publico detinebantur, & quare.

27 Quęsita in bello iusto. iustè detinentur.

28 Cadauera in bello mortuorum sepelliri debent.

29 Fidelibus plus prodest in loco sacro sepelliri q̃ in non sacro.

30 Pompeius militibus cesis contra Mithridatem duce Tinario sepulturam dedit.

Lucullus quòd non fecerat mortuorum cadauera sepellire fuit inculpatus.

31 Agislaus Rex post expeditionem contra Thebanos & Arginos, mandauit occisorum cadauera sepelliri.

1 RTE victit fugiẽtes hostes in locis nemorosis, & mõtanis, vbi facile conseruari possint. Vtile erit sibi arbores, incidere, & ita incisas per transuersum limitum, & viarũ prohibere vt iter

impediatur persequentibus illos, fodiendo vias, illasq; rumpendo, & cauando passus, ripasq; aquarum, & pontes fluuio: ũ incidendo, & materiam spargendo, iter impediẽtem equis, & hominibus, si temporis, & loci commoditas aderit.

2 † Scipio dum in Aphrica irrupisset Carthaginenses, & Numidas Cæsface, & Asdrubale ducibus: dũ illos victoriosè insequeretur, ne spiritum caperent, de nocte per Masinissam, & Lelium Cornelium insequutus fuit hostes, vt plena habeat victoria demum conuerso Cęphace rege Numidarũ in Romanos psequẽtes, iterũ aciebus instructis pugnatũ extitit, & captus fuit Rex Cęphax, & ductus captiuus ad Scipionem, qui cum ipso probè fuit consultus circa littora: & illum secũ duxit ad vrbem cum triumpho.

3 † Et M. Marcius eques Romanus sequuta in Hispania Scipiadum morte, de nocte cum reliquis Romani exercitus insimul congregatis fuit aggressus Carthaginenses tale factum inopinantes: & illos rupit in obscura nocte.

4 † Et ut plena habeatur victoria in hostes fugientes ad ruposa, & nemorosa loca, consilium erit, vt illicò rapacissimi equi mictantur ad dicta loca, anteq̃ illuc accedant hostes ponendo illos in medio: & ita plenam victoriam reportabunt.

5 † Et ne ciues Romani, qui hostes secreti fuerunt Pompeio magno persequerẽtur: sibi pręsentatis per M. Perpennã literis plurium senatorum Sertorio missis: quibus incitabatur, vt in Italiã veniret cum exercitu, illas prudentissimus Imperator Pompeius nõ aspexit, sed ipsas concremari illicò mandauit, & idẽ fecit sapiẽtissimus Imperator Cæsar victo Pompeio: capsam epistolarũ ciuiũ sibi inimicorũ præsentatã cõbuxit, ne legerentur, & inde persequerentur odio: sed omnibus clementissimè pepercit Cæsar iniuriarum immemor diuina virtute sua.

6 † In arbitrio tamen stat Principum Palmariorum prosequi, vel non prosequi victoriam, & hostes ipsos, considerando loca, tempora, & pericula, quæ euenire possent, opportunitatemq;, & commoditatem suorum, victorieq; qualitatẽ, & amicorum virtutem, & hostium experientiam, multitudinem, insidias, & necessitatem: Nam ars gloriosæ militiæ stat in experientia rerũ magistra, & lõgo exercitio perficitur. l. ii. ff. de orig. iur. Et cũ plures sint casus, q̃ leges, ideo est optimũ scire præteritorum temporum historias, & documenta, vt certa sit disciplina futurorum. Fuso Asdrubale per M. Luciũ Romanum consulẽ volentibus suis prosequi hostes, & illos perdere vsq; ad vnũ, responsum fuisse prudẽter, legimus multorum ducum sententia esse scriptũ necesse fore, vt aliqui hostium supersint, vt aliis valeant nunciare victoriam nostrã: Et similiter docuit Pyrrhus non esse tollẽdos hostes vsque ad omnem perniciẽ: & capta per ipsum ciuitate Romanorũ amica portis clausis, & fortiter præmente necessitate ex desperatione dimicante populo viam illi ad fugam prudentissimè dedit. Prudentia est quandoque hostes victos fugientes prosequi post terga dimissa præda, argumento l. minores. ff. de excus. tut. facto edicto ne sui milites tangant prædam pro maiori gloria, uictoria, & honore; quia sæpe contingit hostes fugere, & arte prædam post se relinquere victoribus insequentibus illos, vt morem faciant in capiendo, & colligendo illam: & vt fugientes habeant spatium fugiendi: & tunc est sequenda victoria antequàm hostes in fuga pauidi existentes capiant spiritum: plus enim laboris est in spoliandis hostibus, quàm in vincendo illos, vt in Armenia dũ bellaret Lucullus dixit erga suos, & Fimbrianos milites. Propter prędam militum Bruti, & Cassii insequẽtium illam, Cassius, & Brutus victi permanserunt à Cæsare Augusto, & ab Antonio: q suos sparsos in fuga recollexerunt, & illos instruxerunt in aciem: & facta bina expeditione victi fuerũt Brutus, & Cassius. Damnatur Brutus, qui pmiserat dare in prædam militibus suis, & Cassianis ciuitates Thesolonicam, & Lacedęmonem per ipsos deprædandas: sed Dei prouidentia remouit mala mortalium vota: quia ipsi

remanſerunt victi ab Auguſto, & ab Antonio. Et prudens Rex Pyrrhus inqt non eſſe hoſtes fugientes pertinaciter perſequendos, ne fortuna inſtabilis, fieret contraria: & vt pugnandi locus commodior eſſet.

7 †Mora nocuit Annibali ſequuta victoria apud Cannas dimoranti in Apulia, & Capua, Arbalis ſpreto conſilio magiſtri ſui equitatus; qui conſulebat Annibalē tunc ire ad vrbem caput belli, ſubiungēs Arbalas Annibalē ſcire uincere, & ignorare ſequi victoriam, neque ſcire vti victoria ſuę fortunæ: & pluries indoluit Annibal ſe plus ſtudii habuiſſe in reficiendos, & ſanandos milites ſuos; quàm in cōſilio ſui fidi Arbalis: ignauia, & mora nimis perſępe nocuit ducibus, & militibus quātumq; victoribus auidis capere prędam. Annibal poſitis inſidiis theſaurū miſit ante ipſum ſine ſcorta, & vigilia: & inde ſe illis oppoſuit cum occultis inſidiis, & hoſtes cupidos pręda decepit, & deleuit.

8 † Et ſimili fraude Anthigonus decepit, & occidit Gallos præda delectantes. Et dum victores ſunt in lætitia pro victoria ſparſi, & inordinati, facile vinci poſſunt ab animoſis victis, & expertis, aggrediendo victos loco, & tempore: & illi incauti de victoribus, reddūtur victi, arte prudētis imperatoris, vt Marcius fecit contra Pœnos.

9 † Craſſo nocuit auaritia valdè dum bellaret in Aſia contra Parthos, vbi interfectus fuit cum filio ſuo Craſſo iuniore. Et Camillo profuit munificentia ſua, ſpreta per ipſum auaritia, quæ nocuit Liſandro, & Alcibiadi colligentibus prędam hoſtium fugientium: & illis auaritia ſuſtulit honorem. Et Prudentiſsimus Rex Agislaus Lacedęmonius in Phrigia præda oneratus ſe defendit ab hoſtibus illorum ſagittariis oppoſitis captiuis, quos habebat in exercitu, ab illis partibus, quibus hoſtes ſagittabant, & ſuos ſeruauit illæſos, & tutus abiit cum pręda.

10 † Conſilium eſt ſanum pro ducibus, vt ſecum milites teneant in exercitu prędā ſuam per ipſos in bello quæſitam, & nō permittere, vt militum ſuorum pręda ponatur in aliquo loco tuto, ſed maneat in exercitu penes ipſos, donec fuerit finitū bellū: ne materia detur militibus fugiendi, eorum extracto animo. Iuxta illud euangelicum, Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum: & ita eſt dicendum de præda per milites quęſita: qua penes ſe exiſtente pro ipſius defenſione, magis obſtinatè pugnabunt, & pro victoria.

11 † Callide Mithridates Rex Ponti bello pulſus à Lucullo ſparſit Mithridaticos numos auri ante Romanos milites illū inſequētes: & Lucullani auaritia oppreſſi dimorarunt in colligendo pecuniam, dato ſpatio fugiendi Mithridato, qui arte tali euaſit. Et ſimili arte ſe ſaluum reddidit Thriſon Rex Syrię, & Tigranus Rex Armeniæ bello pulſi abiecta corona, & ſparſa pecunia Anthioco rege Aſię inſequente Thriſonem: & inde cum ſuis morante in colligendo pecuniam, auaritiæ cæcitate hoſte bellorum acerrima.

12 † Et dum Rex Philippus foret victus p Romanos in bello, & aſtrictus in arcto loco, vt viam haberet cōmodam fugiendi, petiit inducias à Romanis pro ſepeliendo mortuos in bello, & illis habitis fugit, & arte tali ſe, & ſuos ſeruauit. Et T. Didius conſul in Hiſpania ſequuta crudeli cæde ab vtraque parte pugnantium, de nocte ſuorum cadauera multa amouit, & ſepelliuit: vt non videretur ipſum perdidiſſe: hoſtes autem Hiſpani de die volentes ſuorum corpora mortua ſepellire, reperierūt plura corpora ex ſuis fore mortua, & ſe victos putarunt; & ſe dedere Romanæ ditioni.

13 † Abeunte in fuga celeri hoſtili exercitu, conſilium eſt proſequi extremum agmen hoſtium cum rapaciſsimo equitatu leuis armaturæ, carpēdo aſsiduo hoſtes, donec reliquum exercitus ſuperuenerit.

14 † Et ſi hoſtes in fugæ timore fuerint inordinati, & aggreſsi vt ſupra in extremo agminis ſuperabuntur facilimè aſtu, & diligentia prudentis Ducis illos inuadentis cum ſuo audaci, & expedito exercitu. Et ſi in extremo agminis fuerit proui

ſum de fortiori acie hoſtium tutò mea bunt hoſtes prudentia ſui ducis, vt aliàs ſuo loco dixi. Et vt expediti forent milites onerati præda ad inſequendum hoſtes, Decius iuſsit in Maguntia, vt Appius apud Samnios per milites vendi prędam.

15 † Negligentia eſt hoſtis in bello, quæ nocuit Aſdrubali, & profuit Claudio Neroni diligentia ſua, inimica negligentię, capto namq; nuncio Aſdrubalis in deuio cum literis fratri directis Annibali per Claudium Neronem diligentiſsimum virum, & inimicum negligentiæ, & percepto illum caſtrametari in agro Piceno apud Metaurum aduolauit ibi Claudius Nero cum parte ſui expediti exercitus de nocte in ſcio Annibale, contra quem erat caſtrametatus Claudius Conſul in Brucios, & diligentia ſua, auxilio Collegæ ſui Liuii Salinatoris: qui apud Senam amnem nõ longe à Metauro caſtrametabatur commiſſo prelio trucidauit exercitum Aſdrubalis vnà cum ſuo duce, ne ſe iungeret cum fratre Annibale, & Barbaros mira celeritate ſuperauit. Et vt inquiebat Lucius prætor, & Tranſibolus Romani callidiſsimas vulpes perſæpe capi ingenio, arte, & opera celeri venatorum. Et ſic pro regula habetur in re militari, ꝙ hoſte vicino, vel longe caſtrametato diligẽtia eſt ſemper vtenda perduces, & habere lynceos oculos, & pręcogitare futura, quę occurrere poſſent, virtute, & prudentia ducum hoſtilium: Claudii Neronis, & Cęſaris exemplo, qui cum exercitu ex vrbe diſcedens fuit infra octo dies ſolita ſua celeritate caſtrametatus cum exercitu apud Rhodanum Galliæ, & hoſtes rupit inopinantes eius tam celerem aduentum, ſe poſt reducto Cæſare in Hiſpania infra. xvii. dies in vrbe Sagunti contra filios Pompei: qui ibi exercitum maximum pręparabant: quos diſcipauit celeritate, & virtute ſua. C. Marius Cymbrorũ reliquias inſequutus deleuit, & Cęſar rupto Pompei exercitu reliquias fuit proſequutus, inquiens nĩl fore actum cum aliquid ſuperſit ad agendum. c. nihil. vii. q. i. c. Piſanis, de reſt. ſpol. & l. fi. ff. ad Sena. conſu. Syllan. & plenam victoriam inſequendo obtinuit: memor negligentiæ Pompei, qui non fuerat proſequutus ipſum Cæſarem, quando cum Torquato ſe ancipiti bello ipſum per vim euerterat ab obſidione, Cæſarianis tunc in fugam verſis, & ſuperuenta nocte ſe, & ſuos ſaluos fecit Cæſar, inquiens, hodie fortuna fauiſſet hoſtibus amica, ſi fuiſſent nos inſequuti.

16 † Profuit celeritas pluribus Ducibus Romanis, & pariter pluribus ex eiſdẽ profuit cunctatio arte vſa Palladis. Negligentia nocuit Annibali veneris effecto captiuo.

17 † Et regula eſt in re militari vt virtus regnet exulato vitio, vt duces permaneãt victores cum omni arte, & prudentia, vt ſui ſalui ſint cum hoſtium ruina, & ne ipſi fiant fabula Vulgi cum æterno dedecore.

18 † Curare tenentur aſsiduo duces carpere aliquos ex hoſtibus in fugam verſis, inquantum poſſunt: ne reintegrentur cũ amicorum auxiliis, & ne victos victores reddat inſtabilis fortuna: quæ non eſt ſemper ſequenda, etiam ꝙ ſe lætam præbeat tentantibus: quoniam ſæpe mœſtã oſtendit, & in bello valdè dominatur, & in omni alio humano negotio: & eſt hoſtis, & inuida virtuti, vt aliàs dixi. Et licet non uiuat ſemper inuidia, & moriatˉ ante mortales diuino iudicio, alta humiliat fortuna, & exaltat humilia, pauperes humiles diuites, & diuites ſuperbos reddit egenos ſurſum, & deorſum ponit, & iactat homines vt pilã: & omnia verſat, & errigit arbitrio ſuo, tacito Dei iudicio.

19 † Cęſar ſuperatis Eluetiis, vt ſuos cõſeruaret, & Ligoniorum amicitiam, Eluetiorum iam cęſis millibus. ccclviii. reliquis, qui fuerunt centum, & triginta millia in fugam verſis per triduũ proſequi illos noluit ob ſauciatos ſuos, & ſepeliendos mortuos: nulla per Eluetios facta mora itinerantes tota nocte; qui nullo intermiſſo die ad fines Ligoniorum quarto die peruenerunt, petentes alimoniam ab ipſis: quibus Cæſar ſcribendo

prȩuenit, si ipsum hostiũ loco non intendebant habere, alimenta denegarent Eluetiis: & ita factum est, & inde Cæsar ipsos Eluetios propter inediam habuit in deditionem suam.

20 † Pulso per Pium Metellum Sertorio, & illo reducto in loco mõtano suis ad amicos missis ducibus, vt auxiliarios cõgregaret: & ne Metellus obsidendo ipsum Sertoriũ persequeretur victos, & vt tempus sibi daretur congregandi exercitum nouum amicorum: & arte tali Sertorius cumulauit exercitum, ipsum Sertorium tunc obsidente Metello, cui Metello nocuit mora nimis, & cupiditas habendi Sertorium in captiuum: qui se demũ arte reduxit ad suos, & magnum exercitũ ordinauit vexando hostes per terram, & aquam. Afranius legatus Pompei Parthos fugauit molestantes Regnũ Tigrani Romanorum amici in Gordiana, & illos fuit prosequutus vsque ad vrbem Arbieleticorum.

21 † In Sardos Rex Agislaus volens arte congregare magnum exercitum, fecit publice proclamare ꝙ omnes serui qui cupiunt liberos fieri deberẽt ire ad ipsum, vti consocii, & confœderati: & suum ita accreuit exercitum amicis, & amicorum suffragiis. Militare propter prædam, vt aliàs dixi peccatum est. c. militare. xxiiii. q. i. finita expeditione, & victoria integre potita, laudetur omnipotens Deus pura mente, & toto corde, referendo sibi gratias de habita victoria nutu suo, ipsam illi tribuendo: laudeturq; virtus militum suorum, recognoscendo Deum in spoliis, & præda: illam diuidẽdo vt iura, & canones permittunt, secundum qualitatem, labores, virtutes, & merita militum: Othonis exemplo Imperatoris, qui ita prȩdam omnem distribuit in bello quæsitam. l. hostes. ff. de capt. & postl. reuer & per Glo & Bart. in l. si quis in bello, ff. eodem tit. & l. virtutum prȩmia. C. de statu. & imag. & Gl. in c ecclesia. xii. q. ii. & Alex. de Imol. in l. i. ff. de acquir. post. pro se sua, si sibi ducibus videbitur retenta portione, licet de iure vt aliàs dixi omnes prædæ sint ipsorum principum bellorum, quȩ fiunt in prælio c. dicat, & per Glo. ibi. xxiii. q. v. in c. ius militare, circa finem distin. i. & c. Vultera nȩ. xii. q. ii. l. antepenul. ff. de captiu. & postl. reuers. Quæro si omnis illicita prȩda, subiaceat furto, & restitutioni, dic ꝙ sic. c. meretrices. xxxii. q. iiii. & pro iniusta acquisitione sæpe capitur prȩda. l. i. ff. si muli. ven. nan. in poss. mitt. & vt cantat Ouidius. Non habet euentus sordida prȩda bonos.

22 † Quæro si emptores prædarum captarum in bello, teneantur illas restituere si factum pactum fuisset bello finito omnes prædas, & res ab vtraq; parte factas, & captas restitui, dic nullam de iure fieri debere restitutionem ob hoc: tamen non erunt tuti in foro conscientiæ, nisi bellum foret cum infidelibus: ita tenet Hostien. in sum. de pœnit. & remiss. in §. quibus, & qualiter: & Petrus de Ancha. in reg. peccatum: & ratio est secundum Abb. in c humilis. de maior. & obedien. ꝙ vbicũque possunt subditi prȩtendere aliquod interesse, non valet compositio facta per solum principem populis non cõsentientibus pro suo interesse vt dicit ibi Glossa.

23 † Diuisa præda vt dictum est, prout in filios suos diuidit Aquila prædam, laudetur Deus, & virtus militum, & erga Deum, ipsiusq; ecclesiam, & pauperes Dei, ac milites suos: vtetur munificentia per duces, vt in bellis futuris Dei præsidium cum militum virtute non deficiat sibi: nam frustatorium est omne cogitatum humanum sine Dei suffragio. Docuit Apollonius vir maximȩ authoritatis, & nominis Aurelianũ Imperatorem si vellet vincere, ne sceuiret in populos captos, neque in subditos suos; & si regnare vellet, & imperare diu se abstineret à cruore innocentum, & ab iniustis sententiis, & à populorum angariis: & si uellet viuere diu ageret clementer.

24 † Propterea vt milites sui strenuè debellarent vrbem Tianam sibi rebellem iure iurãdo protulit inclytus Imperator Aurelianus hæc verba se neque canem in ea vllum: si eam vi caperet relicturum:

& ita

& ita ſpem dedit militibus ſuis prædæ auidis, animumq; illis auxit illã capiendi, & obſeſsis accreuit mæſtitiam: quòd arte fecit optimus Imperator Aurelianus: poſt capta ciuitate publico edicto mandauit proclamato per præconem ſub formidabili pœna, neminem Tianorum interfici: & militibus dicentibus ipſum iuraſſe ſe nullum canem apud Tianos relicturum ſi vrbem ui cœpiſſent, reſpondit ita eſſe placitum ſuum canes omnes interfici, igitur occidite canes ut dixi: quo prolato uerbo, parcitum fuit humano ſanguini: & ſeruata fuit Tiana Ciuitas.

25 † Et quia ſunt quidam noſtri temporis duces: qui habent milites ſuos auaros, & cupidiſsimos præda: & magis ſcitiẽtes auro, quàm honore, & vt incitentur ad bellum, erit ſibi proficuum conſiliũ pro pallari errores hoſtium: & qualiter illi ſunt ditiſsimi, & oppulentiſsimi auro, contra quos ſi fuerit ſtrenuè pugnatum, lætiſsima erit victoria cum ingẽtiſsima præda: Ita ꝙ omnes milites fient ditiſsimi, dando ſibi ſpem firmam uictoriæ certæ, cum hoſtes ſint imbelles, inordinati, inexperti, & effeminati, & inedia oppreſſi: indigentes armis ꝓ pugna neceſſariis.

26 † Prędas Antiqui pro publico retinebãt, pro dando ſtipendia militibus, & ponebantur in ærario publico: & milites ſtrenuè pugnabant pro honore, & gloria, & de pręda accipiebant ſtipendium ſuum quandoq; duplicatum, & triplicatum ſecundum merita, & dona ſibi arte promiſſa per ſuum ducem: antequàm certarent in hoſtes: & ob talem promiſsionem, & fidei cõſeruationem; & prędarum in ęrario publico tollebatur audacia militibus furandi, & prędam fugiendi, vel pro ea ſparſa colligendi: ſed illa dimiſſa inſequebantur hoſtes: quoniam ſciebant prędã non fore ſuam, ſed ærarii publici ibi recondendam pro bello, & aliis neceſſariis publicis muneribus, & oneribus, propterea impiger; & pertinaciter pro honore, gloria, & triumphis pugnabant: ab ipſis exulata auaritia, decreto Senatus, Populiq; Romani: & quæſtores exigebãt prædas, & taleas omnes pro publico: & milites in caſtris, & in campis, in ordinibus ſuis firmi permanebant, ſequendo victorias ommiſſa cupiditate prædarum.

27 † Quæ in bellis iuſtis quærunt licitè, et iuſtè quærunt, & detineri pñt, vt aliàs dixi ſecundũ conſcientiã: ſcriptũ eſt in libro ſapientiæ: ſpolia impiorũ tulerũt iuſti. c. fin. in fin. xxiii. q. vii. & ꝑ Bar. in l. hoſtes ff. de capt. & poſtli. reuerſ.

28 † Sequuta victoria, & illa Deo attributa, ſunt piè, & clemẽter ſepelliẽda iuſſu ducũ mortuorũ cadauera, vtẽdo clemẽtia erga illos cũ miſericordia, & charitate gratiſsima Deo c. nõ eſtimem⁹. xiii. q. ii. Exẽplo Titi Dimi; Romanorũ cõſulis: & hac de cauſa ſui, & hoſtes deuincent ad illos mirificè peramandũ, & cognoſcẽt ipſos pro gloria certaſſe exiciali dimiſſo odio.

29 † Et cœlo, & terræ erit pergratũ fideliũ cadauera, ſi foret poſsibile ſepellire in locis ſacris: qm̃ plus ꝓdeſt pctõribus fidelibus ſepelliri in loco ſacro, q̃ in nõ ſacro c. qbus. xiii. q. ii. c. ubicunq; ca. cau. & q.

30 † Magnus Põpeius piè dedit ſepulturam cũ pompa militibus: qui cõtra Mithridatẽ Duce Triario fuerũt infœliciter cæſi: & de hoc fuit inculpatus Lucullus quòd nõ fecerat ſepellire mortuorũ cadauera.

31 † Et optimus Lacedęmoniorũ Rex Agiſlaus licet vulneratus in expeditione contra Thebanos, & Argiuos, hoſtibus ꝑ ipſum ruptis, & fugatis in Helicona: cernẽs pientiſsimè inter occiſos vtriuſque partis tot ſcuta, galeas, & arma in terrã iacẽtia, & quædã in manu ſtricta, & quedã in corpibus crudeliter trãsfixa: mandauit illis dari ſepulturã, ordinato per regẽ ꝙ ſumpto cibo per exercitũ, & eo coronato cũ triumpho, & lætitia victoriæ: Thebani, & Argiui petierunt tunc inducias ab ipſo rege pro cõburendo cadauera pro ſepultura, vt fiebat antiquo tpe: quibus obtentis, & placidè per regẽ pacatis populis: ipſe cum exercitu, & præda magna decantantes bellicas laudes, capto, & deſtructo Pireo Athenarũ portu: qui pro arce fortiſsimus erat Athicæ vrbis, in patriam acceſsit.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS.
EQVITIS ET COMITIS
LATERANENSIS PALATII,

De non ponendo exercitum in discrimen fortunæ.

SVMMARIVM.

1 *Exercitum ponere in discrimen fortunæ, nulla urgente necessitate, temerarium est.*
Asdrubal gener Amilcaris fratris Annibalis cecidit in expugnatione murorum Panormitanorum.
De fide data & non obseruata per Gallos Rauenatibus in expugnatione Rauenæ patriæ Auctoris. in M. D. XII.
2 *Alexander magnus uituperatur, quia sub fide quosdam fortes uiros occidit.*
3 *De Cæsaris uiolata fide Germanis.*
4 *Hostis reconciliati non est confidendum; & ibi habes exemplum de Philippo patre Magni Alexandri.*
Gloria nulla maior est, quàm seruare fidem.
5 *Scipionis Aphricani & aliorum Romanorum laudes.*
6 *Infidelitas commißa in baronem tanti est effectus quanti commissa in Regem.*
7 *Catholici an captiuari posint.*
8 *Antigonus Rex Macedonum in Argo obsessus à Rege Spartanorum Cleomena latanico, prouocatus ad pugnam noluit exercitum suũ ponere in discrimen fortunæ, quãuis argiui uellent ad bellum exire, sed sua prudentia Cleomenem uicit.*
9 *Obsidendorum locorum consilium.*
Vrbes deprædari non debent, nec populi trucidarum, ut exercitus beneuoli sint.
10 *Deprędatio non est permittenda, ut exercitus facile dissoluantur.*
11 *Bellorum Duces Auaritiam uitare tenentur, et odio habere uitia, & sibi primitus imperare, si alios intendunt rectè regere.*
Cæsar Augustus Germanicus nuncupatus, quare tale nomen sibi uendicauit.
12 *Hispania Romanæ ditioni uoluntariè se dedit, quia Scipio Aphricanus iuuenem Hispanã eximiæ formæ, captiuam sibi ductam non aspexit. sed spõso Alcioni intactã reddidit.*
13 *Idem fecit Alexander Magnus de filiabus Darij. & de quadam pulcherrima captiua uxore Lucri Principis Celtiberorum, quam non aspexit. & sponso suo restituit intactam & beneficio tali regna plura sine bello quęsiuit.*
14 *Scipio patrem & patruum Scipiones pro magistris habuit. Et Alexander magnus Aristotelem, & præter Aristotelem Lysimacum et Leonidam expertos duces in disciplina militari.*
15 *Alcibiades Socratem in magistrum suum.*
Annibalis filij Amilcaris uirtutes & mores. ac qui sui magistri fuerint explicantur.
16 *Themistocles Atticus Imperator à quibus magistris fuit doctus.*
Dionem Syracusanũ docuit Plato philosophus.
17 *Literarum scientia, qui Imperatores in re militari claruerint.*
Alexandri Magni mirabilis responsio facta Philippo patri, dum foret in Olimpia, interpellanti, si cum ludentibus pueris currere intendebat.
18 *Principes tenentur pro filijs suis magistros habere.*
19 *Principes literarum ignari, semper uiros eminentissimæ scientiæ penes se pro consilio habere debent, exemplo Mithridatis Regis Ponti.*
20 *Populi tales sunt, quales sunt Principes sui.*
Populi gloriosi sunt, qui prudentes Principes habent.
21 *Fortuna nec casus uiolat disciplinam, quam non aufert calumnia, nec morbus corrumpit.*
Captiui quomodo à Ducibus belli sunt pertractandi.
22 *Populi & exercitus qualiter à Principibus de-*

beant ad benevolentiam induci.

23 *Tybery uita & laudabilia gesta.*

24 *Scipio iussu Senatus lachrymando concremauit Carthaginem, ac pro hostibus in bello cæsis plorauit, illosq; sepeliuit, & quãuis pius esset propter inuidiam à patria exul factus fuit.*

25 *Qui Imperatores odio in exilio extrà patriam mortui sunt.*

Cæsar à multis senatoribus & Pompeio inuidia persecutus, ne triumpharet illos in campis Farsalicis interemit, & amicos ac familiares Pompei in Alexandria post bellum uagantes liberaliter dimisit cum oblationibus multis. & nu. 26. & 27.

28 *Crudelitas in re bellica est fugienda. & ibi habes exempla.*

29 *Loca obsessa melius est per deditionem, uel alio modo sine bello habere, quàm illa bellare & cum periculo capere.*

30 *Cato sua prudentia Vticenses defendit à Scipione Metello uolente illos funditus cum ciuitate destruere.*

31 *Octauianus de crudelitate damnatur.*

32 *Principes laudantur quos sapientia regit & illustrat.*

Iuste regere, & iustè pugnare debent Principes ne nomen summant tyranni.

33 *Populi superbi quomodo à Principibus domari debeant.*

34 *Crudelitate uti, & rumpere fidem nihil est deterius.*

Crudelis raro bona morte perit.

Therodami alentis leones humano sanguine mors.

De fide Pœnorum rupta Romanis.

35 *De Auaritia Lucullanorũ militum conquerentium de suo Imperatore, quòd multas ciuitates reconciliauerat, & nullam per uim eis dederat in prædam.*

36 *Dux belli magis confidens in equitatu quàm peditatu, quomodo se debeat accommodare.*

36 *Duces exercituum qualiter habeant conseruare millites suos, et acies suas ordinare. & nu. 38*

38 *Marius Arpinas pugnaturus contra Cimbros & Theotonos qua arte ipsos deleuit.*

39 *Ingenium quandoque plus ualet in re militari quàm uires.*

Lucullus tempore domuit Reges Mithridatem & Tigranum, sibi etiam arte sublatis alimentis.

40 *Bellorum Reges tenentur curare, ne res & loca concremantur, sed ea magis donare debẽt amicis & benemeritis suis.*

41 *Incendiarius est uenia dignus, si cessante bello occurrat incendium fortuitum & casuale: et si ex negligentia accidat est castigandus. si uero data opera grauius est puniendus. & nume. 42.*

43 *Incendiarius ob prædam uel inimicitiam uiuus est comburendus.*

1 EMERARIVM † quippè est ponere exercitum in discrimen fortunæ, nulla vrgente necessitate: in expugnatione murorum Panormitanorum cæcidit olim Asdrubal gener Amilcaris fratris Annibalis. Et tempore nostro. 1512. in expugnatione Rauennę patriæ meæ à Gallis obsessæ, & ab expertis defensę uiris multi animosi, & fortissimi Duces, & milites variæ nationis Frãcorum Regis exercitus perierunt in planitie: & post aperto campo, sequuta clade exercitus Romani Pontificis Iulii secundi, hoste superstite gallo victore reconciliato hoste cum Rauennatum Ducibus sibi data fide de discedẽdo ab agro Rauẽnæ præstita sibi data alimonia: qua indigebant valdè, valdè Galli, & illa postmodum recepta sub spe amicitiæ paulatim, paulatim vt amici ad videndum Antiquam Rauennę vrbem per diruta mœnia ab instrumentis bellicis intrarunt Rauennam ipsius Ducibus patientibus ob fidem sibi datam, populo tunc in ecclesiis congregato pro sumendò sacratissimæ Eucharistiæ Sacramentum, & inerme ibi existente ob fidem sibi vt supra promissam, & datam à Gallorum ducibus: propter quam non curarunt aliter sumere arma, neque hostire Gallos reconciliatos amicos: de quibus non erat confidendum, iuxta illud Poetę. Nulla fides, pietasq; viris qui castra sequuntur: secunda die Pascatis dominicæ resurrectionis. xii. Aprilis dicti anni. 1512. Or-

dine facto copiarum,& dato signo, reliqui Gallorum exercitus fuerunt ingressi Rauennam,& illam impiè depredarũt sparso, & captiuato Populo, tribus milibus ex eo passim interemptis, profanatisq; templis, nec parcito Christo: sed indignati Galli prædicta commiserunt ob vltionem mortis plurium nobilium Ducum suorum non obscuri nominis in re militari, qui in expeditione cæciderunt.

2 † Vituperatur gestum Alexãdri magni: qui sub fide quosdam fortes viros occidit, quoniam in expugnatione cuiusdam vrbis, ad cuius custodiam fuerunt deputati dicti fortes viri occiderant multos ex Alexandri: & propterea illos tunc sine pudore perdidit Alexander superatus ab ira, immemor militaris gloriæ immortalis, & honoris æterni.

3 † Et dum Cæsar millia tercentum Germanorum occidisset: quia ipsi violauerãt fidem, & terminos excesserant deprędantes Galliam: proposuit Cato in Senatu Cęsarem uiolasse fidem Germanis, & ipsum fore dandum in posse hostium, vt ira Dei purgaretur ob violatam fidem: quòd Populo Romano non placuit, sed pro honore talis victorię pręces præposuit Deo per quindecim dies.

4 †Cõsilium est vtile in re bellica nõ permittere ꝙ hostes reconciliati, vel aliter effecti amici intrent vrbes, & turres fortes, & arces munitas cum gente longe maiore quàm sint habitantes in locis prædictis pro custodia: ne propter commodum, & lucrum fides sibi rumpatur: vt spe amicitię iam fecit Rex Philippus pater magni Alexandri in Græcia vocatus ab vrbe quadam pro suffragio suo, & illum post cœpit, & in seruitutem posuit: quod de hoste reconciliato nõ sit confidendum habetur in sacra litera, & per Bal. in authen. si dicatur C. de test. & Abb. in c. repellantur, de appell. commoditas furandi multos fures facit, & sępe fidelibus amicis, & seruis infidos reddit c. alieni. iii. q. iiii. & pro tali delicto posteà perpetua viuunt infamia, & nulla maior est gloria, quàm seruare fidem.

5 † Et si tempore nostro esset unus Scipio Aphricanus, vnus Camillus, vel Fabritius, vnus Regulus, vel Marcus Scaurus cum uno fido obediente exercitu, & experto totum sibi orbem etiam sine bello virtute sibi uendicaret, & sub tali Principe posset antiquus ordo, & religio militaris fieri, reduci, & restaurari.

6 † Quæro de infidelitate commissa in baronem, an sit tanti effectus quantum si fuisset commissa in Regem. s. quantum ad culpæ substantiam, & vim ipsam fellonIæ, habetur per summũ feudis tã And. de Iser. in c. i. §. Porrò, in tit. Quæ sit pri. cau. benef. amitt. in vsibus feud. vbi concludit ꝙ sic: quamuis propter personarũ qualitatem potest esse grauior, sicut dicitur de atroci iniuria per tex. in l. penult. in fin. ff. de iniur.

7 † Quero si iustè possint captiuari catholici à natura liberi: & quòd vt Serui seruiant dominis dominantibus illis, dic ꝙ non, cum talis potestas non sit data per Dei præceptum, vt dicit And. de Iser. in prel. suis feud. post procem. ibi secundò queritur. & ibi iniustum autẽ &c. Quòd iure gentium, & ciuili permittitur, & vt aliàs dixi, Non bene pro toto libertas venditur auro.

8 † Antigonus Rex Macedonum dum esset in Argo obsessus à Rege Spartanorũ Cleomene Latanico: ne suum exercitum poneret in discrimen fortunę noluit se opponere cum suis in hostes licet pauci forent: Sed se, & suos prudenter retinuit in ciuitate uano omisso Argiuorum desiderio obiurgantium ipsum magnis, & superbis clamoribus, vt ad bellum exire deberet, & si non vellet, aut timeret, permitteret id fieri per audaciores, & eo meliores: quibus auditis prudenter subrisit Rex Antigonus & id facere noluit, & demum Cleomenes victus fuit à prudentia Antigoni: & se amouit sponte ab obsidione: & post multa per ipsum prospere gesta in pugna contra Cleomenem, qui semetipsum ex desperatione imprudenter propria manu iugulabit.

9 † Et sic curandum est arte, & studio omni, ne exercitus ponatur in discrimen vo

lubilis fortunæ: & circa loca obſidenda conſilium erit ponere exercitum ad partes debiliores primitus, viſis locis obſeſſuris per fidos exploratores, vel aliter ante obſidionem habita illorum vera notitia, & ficte quandoque obſidere loca fortiora non erit inutile, ne obſeſsi muniant debiliora, & illis fortioribus arte poſteà mutatis locis obſideant illicò debiliora loca, hoſtibus inſidiando de die, vel de nocte, remotis, & appoſitis tormẽtis, & inſtrumẽtis bellicis cum ſcalis ad partes debiliores ipſorum locorum obſeſſorum: quæ militari exercitio capientur arte, & exercitio prudentis Ducis experti. Qui habet curare ne deprædentur vrbes, & ne trucidentur populi, vt ſibi ſint beneuoli exemplo Cęſaris: qui in bello Germanico Ligonum ciuitatẽ Galliæ: quæ ſibi contraria, & rebellis fuerat noluit deprædari, nec quemquàm ex illa occidi: propterea ſibi populum adeò ſibi fecit beneuolum ꝙ in ſuffragium poſteà ipſius Cæſaris miſit ſeptuaginta millia bellatorum.

10 † Nam ſequuta depdatione alicuius muniti loci facilè diſſoluuntur exercitus vt aliàs dixi: quia milites, & pręſertim prouinciales vbi bella geruntur quando habent aliquam prędã affectant diſceſſum, & fugam cum ipſa præda, & diu, noctuq; ſtudent modum fugiendi, & deſerendi caſtra, & exercitum: & ferè in horis debilitantur exercitus: nam milites quidã non auidi honore, & gloria, ſed magis pecunia cantant ob eorum auaram cupiditatem carmen illud. Diuitias dicunt ſanguinis eſſe loco.

11 † Tenentur propterea duces bellorũ vitare auaritiam, & odio habere vitia, & ſibi primitus vt aliàs dixi impare ſi alios intendunt rectè regere, & vbi ceſſat ratio ibi dominatur appetitus damnabilis. Cęſar Auguſtus Germanicus nuncupatus tale nomẽ ſibi vendicauit per ipſum deuicta Germania, cui ſoluto pretio accreuit caſtra multa fructifera: quæ impediebantur à valle: & pro tali iuſtitia fidem, & beneuolentiã omnium quęſiuit.

12 † Et maximus Scipio Aphricanus diuino rectus ſpiritu prudentiſsimus Imperator nobilem quandam iuuenem Hiſpaniam eximiæ formæ ſibi in captiuam ductam ſponſo ſuo Alcioni reddidit habita ipſius cuſtodia maxima: & legitur Scipionem non aſpexiſſe illam, & aurum ꝙ pro ipſius redemptione ſui parentes miſerant eidem ſponſo reſtituit nuptiali gratia, & tali laudabili actu tota ferè bellatrix Hiſpania victa permãſit, & ſe ſpontè Romanæ dictioni dedit.

13 † Et vt aliàs dixi de filiabus Darii idẽ fecit Alexãder magnus, & de quadam pulcherrima captiua vxore Lucri Principis Celtiberorum finitimæ gentis: quam nõ aſpexit, & ſponſo ſuo reſtituit in tactã, & beneficio tali animos vniuerſæ gentis adeò ſibi reconciliauit ꝙ regna plura ſine bello quæſiuit.

14 † Scipio patrem, & patruum Scipiones ſapientiſsimos, & doctiſsimos viros pro magiſtris habuit: Et Alexãder magnus probatiſsimum Ariſtotilem ꝓ magiſtro morigeratum, & excellentem philoſophum, cuius virtus magnum diſcipulũ, & immortalẽ fecit: & adhuc legitur epiſtola Philippi Regis ad Ariſtotilem miſſa: qua nuntiatur ſibi natum fuiſſe filiũ, & Diis agere gratias quòd natus ſit viuẽte Ariſtotile, cui donabat in diſcipulum, habuit pro magiſtris Alexander præter Ariſtotilem Lyſimacum, & Leonidam expertos Duces, & tenaces in re, & diſciplina militari: doctus à Rege Philippo fuit exercitus Alexandri: qui illum poſteà diminuit in aſperrimis itineribus, incõmoditatibusq; maximis, & locorum aeris intemperie, & aſsiduo Marte.

15 † Habuit Alcibiades Sacratem in magiſtrum ſuũ, habuit Pœnus Annibal Amilcarem patrem: qui omnes ſuę ætatis barbaros duces ſupauit virtute, & poſt mortem patris habuit Aſdrubalem eius ſororium Calidum, & Pœnorum ducem: & dum foret Annibal annorum nouẽ ductus fuit à patre ſuo Amilchare in Hipaniam, vbi militabat, & ab eo fuit probè doctus in re militari, & etiam per Aſdrubalem ſororium ſuum mortuo patre Amilchare: Ita ꝙ in laboribus fuit nutri-

tus, exercitatus, & imbutus militaribus consiliis, & promptus abundanter in illis, affabilis fuit, & liberalis, & in rebus bellicis assiduus, industriosus, expertus, & audax in periclis, impiger fuit sui corporis, spretis cõmoditatibus: & mortuo Asdrubale sororio suo Duce Carthaginensium ipse tunc annorum xxvi. creatus fuit Imperator exercitus Pœnorũ.

16 † Anaxagoram philosophum marte doctum, & Milissam Ducem Samiorũ: qui contra Periclem pugnauit doctos, & prudentes habuit magistros cum Freario armis experto: Sapientissimus Themistocles Atticus Imperator astutus: qui virtutẽ Alcibiadis, & triumphos adeò percupiebat ꝙ in nocte somniabat illum, & omnes alios orbis Imperatores superare.

Et Dionem Syracusanum docuit Plato Philosophus diuinæ scientiæ.

17 † Et quantum prosit sciẽtia literarum in re militari, vt aliàs dixi, gesta probant Scipionis, Themistoclis, Cæsaris, Alexãdri Magni, Annibalis, Pyrrhi Regis Epirotarum, Augusti, Catonis, Pompei, Luculli, Darii, Syllæ, Marii, Bruti, Cassi, Marcii Crassi, Antonii, Dionisii, Aemiliorum, Semproniorum, Flaminiorum, & quàm plurimorum aliorum Imperatorum militię regum: qui in re militari, & literis præcellerunt. Et dum foret puer Magnus Alexander in Olimpia, & à patre Philippo iocandi causa interpellatus si cum ludentibus, & sodalibus pueris currere intendebat, & tunc Alexander non vt puer, sed vt Senex Sapiens respondit: Si cęteri reges ludebunt, & ego cum ipsis ludam; quod regiæ prudentię fuit ascriptum.

18 † Horum exemplo tenentur Principes morigeratos, & bene disciplinatos habere magistros pro filiis suis, si cupiunt illos euadere prudentes, & excellentes. l. i. C. de magist. lib. decimò.

19 † Et Principes illi, qui fortè ignari literarum aliqua præclara gesta fecerunt in re militari penes se habuerunt doctissimos, & expertos viros pro consilio, Mithridatis exemplo Regis Ponti qui toto tempore vitę suæ viros eminentissimæ scientiæ penes se pro consilio laudabiliter, & honoratissimè tenuit.

20 † Et tales sunt populi sicut sunt Principes sui, q̃ eorũ sunt simulacra: & gloriosi sunt quidẽ populi illi: q̃ dono Dei prudẽtes Principes habẽt: quia sumũ bonũ est sapiẽtia animo impressa, & summũ malũ est corporeus dolor, & insipientia: & semper est viridis recens, & pubescit literarum scientia: & cętera munimenta temporis diuturnitate cedunt tempori.

21 † Nec fortuna, & casus violat disciplinã quam non aufert calumnia, non morbus corrumpit, non tinea corrodit, nec ferrũ minuit, neque ipsam labefacit senectus.

Cautum est regulariter militari iure magnos captiuos vtriusque sexus pręsentari ducibus exercitus: quorum vitam, & honorem, fidemque, & libertatem ipsis, & ciuibus datam nõ ambigimus esse seruandam, augẽdo sibi immunitates, eosq́; non grauando iniustè, eorumq́; statuta, mores, consuetudines, & capita non infermando illis: vt non nulli nostri temporis Principes faciunt contra iustitiam: quibus in dies mala occurrerunt tacito Dei iuditio, & demum reddituri sunt rationẽ cũ nimio dolore illi qui omnia nouit, & nihil ignorat c. nouit, extra de iud.

22 Et nullum est maius proficuum remedium ad inducendum populos, & exercitus ad beneuolentiam quàm cum Dei gratia ipsos benè, & ꝓbè, equè, & iustè, rectè, & sanctè gubernare cum amore, & perfecta Dei charitate suum non tollendo illis legitima causa cessante, & necessitate: sed ipsis magis præstando victum, vt faciunt boni pastores: qui gregem sibi cõmissum benè pascunt secundum mentem Sancti spiritus: nec lædunt patrem, neque filium, neque spiritum sanctũ trinum, & vnum, vnum, & trinum in substantia una inseparabili: & sicut inseperabilis est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ita inseperabititer operatur, & ab vno principio vnita spiratione ipsi procedunt c. omnes, de consecra. distin. iii. & c. Sic enim, xxviii. distin. ꝓ vt sancta mater fatetur ecclesia, cum qua viuere, & mori v[illegible]s, pro ut sancti patres no-

ſtri vixere,& mortui ſunt vniti cum ipſa ſancta matre eccleſia ſponſa Chriſti fidelis,& pudica:à quo ſuum habuit, & habet fundamentum, & incrementum: & habent boni paſtores ponere animã ſuã pro ouibus ſuis vt docet Euangelium, nec pati oues ſuas lacerari à lupis præparando pabulum ouibus ſuis ne ſibi deficiat,cum tempus, & opus fuerit nomen fugientes mercenarii permittentis oues quæ non ſunt ſuæ lacerari à lupis: Ideo populi contra diuina iura malè pertractati in deſperationem inducuntur ad peroptandum nouos dominos, & ad obliuiſcendum,& ſpernendum ueteres.

23 † Tyberius Imperator pius in ſubiectos, cuius tempore fuit crucifixus humani generis ſeruator IESVS CHRISTVS noſter à perfidis Iudæis ob inuidiam ipſorum: nunquàm voluit grauare plebem vt ſcribit Euſebius de temporibus, & erga illos qui conſulebant ipſum vt plebem grauaret inquiebat boni Paſtoris eſt tondere pecus, & non decoriare: & bene de Chriſto Ieſu ſenſit, & illum pro Deo colluit:omnesq; Chriſti,& Chriſtianorum contradictores ſine vlla miſeratione deleuit: Pilatum quoq; damnauit exilio:quia falſam, & iniuſtã in Chriſtum protulerat ſententiam pro pter odium Iudæorum, & liberatus fuit Sudario Veronicæ Tyberius à malo quo detinebatur incurabili.

24 † Iuſſu Senatus Scipio cõcremauit Carthaginem lacrimando:& memor fuit incendii Troiani, & Babilonis vaticinãdo futurum incendium vrbis patriæ ſuæ: quam Totila incondit, & ipſe madidis oculis cogitando illam fuiſſe Reginam orbis, & in tantam peruenisse miſeriam: probitas Scipionis omni gloriabitur ęuo:qui piè ꝓ hoſtibus in bello cæſis plorabat, & illos inſepultos non relinquebat:cuius virtutem inuidere. Q. Fabius maximus, Cato, & alii quàm plures Romani Senatus Imperatores: Ita quòd pro pręmio tantarũ palmarum,& triumphorum odio exulà patria factus, periit: & in diſceſſu ſuo in Senatu oſtenſis cicatricibus:quas in bello pro patria acceperat inquit. Ingrata patria oſſa quidẽ non habebis mea.

25 † Odio in exilium extra patriam mortuus fuit Themiſtocles, Focion, & Annibal, & in carceribus Melciades, perit Pericles,& quamplures alii inuictiſsimi duces, & Nitiam tam optimum Imperatorem perdidit poſt multas victorias ſuas Atticorum inuidia: qui glorioſè magis mori morte voluit, quàm fugere, licet euadere potuiſſet inquiens ſibi fore melius modo mori q̃ viuere, & inſidiari, & calumnioſè mordeti, & taxari ab inuidis ſuis, & ab Attico populo. Inuidia Cęſarem fuerunt perſequuti multi ex Senatoribus cũ Pompeio ne triũpharet contrà quos ſequuta fuit Cæſaris victoria:& capto per Iulium Cæſarem Pompeii vallo in cãpis Farſalicis cernens Cæſar multos ex Pompeianis interremptos inquit ſuſpirando, hoc voluerũt iſti pro pter odium,& inuidiam,& ad talem me duxerunt neceſsitatem volentes me:qui maxima bella geſsi relinquere exercitũ vt me condemnarent, & ſine triumpho procederẽ exulãtes Paladẽ à patria ſua.

26 † In expeditione prædicta cæſi fuerunt ex Pompeianis millia ſex militum,& capti multi: quorum partem maiorem locauit inter legiones ſuas,& reliqui mœſti fugerunt,& multis per Cæſarem clementer fuit donata venia:inter quos fuit Brutus qui vnà cum Caſsio, & reliquis coniuratis Cæſarem poſteà in Senatu vulnerauit,& occidit.

27 † Amicos,& familiares Pompei in Alexandria vagantes poſt bellum Farſalicũ habuit Cæſar in arbitrio ſuo, & illos liberaliter dimiſit cum placido vultu ſuo, & humaniſsimo ſermone, & cum oblationibus multis: & ſcripſit ad vrbem fructum accepiſſe omnium laborum ſuorũ ob ciues ſeruatos q. ſibi fuerant cõtrarii.

28 † Fugienda eſt crudelitas in re bellica, quia Deus perdit crudeles: Crudele geſtum fuit Achillis proicere in rogũ Patrocli teucros duodecim captiuos: ꝓpterea non potuit ipſe poſteà vitare ſagittã Paridis iuditio Dei. Et nobilis Ioannes Medices vulneratus in tibia pedis à

theotonis in bello cum tormento ignis
tartarei.xii. moriẽs theotonos captiuos
iugulare, & crudeliter peranteà fecit ra
biẹ cæſæ tibię.

29 † Et melius eſt obſeſſa loca per deditio-
nẽ,vel alio modo habere ſine bello,igne,
& ferro; quàm illa bellare, & capere cũ
periculo: quia varii ſunt,& incerti bello
rum euentus,& melior eſt ſemper certa,
& vera pax, quàm belli ſperata victoria.

30 † Scipio,Metellus ad preces regis Numi
darum Iubæ delere funditus Vticenſes
volebat cum ciuitate: quia intentionem
proditionis habebant cum Cæſarem,
quod prudens Cato prohibuit rationi-
bus veris; & illorum defenſionem ſuſce-
pit populo Vticenſe permittente vnà cũ
Scipione reducto ad votum Catonis: ꝙ
optimè vrbem poſt muniuit neceſſariis.

31 † Octauianus fuit damnatus de crudeli
geſtu contra M.Antonium, Caſsium,&
Brutum,& contra captiuos patrem,& fi
lium inſimul duellare coegit,& pater fi-
liũ occidit, & inde ſemetipſum ſuper ca
dauere filii interemit,quod abhominabi
le fuit geſtum,& vix Capitolium ſerua-
uit Octauianus,ſeuientem in Pompeia-
nos pro morte Cæſaris: qui illis peper-
ciſſet ſi vixiſſet: & niſi repente ſe corri-
puiſſet Octauianus nõ diu permanſiſſet
in Imperio,nec nomen Auguſti habuiſ-
ſet:ſed ſe induit pietatis,& clementię ve
ſte,à ſe omni exulata ſæuitia:Vtenda eſt
pietas,& miſericordia erga captiuos, &
ſuos cum charitate perfecta faciendo iu-
ſtitiam æquam cunctis ſine diſcrimine:
quia Deus non deſerit miſericordes, &
iuſtos: quos etiam peramat mundus, &
votiua deſideria cõſequuntur pro bonis
operibus,& pro malis flagellantur.

32 † Laudantur Principes quos ſapiẽtia re
git,& illuſtrat,& vituperantur imprudẽ
tes quos ſua imprudentia obſcurat eter-
na calligine. Iuſtè regere, & iuſtè pu-
gnare habent Principes,& Reges:ne ab-
hominabile nomen ſummant. Tyranni
cum infamiæ nota omni æuo duratura.

33 † Et ſi populi fuerint ſuperbi domari
prudentia poterint docti, & excellentis
Imperatoris videlicet humanitate,mu-
nificentia,aſtu,& bellica arte,& ſecundũ
modum,& tempus veniam concedere,&
indulgere petentibus, iuxta illud Poetę.
Parcere ſubiectis,& debellare ſuperbos.

34 † Et nihil eſt in vita deterius quàm rũ-
pere fidem,& vti crudelitate:quæ homi-
nes reddit ſimiles feris: & vt infidus ab
omnibus vitatur: & raro crudelis perit
bona morte vt dicit Solomon: Crudelis
fuit Therodamus qui leones alebat hu-
mano ſanguine, & Dei iuditio ipſe fuit
cibus leonum ſuorum:qui illum lacera-
runt,& deuorauerunt: Scæua eſt fugien
da crudelitas,& infamia ruptæ fidei:quę
nocent gloriæ, & perdere faciunt impe-
rium poli, & ſeculi. c. Quid culpatur
xxiii.q.i. & de fide ſeruanda inferius la-
cius dicam ſuo loco. Amilchar viſo ꝙ
Romani accipiebant Gallos ipſius vt a-
micos in exercitu ſuo, & extra exercitũ
veniebant: quando vocabantur ab ipſis:
vno die facta ſuorum quorundam ele-
ctione iuit vt Galli faciebant ad viden-
dum exercitum Romanorum illis voca-
tis extra uallum: qui iuerunt, & Amil-
char ipſos occidit:ita ꝙ in futurum Ro-
mani non fuerunt cõſiſi de fide Pœnorũ.

35 † Luculanos milites deprædato Regno
Mithridatis à Tremiſira vſque ad cam-
pos termodontinos adeò oppreſsit aua-
ritia, quòd conquærebantur de ſuo Im-
peratore, ꝙ tantas ciuitates reconcilia-
uerat,& nullam per vim cœperat,& de-
derat ſibi in prædam: & ꝙ nolebat mili-
tes ſuos deprædari aliquam vrbẽ,ne diui
tes fierent, & ſuus fortè diminueretur
exercitus recepta præda:& ꝙ illos duce-
bat per loca deſerta Tibaneorum,& Cal
deorum vt Mithridates debellaretur in
tacta relicta ciuitate: Amaſia obſeſſa &
arte,& rationibus Lucullus vincebat;mi
lites ſuos & finita hieme relicto Murena
ad obſidionem Amaſiæ: ipſe acceſsit cũ
reliquo exercitus contra Mithridatẽ ha
bentem exercitum xl. millium peditũ,
& millium quatuor equorũ:ꝙ iam tran-
ſiuerat flumẽ Lycum, & Lucullanos in-
uaderat: & multis ex illis in loco aper-
to,& plano exiſtentes cæſi, & capti fue-
runt ab equis Mithridatis. Tunc Lu-
cullus

cullus examinauit quendã senem gręcũ captiuũ nominatiuũ Artemidorũ,&mutauit locũ de nocte:& consilio dicti senis accessit ꝑ arcta,aspa, & mala vada ad castrũ quoddã Gibitorũ vbi exercitũ suũ in acie ordinare potuerat:& se tutò redu cere in vallo,& ibi morari hostibꝰ iuitis.

36 † Et est curandum ꝙ ille qui cõfidit magis in equitatu,q̃ in peditatu se habet ac cõmodare cũ situ,& locorum natura. Et vtile est mutare quandoque loca, consilium,& ordines cum plurium suorũ fide lium in re militari expertorũ consilio: quando videlicet est suspitio, ꝙ hostes sciuerint secreta suorum inimicorũ in se retento secreto exequi, conseruando milites doctos in re bellica in castris cum obedientia,virtute,& timore pœnarum, sanctionum militarium.

37 † In expeditione conseruantur milites spe,hortatione,& pręmio Ducũ suorũ: qui nunquàm habent pugnare generaliter cum exercitu suo: nisi ipsos oppresserit necessitas,& legitima causa.

38 † Et habent curare ordinare acies suas, & probè illas instruere ad bellum:ꝙ hostes ignorent ordines,& secreta sua:& ꝙ primi à secundis ordinibus acierũ, & à triariis cõmodè recipi possint: non exercendo ordines ad alios effectus,nisi ad illum effectũ pro quo illos ordinauerint, & deputauerint. vt de ordine non sequatur cõfusio,& inordinatio cũ ruina exercitus: quia ab accidentibus subditis põt difficilè prouideri in belli ardore, & facilè prouidetur rebus per anteà cogitatis.

Et dum Marius Arpinas foret præmẽte necessitate pugnaturus, dato die pugnæ cõtra Cimbros,& Theotonos, suos primò cibò repleuit, & instruxit extrà vallum pro bello, & ibi illos tantũ retinuit,quantum sibi visum fuit hostes fuisse fessos itinere:quos venti,pulueris,solis,& loci capti auxilio deleuit.

39 † Et dum foret Sertorius cũ exercitu apud flumen Iberum iunctus cum exercitu Perpennæ; concurrentibus ad ipsum Barbaris multis inordinatis:qui sine ordine, & cum superbia tumultuarunt,hostes adoriebantur; & passim ab illis ordine pugnandi trucidabantur:quos Sertorius verbis, & rationibus retinere nõ valens in ordinibus sibi datis: illos arte opposuit hostibus in loco vbi succurri facilè possent ab ipso Sertorio, & Barbaros contingit fugari ab hoste ordine pugnãte,acceptis vulneribus multis: quos illicò succurrit Sertorius, & recepti fuerũt ab ipso Sertorio: cui posteà obedientes fuere Barbari milites Imperatori suo Sertorio: qui illos exemplo docuit plus valere ingeniũ q̃ vires:& paulatim,paulatim persæpe hostes superari tempore, virtute prudentis ducis; exemplo Luculli qui tempore domuit Reges Mithridatem, & Tigranum sibi etiam arte sublatis alimentis.

40 † Tenentur bellorum Reges curare ne res,& loca capta, & parta longo tempore,& magno labore,& impensa constructa crebris vigiliis concrementur, & destruentur spatio breui:Sed ea magis donare amicis, & bene meritis suis militibus. Capiendo consilium ex re, loco, & tempore c. In scripturis. i.q.i. & c. si quis, xxiii.q.i.

41 † Nam destruere ædificia est deturpare ciuitates, & idem est incendere illa. Quęro si cessante bello occurrerit incendium fortuitum,& casuale: an sit incendiarius venia dignus:Dic ꝙ sic,cum negligentia,patientia, vel culpa non æquè puniatur vt dolus.l.Mariti.§. Qua quæstum.ff.de adult. & l.penult.ff.de incẽd.

42 † Et si acciderit ex negligentia castigandus est.l. Qui ędes.ff eod.tit. Sed si data opera,grauius est puniendus,vt in l.fin. ibidem,& l.i.ff.ad leg. Cornel. de sicar. & l.si data. C. qui accusari nõ possunt, & per not.in l.Miles ff.de adult.

43 † Et si incẽdiarius ob prædam, vel inimicitiam intra oppidum commiserit incendium est viuus concremandus,aliàs punietur leuius. l. Capitolium. §. Incendiarii.ff.de pœn.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS. EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De Oratoribus, ſeu Legatis Principum, & de eorum fide, & officio. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 Oratores Principum quales eſſe debent. et quid agere & curare teneantur, et quibus habeāt uti cautelis. & nu. 2. 3. & 6.

2 Homini non credenti legi noſtræ catholicæ, non eſt credendum.

Adulatoris lingua magis nocet quàm manus.

Amicus non eſt omnis qui parcit. nec omnis qui uerberat eſt inimicus.

Perſæ quomodò cognoſcebant Regem mittentem legatos fore prudentem.

Virtus & ſapientia ex ſe nobilior eſt cunctis nobilibus genere.

Mollities quid ſignificet.

Orator ab oratione dicitur.

Oratoria ars in quibus uerſatur.

Oratores qui uarijs uirtutibus excelluerunt.

4 Craſſo ſuperbia nocuit in reſpondendo oratoribus Arſacæ Regis Parthorum, & Pompeio profuit humanitas in Armenia minore in reſponſo dato legatis Elemmeorum & Medorum. & nu. 5.

5 Pax compoſita ſeruari debet, nec eſt rumpenda niſi diffidatio præcedat.

Principes pactis conuentis per legatos ſuos ſtare tenentur.

Legato idem honor adhibendus eſt, ſicut Principi ſuo.

Oratores à Principibus quibus miſſi ſunt, munera non debent recipere, ſicut fecere Apius Claudius Legatus Luculli ad Tigranum, & Pelopodia Legatus Thebanorum ad Artaxerſem.

Timagora Athenienſium Orator ad mortem damnatus fuit, quia dona ab Artaxerſe Rege Perſiæ ad quē deſtinatus erat, acceperat.

Legati quot numero eſſe debeant. & quis eorū legationem exponere habeat. nu. 6.

Numerus ternus quàm perfectus ſit.

6 Simulatio ſine falſo & dolo ſtare non poteſt.

Legati ſancti à lege reputantur.

Legatus cogi poteſt legationem ſuſcipere.

Legati ſunt placidè & reuerenter accipiendi & audiendi.

Mittentes legatos uidentur ipſi ire per eos.

7 Bellum iuſtè indicitur contra iniuriantes legatos Papæ uel alterius Principis.

Iniuria irrogata legatis, Principibus & populis ſuis facta cenſetur.

Iniuria facta officiali uel magiſtratui Papę aut Imperatoris, Papæ ſiue Imperatori facta uidetur.

Iniuria facta vaſallo. cenſetur facta domino.

8 Cautio de non offendendo an peti poſsit per illum qui timet ab eius nimico iniuriari.

1 

RATORES, & ſeu legati Principum, quales eſſe debēt: & quid agere, & curare teneantur: & quibus habeant vti cautelis: docet M. Tulius Cicero in libro ſuo de perfecto oratore: & Imperator, & Doctores in tit. de legation. C. lib. x. vbi ponit Luc. de pen. xx. qualitates perſonales, quæ eſſe debeant in oratoribus, & totidem in ipſos præcepta, & ſeu cautelas eſſe debere.

2 † Primò, ꝙ eligatur fidus legatus, qui amet Principem ſuum: & ꝙ ſit gratus, & diligatur ab eo ad quem deſtinatur. c. ad apoſtolicæ, de re iud. lib. vi. Nam repelluntur illi, qui odio habentur, vt profanorum præces. l. fin. in fin. C. de off. vi-

car & qui non amat, & non ametur facilè contemnit, & contemnitur. c. pręsens, xx. quæst. iii. Secundò ꝙ sit fidelis, & integer fide, & de lege mittentis. c. Nouatianus, vii. q. i. c. eaque, extra de stat. monac. in §. illorum: cum non sit credendum homini: qui non credit in lege nostra catholica, & cõtemnit honorem nostrum: vt Aristoteles docuit magnũ Alexandrum. Fidi in cunctis esse debent legati Principibus suis, & curare semper pro eorum honore, & commodo, ne sibi contingat quòd euenit Methodoro Caspio legato Mithridatis misso ad Tigranum Regem Armeniæ, vt Tigranus vellet inferre bellum Romanis pro Mithridate socero suo, & illum dissuasit: & dũ hoc percepisset à Tigrano Mithridates, Methodorum eloquentem virum occidit in pręsentia Regis Armeniæ Tigrani: & tale factũ non improbamus. c quòd olim, de Iudę. quia infidus fuit, & inimicus regi suo. Tertiò ꝙ sint eloquentes & sapientes. c. porrò. lxxxiii. distin. & ꝙ legis scientia, & claritas non desit in ipsis. c. si ergo, in fin. & c. licet. viii. q. i. vbi habetur ꝙ nihil sapientiæ, nihilue scientiæ, & nihil in eo desit industriæ: vt de Q. Fabio Romanorũ legato legitur missо ad Carthaginenses. l. ii. §. deinde. ff. de orig. iur. Quartò ꝙ sint iusti, & non eligantur iniqui, & iniusti, vt in capitulis habetur prouerbiorum. x. xii. & xvi.

Quintò ꝙ sint veraces cum Dei timore, vt in viii. c prouerbiorum. Aperiētur labia mea, vt rectе prædicem: & ꝙ vitent adulationem: & ꝙ non sint assentatores, cum magis noceat adulatoris lingua, q̃ manus: Nec omnis q parcit amicus est, nec omnis qui verberat inimicus est c. non omnis. v. q. v. c. non putes. xxiii. q. v. nam peior est adulator, & assentator, q̃ sit coruus qui hominē mortuum rodit; & adulator viui hominis, honorem tollit, & contemnit. Sextò debent esse discreti, & docti in cunctis, & exemplares sacerdotum exemplo in xxxviii. distin. vt arguet, & obsecret cũ omni patientia, & doctrina. Septimò sobrii esse debēt, ꝙ sibi non noceat vinum. c. vinoleutum, xxxv. distin. & vbi est æbrietas dominatur luxuria, & furor sine ratione: & docet Apostolus abstineri à vino in quo est luxuria. c. sanè. xv. q. i. Et Persæ volentes cognoscere regē qui misit legatos ad ipsos, an foret prudens, aut imprudens legatis suis præbebant potum vini, & parum bibebant, vel nihil iudicabant eorũ regem esse prudentem: & si nimis bibebant illum fore censebant imprudentē.

Octauò debent esse ætate perfecti, & proueti. c. Nouatianus. vii. q. i. c. quicũq;. lxxx. distin. c. quidem. ea. distinctio.

Nonò ꝙ legati sint robusti, & fortis naturæ, fortiq; animo, & apti ad ferendũ laborem, & gloriosam vocem habentes, cuius defectus in voce facit erubescere legatos ipsos in pronuntiatione: & interrogatus M. Tulius quid nam melius esset in oratore, respondit pronuntiatio: & secundo, & tertio interrogatus, quod ulterius esset melius, respondit idem videlicet pronuntiatio: & non debet esse in legatis viciosa audatia, quæ temeritas nuncupatur: sed esse debent muniti diuina sapientia. c. disciplinæ. xlv. distin. Decimò legati esse debent eloquentes, & facundi, quoniam nil est tam incredibile, quin in dicendo fiat probabile rationibus: & nil est tam incultum, quin oratione splendescat, vt inquit Orator in Paradosis suis: optimus est orator ille, qui dicendo animos audientium arte reddit dociles, beneuolos, & attentos; delectatione, persuasione, rethorica, vt ipse docet Orator in nouis, & veteribus suis rethoricis: nam dulce verbum bene prolatum iucunda voce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & sapiētia, sensusq;, & doctrina etiam noscitur lingua. l. Aquilius ff. de donat. & l. famosi. ff. ad leg. Iul. maiest. Vndecimò eligendi sunt legati nobiles, virtuosi, & morigerati, quos virtus, doctrina, sapientia, & scientia nobiles reddit: nam virtus, & sapientia ex se nobilior est cunctis nobilibus genere, habetur per Andr. de Iser. in c. i. quis dicatur Dux, Comes, aut Marchio. in vsib. feud. Duodecimò fulgere debēt dignitate legati, vt digniras sua locum

seruet illis legatorum. c. ad apostolicę, de re iud. Decimorertiò debent esse viri probi vtiles in verbo, & silentio discreti: ne proferant illa, quæ tacenda sunt: & ne retiscant illa, quæ dicenda sunt.c. sit rector. xliii. distin. & in exponenda legatione sua se ferre habent prudenter, & ponderare trutina prudentiæ verba sua. c. ponderet. 50.distinct. & vt eorum sermo primo veniat ad limam, quàm ad linguam. c.i.ii. q.i.c. decreto. ii.q.vi. & virtus est celerius sentire necessaria, & tardius in verba prorumpere: non enim maior est gloria dicere quòd nouerit, quàm silere quod ignorat, & tacere ratione est diuina prudentia. Decimo quartò, soliciti, diligentes, vigilantes, & solertes esse debent legati. capit.i. & ii. lxxxiiii. distin. & illis imputabitur principibus, qui negotia sua comittunt negligentibus legatis.§.penul. instit. quib. mod.toll.oblig. Decimo quintò debēt esse maturi, habitu honesto, & incessu. c.clericus.xli. distin. nec esse debent instabiles, mobiles, & dissoluti, procaces, inexpediti, aut turbidi, nec vt fœmina molles, à mollice dicta, nam mollicies significat lasciuiam, dissolutionem, negligentiam, contemptum, & inconstantiam: procacitas ostendit superbiam, & iracundiam: & gestu est temperanda facies oratorum, ne proterue exasperetur, & ne lasciuè dissoluatur: sed in se habere rigidam dulcedinem, & dulcem rigorem cum tardiloquio, vt sapientibus conuenit. Decimo sextò debent esse moderati, seruantes in cunctis modestiam: nec procedere arroganter, sed cum modestia loqui, & agere negotia sua, recte disputando ratione.c.vide.xxii.q.ii.&'l. quisquis. C. de postul. Decimo septimò esse debēt oratores probè eruditi, docti, irreprehensibiles, proprii honoris timidi, graues, & maturi.c.oportet.viii.q. i. eruditiq; pluribus linguis: & teneantur ad implere votum per se ipsos suæ legationis, & secundum ritum ipsarum linguarū c.quoniam, extra de off. ordin. & per oratorem in quinto rethoricorū, vbi tractat de voce, & gestu corporis habendis in pronuntiatione oratorum. Decimo octauò esse debent morigerati, & in moribus graues, & prudentes. c.i. x.q.i.& c.indecorum, extra ętate, & qualitate. Decimo nonò sint quoque legati viri boni, probi, benigni, iucundi, & visu modesti, & decores moribus: & eloquio eruditi in virtute à pueritia sub probis magistris exercitati: ad hoc vt se valeant exhibere maturi, & efficaces. c. quamuis, vii. q.i. sitq; in ipsis præcipuè literarum scientia, ætatis maturitas, & morū grauitas.c.cum incunctis, de elec. sint etiam facundi, ingeniosi, circūspecti, & ornati in pronuntiando, & moribus honesti, & in consiliis, & negotiis, proui di, soliciti, & astuti, vigiles ingenio, & flagrantes studio, singulari memoria, clara voce, parati eloquio. Vigesimò debent legati sequi vestigia Christi probitate, non auro cupidi, quæstum negligētes, & refutantes, suę legationis honore intenti: non aliis inuidentes, & omnibus dignis se placidos, & amabiles ostendentes, præbētesq; illis verbo, & opere reuerentia, assiduo vsu, & exercitatione orandi, & proferendi facilitate, ac facundia dicendi, cum omni virtute sine vitio, & deformitate.c.hinc etenim.xlix.distī. Et vltra pmissa tenentur legati seruare non nulla in perorādo, de quibus quædā subnectā inferius. Nā dicitur orator ab oratione, q̄ quasi oris ratio est. Ars enim oratoria in quatuor versatur, vt in rethoricis docet orator, in inuentione videlicet in dispositione, elocutione, & memoria. Et plures oratores variis virtutibus excellerunt: grauitas nempe fuit in Catone, & Iulio Frontino, in Lęlio autē, & Plinio lenitas, in Graccho impetus, in Cæsare calliditas, in Hortensio distributio, in Caluo argutia, in Salustio breuitas, in Cicerone facundia, & eloquentia vera.

3 † Circa illas viginti cautelas, & seu pręcepta: quas, & quæ legati in se habere debent. Prima est, vt cauti sint, adeò ꝙ animum suum ad spem erigant, & sibi commissa in legatione proficiant. Secūda est ꝙ literas suæ legationis, quę decreta nun

cupantur

cupantur ſecum habeant deferre.l.ſi C. de leg. lib.x.illas præſentando cui diriguntur cum debito honore,qualitate attenta perſonarum: ſi ad hoſtem dirigit, reuerentia ſibi non adhibeatur, nec dexteram illi tangant,neque ipſum ſalutét, prout de Pompilio legitur Romanorum legato,ad Antonium ſibi beneuolum Syriæ regem miſſo, vt Ptolemæum non laceſſeret regẽ Aegypti:quod vno momento,& verbo regnũ Syriæ terruit & Aegypti rexit:cum Pompilius in Aegypto foret ſalutatus humaniſsimæ ab Anthioco Rege prædicto,ſibi particulariter amico,non ante expoſitam Senatus commiſſionem, debitas ſalutationum uices reddidit cunctis viri grauitatem, & animi magnitudinem ſpectantibus admirantibus,& ſtupentibus:& audito per ipſum Anthioco ſe pariturum Senatui Romano, eundem regem Anthiocum; ſalutauit,& mirabili affectione amplexus fuit: & ita legati tenentur ſe bene,& fideliter gerere pro honore, & commodo Principum ſuorum. Nam officium eſt legatorum inter illum ad quem miſsi ſunt, & eum à quo mittuntur amicitiam, ſocietatem,& pacem firmare c.ego, in fin. lxiii.diſtin.

4 † Arſacæ regis Parthorum oratores fideliter expoſuerunt Craſſo ſibi commiſſa à rege ſuo, & cum Craſſus ſuperbia nimia ductus ſibi reſpondiſſet ſe non fore illis tunc daturum reſponſum, niſi cum fuerit in Seleucia, aut Babillone, erga quem vnus ex oratoribus Aſarcæ Agiſius nuncupatus eleuauit manum oſtendens Craſſopalmam inquit: prius pili naſcentur in hac palma antequàm poſſis videre Seleuciam, vel Babillonem;& oratores diſceſſerunt, & iuerunt ad Irodem regem doctum in armis, & illi belli futuri ducem Arſacæ regis nomine fecerunt,& Craſſo ruina poſt ſequuto Marte contingit.

5 † Et laudabilior fuit humanitas magni Pompei quàm ſuperbia Craſsi;exiſtente namq; Pompeio in Armenia minore cũ exercitu, ad ipſum miſsis oratoribus ꝑ reges Elemmeorum,& Medorũ: quibus Pompeius gratum, & placidum reſponſum dedit,adeò ꝙ illos reddit amicos,& confœderatos Senatui;Populoq; Romano. Curandum eſt in confederationibus,induciis,& pace componenda, ꝙ bonæ fiant,& cautæ conuentiones firmentur,ne de cætero rumpentur: quia illi q. aſſociant iniquos pace præparant vires iniquitati cum colligatio talis nõ ſit duratura,& poſt bonos affligit in futurum. Attamen ſeruãda eſt pax compoſita, nec rumpenda eſt,niſi præceſsiſſet diffidatio: vt dicit Ioan. And.in c. pro humani,de homic. in vi. præcedente autem hoſtili diffidatione de iure gentium permittitẽ bellum,vt pax quęratur, & in pace viuamus. Legatorum enim pactis conuentis,& firmatis in fœderibus,induciis, tregua,& pace ſtare habent Principes,& illa ſeruare tanq̃ ſi ipſi Principes præſentes pactis fuiſſent per regulã iuris: qui ꝑ alium facit,per ſei pſum facere videtur c. quæ de cauſa.ii.q.v.& l.ita autem.§. geſſiſſe.ff.de adminiſt.tut.c.nouit, extra de offic.deleg.l.i ff.de off.præt.Aphri. Et idem eſt adhibendus honor legato prout Principi ſuo.Ideò cauti, & circumſpecti eſſe debent Principes circa electionem legatorum ſuorum, vt probos,probatiſsimos,& fideles,expertos,doctos, prudentes,& exemplares eligant legatos ſuos. Qui pro honore ſuorum Principum nõ habent accipere numera ab illis dominis,& Principibus,quibus miſsi ſunt, & deſtinati oratores. Exemplo Appii Claudii,qui dum foret per Lucullũ miſſus legatus ad Tigranum regem Armeniæ,vt iure belli in manibus Luculli dare deberet Mithridatem bello pulſum, munera ſpreuit regis Tigrani. Nec Pelopida legatus Thebanorum acceptare voluit munera Arthaxerſis Perſiæ regis pro honore,& corona Graiæ patriæ ſuę. Et Athenienſes ad mortem damnauerũt legatum ſuum Timagoram: quia dona q̃ plura acceperat ab Arthaxerſe Rege Perſiæ,ad quem Orator deſtinatus fuerat b Athico ſenatu. Tertio non eſt exercendus numerus Ternarius circa legatos tactos per aliquam ciuitatem:quia

numerus ternus numerus est perfectus, & comprobatur in Deo vno, & Trino, trino, & vno in substantia, & diuinitate una inseparabili, vt de summ.trin.& fid. cathol.habetur, & tres faciunt collegiū: vnus aut duo persæpe mittuntur oratores prudentes c.illud. vii.q.i.c.pen. extra de ætat. & qualit.l.sciendum. §.fin. ff.de leg.

6 † Et ex his eligaẽ prudentior,& doctior, ac eloquentior:qui exponat legationem, & senior,nisi iunior esset sapientior, & doctior,ac eloquentior:qui tunc præferretur seniori.l.i.C.de consul.c.lex est ii. distin. Multitudo legatorum quandoque mittitur, vt fecerunt latini vellati ramis oleis pro habenda pace à Romanis:vt cantat Poeta. Iamq; oratores aderant ex vrbe latina, vellati ramis oleæ, veniamq; rogantes,& ibi. Centum oratores veniunt ex vrbe Sabella. Quartò obseruare habent oratores in exponendo sibi commissa cōgruo loco,& tempore præsentibus illis, quibus conuenit c.quoties. xxii.q.v. & noscere opportunitatem,abiecta importunitate:& ille rectè facit:q nouit ordinatè tacere. Quintò si forent per oratores legati attendere debent silentium, ne oratio sua fiat in tumultu;sed in loco quieto, & silenti:vt veritas melius,intueatur,& vt inquit Propheta.cultus iustitię silentium est c.qui episcopatum. viii. quæstio.i.c. sacerdotum, de consecra. distinct. ii. & mittissimam proferant verborum prolationem, ne sensum audientium contentiosis uocibus perturbent c.in loco.v.q.4. Sextò ꝙ in orando attendant,non nimis fatigare satures audientium aures:iuxta illud Virg. in Buccol. Claudite iam riuos pueri,sat prata biberunt : & sic habent aduertere tempus, quo auditores non sint fessi in audiendo c. sit rector.§. prouidendum.xliii. distin. nemo vtique auditur auditore inuito.c.ex merito,vii. q.i. & l.ii. §.contrarium in fin. ff.de vet. iur.enucl. Septimò ꝙ non excedant fines mandatorum,seu commissionum sibi datorum à Principibus, vel republica suis c.inter cætera, extra de rescrip. sed ea habet diligenter seruare,& custodire. l.si quis pro eo C.mand.nec aliquid de suo addere debent:sed exponere simpliciter totam suam legationem absq; mendatioullo c. pura.iii. q ix. Et possunt legati de his,quę ad damnum, & iniuriā in eos legationis tempore acta sup sunt, causas instituere secundum leges.l.legatus.ff.de legation. Octauò tenentur legati,vt docet orator in rethoricis summissa voce perorare,ipsorum attēta grauitate submissis oculis, & postea alcius eleuare:vt auditores audiant:vt dicit beatus Seuerinus alias dictus Boetius,ostende mihi domine facere vt sonet vox tua in auribus meis.Vox.n.tua dulcis est,& facies tua decora. Nonò non timidè, sed audacter loqui habent legati principum,& respublicarum, exemplo clericorum,vt in §.icononium, authen. de non alien. & timidi legati vocantur merito canes muti sine latratu : vt dicunt Doct. super rub.C. de leg.lib.x.& c. sit rector, xliii. distin. Decimò ꝙ clare, & non sophisticè, neque ambiguè, & dialeticè loquantur,ne fiant odibiles:& purus sermo pulcherrimus est:vt scribit Aristoteles in Aethicorum.iii.& oratio illa frustra est, quę non manifestat intentum, quoniam opus suum non perficit. Vndecimò ne simulatè loquantur, quia simulatio stare non potest sine falso, & dolo comitibus suis. l. falsus. ff. de furt. Duodecimò cauere habent à superfluis. l.i.ff. de orig. iur.l.fin.§. in refutatoriis C.de appell.& l.fin.C.de preci.imperat. offeren.quoniam sępe stat mendacium, peccatum,& stultitia in multiloquio: & prudens moderat labia sua c.liquido, de consecr.distin.ii. Decimo tertiò tenentur legati pensatè verba diffundere,prōpto sermone secundum qualitatem personarum,seruata gratia, dignitate, vultus, & oris grauitate, corporisq; motu, suaui,& concina loquantur pronuntiatione, adaptando se pro ingenio audientium,verborum ordinem, ritè cōponendo,dirigendum illum probè pro eruditorum capacitate c.oportet.viii.q.i. Decimo quartò verba sua tenentur legati

ponderare ſecundum veritatem, & ꝙ ſi-
bi non vult loqui alios, & ipſi non lo-
quantur:nec habent præcipitare verba,
opera,& conſilia ſua,nec ordinem pero-
randi rumpere c.pōderet.l.diſtin. & tur
pe quidem,& vicioſum eſt in re ſeuera
præponere ſermonem dignum cum vi-
tio. Decimo quintò variare habent le
gati orationem ſuam coloribus rethori-
cis,quando vident,& cognoſcunt audito
res eſſe feſſos, vel aliis intentos l.ii.§.ſi
quid.ff.de veter.iur. enuclean. Deci-
mo ſextò curare habent legati exprime
re ſibi commiſſa in legatione placida vo
ce,& mitiſsima prolatione, & pronun-
tiatione liquidiſsima, non reiterando
clauſulas: ſed continuando, reuocando
animos ab errore, & illos ad veritatem
trahendo, reuocando praua, & in recta
mutando:& de vitiis ad virtutes, aſpera
conuertendo in plana,inſtruendo fidem
amicitiæ,erigendo ſpem, & pacem inter
amicos,faciendo, roborãdo charitatem,
eleuando noua, & plantando vtilia,fo-
uendo honeſta, mitigando corda irata
& exercitando pigros,conſolando deſpe
ratos,& illos hortando:vt Demoſthenes
apud Græcos,& M.Tulius Cicero apud
Romanos,geſtusq; ſui corporis optimè;
vt Hortenſius,& Lentulus,ſpeculo ſępe
videndo anteq̄ peroraſſent: & inde con-
cionando placerent auditoribus. De-
cimo ſeptimò ſi contigerit legatorum lo
qui de ſcæuis,ſeueritatem adhibeant, ſi
de iocoſis leporem, ſi de arduis grauita-
tem:vt optimè ſcribit M. Tulius Cicero
in primo officiorum,& in rethoricis : &
& habent curare legati:quòd non ſit in-
nanis loquutio ſua,ſed vtilis,mouendo,
ſuadendo,docendo,& conſulendo,parcè
laudando, parciusq; vituperando ; quo-
niam nimia laudatio eſt tam irreprehen
ſibilis, quàm immoderata vituperatio:
eſt in adulatione,& hęc in malignitate;
miſcendo quandoque iocoſos,& facetos
colores,& ſermones rethoricos ſecundũ
opportunitatem,ſequendo magis vtiles,
quàm facetos ſermones: abſq; detrimen
to indignationis. Decimo octauò non
habent oratores vti ſemper verbis uete-
ribus,ſed nouis magis:quia noua magis
placent,vt in procem. habetur digeſtorũ
de Thuberone in §.ii. & vt dicit beatus
Hieronymus ſcribens ad Damaſum Pa
pã,mihi ſufficit loqui, vt intelligar,imi
tans ſimplicitatem, & non doloſam ſu-
perbiã buccis inflatis,& verbis ſpuman-
tibus. Decimo nonò, vt doctorum ſen
tentiis vtantur in ardua materia, vt in-
quit Orator in rethoricis. Vigeſimò
in omni pronuntiatione caueant legati,
vt aliàs dixi non repetere clauſulas,quo
niam vitium foret in arte oratoria,vt cir
cuitus ceſſantibus tamen coloribus re-
thoricis:nam verbis ſpumantibus hor-
ret ſapientia:magis auditur Orator in ſi
lentio,quàm Principis clamor inter ſtul
tos:& quieſcant ſtrepitus, & tumultus,
riſus perorantibus legatis c. in loco.v.
quæſt.iiii. Et ſanctos lex reputat le-
gatos.l.fin.ff.de legat. Et Publicũ eſt
munus legationum, quod quis ſubire
compellitur l.fi.§.legati.ff.de muner.&
honor.& l.ſi quis decurio.C.de decu-
rion. Et regulariter ſunt placidè,& re
uerenter accipiendi, & audiendi legati
per illos ad quos mittuntur:ſi mittentis
dignitas hoc exigit.l. inter claras. C.de
ſum.trin.& fid.cathol.& illi qui mittũt
legatos, videntur ipſi ire per eos.c.qui
vos.viii.q.i. & c. accuſatio.ii.q.vii. & l.
ii.C.deſtatui.& immag.

7 † Quęro de quęſtione, quæ occurrere
conſueuit:An iuſtè bellum indicat con-
tra illum,qui fuerit iniuriatus legatum
domini Papæ,vel Imperatoris, ſeu alte-
rius Regis,aut Principis, vel Reipubli-
cę;vt in lib.xiiii.Machab. & in libro Re
gum.xx.in c.x.xi.& xii.dic ꝙ ſic, ſi fue-
rit nomine ſui Principis iniuriatus : ſin
autem iniurians tradatur in poſſe illorũ,
quorum erant legati,illi qui fuerunt in-
inriati.l.fin.ff.de leg.eis tamen facta in-
iuria videtur,quorum legatione fungun
tur c.accuſatio. ii. q.vii. & c. offerebat.
xxxii.q vii.& c. ſi quis.xciii.diſtinctio.
Et non ſolum iniuria talis irogatur le-
gatorum principibus, ſed etiam populis
ſuis,vt in.ii.lib.Regum.x.c. ibi pugne-
mus pro populo noſtro: & per Docto.&

maximè per Luc.depen.in rub. C.de legat.lib.xi. Nam ostensa illata officiali,& magistratui.D.Papę, vel Imperatoris,ipsi domino Papæ, vel imperatori illata videtur. Et iniuria facta vasallo videtur etiam facta Domino : habetur p Bar.in l.i.§.fin.ff.de iniuriis, & per Innoc.in c.dilectus. de appellat.& Glo.in c.auctoritatibus, de priuileg. lib.vi. & Bald.in c.i §.conuicia,de pac.iuram. firman. per Alber. de Rosa.in l.si quis in hoc genus C.de episcop.& cler. & l.omne delictum.§.i.ff.de re militari.

8 †Quæro de casu, de quo pridie fui cõsultus : Franciscus, & Hieronymus ambo Rauennates absq; culpa Francisci, culpa tamen,& potentia ipsius Hieronymi effecti fuerunt inimici:an poterit Franciscus petere sibi dari cautionem à dicto Hieronymo:Consului quòd sic:per not. per Alexan.de Imol. in l. hoc amplius. § si quis.ff.de damno infecto.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII.

Quid sit agendum per Duces in dubio prelio. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Victoria in dubio marte est à Duce fingenda, ut uictor euadat,sicut fecere Myronides Atticus.Tullus Hostilius & Annibal.*

2 *Vox Ducis dicentis hostes esse fugatos sæpe cædentem exercitum reintegrat. uti fecere T. Quintus Capitolinus & Manlius.*

3 *Annibali dolus in reuocãdo Romanũ exercitũ à Capua ad montes uoce latina non profuit.*

4 *Ad tollendum terrorem exercitus oportet Ducem aliquando malum nuncium supprimere, ut fecere Sertorius & Athenienses.*

5 *Bellicis sonis aliquando pro signo uictoriæ letitia à Duce est simulanda , ut exercitus animetur.*

6 *Mæstitiam Ducem quandoque decet ludis sum mouere ueluti Cæsar fecit , in funere Iuliæ filiæ.*

7 *Mortem aliquando non tam ex aduerso quàm ex prospero belli euentu sicut ex nimio mœrore,ita ex immenso gaudio aliquos incurrisse; ut euenit in morte. T.Q. Flaminii & libertate per eius filium Græcis data , ob idq; clamore populi sæpe Cornices & ceruos prætervolantes mortuos concidisse.*

8 *Magnos Imperatores musices, & præsentim militaris non fuisse inexpertos, & de ea plerunque iudicas se. ut Paminundas Alexander.& Pyrrhus fuere.*

Alcibiadem quoque classem suo astu recuperasse.

9 *Milites tubarum sonitu refici , & ad prælium inflamari.*

10 *Hostium spolia asportando plerunque hostes deterrentur.*

11 *Ancipitem fore lusum fortunæ in bello , nisi ad Deum recurratur,& nihilominus audacter Duces se gerere oportere.*

12 *Loca tuta per Ducem exercitui esse deligenda, ut per ea seruetur & non destruatur , sicuti Xersi obfuit Themistocles.*

13 *Bonum Imperatorem ut suis uictoriã parere possit propriam uitam contemnere debere exẽplo responsi Alexandro dati ex Sabba urbe,& nume. 14.*

15 *Duci uulnera timenda non fore , ut fortiter certando superet hostes exemplo Romuli aduersus Sabinos.*

16 *Milites concitari debere fortitudine Imperatoris*

ris mortem spernentis, ut gloriosam uictoriã consequantur. ut erga Furium Camillum sui fecere, & nu. 17.

18 *De Pyrrhi Epirotarum regis uirtute, & qua ratione Demetrium superauerit, ac Macedoniam & alias prouincias sub se redegerit.*

19 *Ducem etiam pedestrem pugnare debere, sicut primi Romani Dictatores fecere. quorũ primo Fabio Maximo ut equum ascenderet ex Senatus Populiq; Romani decreto concessum fuit. & ad hostes terrendos eorum Ducum capita in illorum exercitum sunt proijcienda, ut Claudio Neroni de capite euenit Asdrubalis. laudantur & illi Duces qui curam adhibẽt & in suis sauciis refocillandis.*

20 *Prouidi Ducis est suorum cadauera in die interfectorum nocte sepelire, ut hostium tantummodo strages conspiciatur.*

21 *Consilio temerario aliquãdo in espeditione opus est. si certum est ordinem non prodesse.*

22 *Diurna pugna intermitti non debet, quin et nocturna clade hostium reliquias Dux insequatur, ut Martius eques & C. Manlius fecere; & nume. 23.*

24 *Hostium castra custodibus & excubijs destituta noctu mutatis uestibus sunt inuadanda, ut nocte Pompeius Mithridatem, & Iugurta Romanos inuadere consueuerunt.*

25 *Parua quandoque à bono Imperatore nõ sunt negligenda, ut mala inde uitemus, & bona consequamur, ut fecit Lucullus in barbaros ex Cerui persecutione.*

26 *Furii Camilli Tribuni octagennarij et infirmi prospere gesta, & Sutrij recuperatio, & erga Deũ religio. & quod plerunq; fortunæ uarietas Dei numine mitigatũ, et nu. 27. & 28.*

29 *Paruus exercitus ut magnus hosti uideatur noctu è castris sunt mittendi milites qui hostibus insidiẽtur, et mane ad castra reuertantũ.*

30 *De Pauli Aemilij consulis constantia, qui ante & posterius triumphum duorum filiorum morte non deterritus fortunam in re priuata non timuit. ut publicam ante poneret, & breui morbo confectus publico funere propterea emeritus est in campo Martio sepeliri.*

31 *De fortitudine M. Marcelli cõsulis qui in Gallos incidendo, eos trudit & spoliauit, eorum rege interfecto.*

32 *De Gestis & consilijs. Q. Sertorij qui apud Sucronẽ Pompeium & Afranium superauit.*

33 *Qđ Scipio M. Fabiũ maximum inuitando docuerit securitatem tempore emendam fore.*

34 *Q. Fabij cunctatio magis timebatur ab Annibale q̃ Minutij celeritas. ex quo se laqueos pro leonibus non pro Pallade habere aiebat. Quod cõfirmauit Domitius Carbo dicẽdo rei militari necessariũ eẽ tardũ dolabrũ et n. 35*

36 *Duces belli ex utraque parte dum conueniunt pro inducijs uel pace ineundis habere debẽt equites in armis, ut fecere Scipio Aphricanus, & Annibal, & huiusmodi conuentus fieri debet in apto cãpo & iactis lepidibus.*

37 *De modo prouidendi ne captiui existentes in exercitu illi noceant. Et prudens responsum illorum de urbe Sabba ad Alexandrum de præcedentia diei an noctis. & nu 38.*

39 *De foueis subterraneis ad fallendum hostes.*

40 *Vasallus coniurando contra dominum feudi, sed non perducens ad effectum coniurationẽ an sit priuandus feudo.*

Affectus an & quando punitur non secuto effectu de iure.

41 *Seditionis crimen quot sit causa malorum.*

42 *Ob bella ciuilia sub Cæsare & Pompeio occisa sunt centum & septuaginta millia Ciuium Romanorum, non connumeratis proscriptis & cæsis per Marium & Syllam.*

43 *Publicæ gratia utilitatis quis ultrò mortem debet appetere & se deuouere, ut Decii fecere.*



1 APIENTES bellorum Imperatores † videntes in pugna exercitum suum ꝑ parte vincere, & sistere in hostes, & ꝑ parte fugere vt sæpe contingit: debent ob hoc inuicti esse animo, nec se desperare cum varii sint exitus bellorũ, nec finis semper respondet principio. Propterea tenẽtur suis augere animos vt acriter, & impigrè, ꝑtinaciter, & animosè pugnent, victorium arte clamorem emittentes Myronidis exemplo Atheniensium Ducis: qui in dubio prelio contrà Thebanos clamauit suos esse uictores, & hostium Ducem esse occisum: & ob hoc minuit Thebanorũ

audaciam, & suorum accreuit animos, & victor arte tali permansit. Et dum dubiè pugnaret Mironides Dux Atticus contra Thebanos in cornu suorum dextro saltando clamauit alta voce se hostes vicisse in sinistro cornu, & suos adeò animauit, & hostes perterruit quòd dextrum cornu rumperunt, & inde sinistrū disciparunt victoriosè. Tullus Hostilius Rex Romanorum existens confœderatus cum Albanis, & dum pugnaret contra Veientes se Albani abstinuerunt à pugna, & reduxerunt ad montes: hoc illicò percepto per regem Tullum, vt suis audaciam præberet, & hostibus terrorē cōcuteret inquit alta uoce Albanos hoc fecisse iussu suo, vt Veientes hostes poneret in mediū, & in suis accreuit animū, & hostibus terrorem concussit: & fuit victoriam potitus in dubio prælio. Annibal tribus millibus ex suis fabris lignariis ab exercitu suo discessis iniussu suo inquit erga suos illis licentiam dedisse: & vt sui hoc facilius crederent certos alios fabros lignarios licentiauit: & ita suorum animos confirmauit.

2 † Et T. Quintius Capitolinus Romanis cædentibus inquit terribili uoce hostes esse fugatos in altero cornu, & suis firmatis fuit victoria potitus. Et Manlius vulnerato Fabio collega suo qui ducebat sinistrum cornu contra Ethruscos parte cædente sui exercitus, credente Fabium mortuum cum turmis equitatus occurrit Manlius clamando alta uoce Fabium collegam viuere, & se dextro cornu vicisse, & suorum ita reintegrato robore uictor extitit vox simulatè emissa in ardenti bello sæpe prodest.

3 Non profuit Annibali in Campania prope Capuam facere ꝙ exercitus consularis obsidens Capuam iret ad montes callida emissa uoce latina iussu Annibalis per habentem linguam latinam, & seu Romanam exercitum debere accedere ad montes mandato Consulis, & tali cognita Punica fraude per Romanos in militia doctos ipsi non iuerunt ad montes suo de hoc cerciorato consule.

4 † Et cum in bello foret exanimatus præfectus exercitus Sertorii, & foret in pugna nunciatum Sertorio qui illicò nuncium pugione transfixit, ne in aliorum pugnantium suorum perueniret notitiā vt non deficerent à prælio, vel ne se firmarent audita morte sui Præfecti. Athenienses diuulgata fama in Tōserina fuisse per Gilippum ruptos duces Atticos Syracusis aliter nescientes sinistrum casum ruinæ suorum Tonserem carcerarunt tumultuante populo, & illum carceratum detinuerunt donec certi de casu fuerunt.

5 † Potest & in dubio bello uictoriæ clamor artè mitti per Ducem exercitus parte hostium uicta faciendo lætitiam cum tympanis, buccinis, & cornicibus, tubis, & similibus aliis bellicis instrumentis indicantibus uictoriam iuxta illud Ouidii Poetæ Sulmonensis.

> Temporibus ueterum tibicinis vsus auorum,
> Magnis & in magno, semper honore fuit,
> Cantabat fanis, cantabat tibia ludis:
> Cantabat mœstis tibia funeribus.

6 † Cæsar pro exequiis filię suę Iuliæ celebrare fecit ludos gladiatorios in theatro, & pugnam naualem in Tyberi.

7 † Legitur quādoque ob sinistrum casum quibusdā molestè occursum illos periisse subitaneo mœrore, & ècontra ob magnam lętitiam subitaneā cęcidisse quosdam: ut contigit quibusdam mulieribus Romanis Trebiana sequuta clade ī qua mortuus fuit T. Q. Flaminius consul cū exercitu astu Annibalis: & cum Romanæ quædam mulieres audito filiorū morte reperissent filios suos in uia euasos à tali clade, illicò pre lætitia cæcidere mortuæ, & in ipsis maior fuit uis lætitię q̄ mœror. Et ob lætitiam clamantibus Gręcis in theatro ob edictum proclamatum iussu Flaminii filii prædicti Flaminii consulis ut Gręci uiuerent sub lege sua, & more suo, adeò uox magna fuit ꝙ cornices ibi supra uolantes tali uoce perterritæ cęciderunt in terram semi

mortuę rupto, & disiuncto aere tali terribili uoce lætitiæ, ut refert Plutarcus in uita T. Q. Flaminii. & idem Romę contigit de coruo clamante populo in Cãpo Martio ut aliàs dixi in comiciis Põpei.

8 † Prodest musica in omni militia cœlesti, terrena, & aquatica ob refectionem spirituum, & consolationem animorũ, exemplo quorundam Regum bellorum non obscuri nominis: qui tali virtute delectati fuerunt, ut fuit Epaminũdas Thebanus, & Alexander magnus qui manũ posuit ad arma audiendo cantum Xenophontis tubicinis: & dum fuisset rogatus Rex Pyrrhus de Citharedis, & canentibus Pithone, & Daphisio quis eorum esset melior, respõdit Poliparcontam fuisse bonum ducem, & militem bellacem: & Alexander interrogatus de bonis Citharedis quis esset melior respondit se uelle audire Citharam Achillis quę uocabat milites, & hostes ad bellum, & de arte sua iudicium dederunt ut probos decet Imperatores, ad quos spectat scire arma, & disciplinam militarem. Alcibiades Atheniensis peruento ad ipsum nuncio cum turbato uultu ob sinistrum nouum suę classis à Farnabagio expugnante regis Pręfecto, dũ pugnaret contra Abidenos, illi prohibuit non loqui, sed ipsum secretò reduxit, & tacuit malum omen suis, & hostibus: & id occultando lęto uultu erga suos inquit: Pugnemus impigrè quoniam Mars est nobiscũ in bello: & habita uictoria illicò dedit præsidium suæ classi.

9 † Martiales quippè uiri reficiunt, & animant, & lętantur sono, & cãtu tubarũ, & similium instrumentorũ martialiũ pro labore supportato in bello: & cantus, & sonus excitat ipsos, distrahit, & animos, & inflammat furorem ad pugnam iuxta illud Ouidii.

Ille manus olim Misurtus Hectora lęto;
Creditur & Lyricis detinuisse modis,
Venerat Alcides exausta parte laborum.
Iussaq; restabant vltima pœnæ viro.

10 † Carpendo animosè etiam hostiũ spolia interfectorum ut hostes perterreantur in bello credentes se fore uictos ab omni parte: & tali arte suis uictoria geminabitur, & hostes perterriti fient.

11 † Lætos quandoque uultus, & quandoq; tristes in bello incerta induit fortuna, cuius frons capillata capitur uirtute prudentis militiæ Ducis, ipsius à parte omissa caluitię: & tanq̃ pilam extollit homines in altum, & illos facit reges, & diuites magnos: illosq; deponit, & reddit egenos, & inopes: qui sibi, & proprię suę uirtuti, & non Deo uictoriam tribuunt: ut iuuenalis satyricus Poeta Aquinas decantat.

Si fortuna uolet fies de rectore cõsul:
Si volet hæc eadem, fies de consule rector.

Quod sepe contingit occulto Dei iudicio: & tenentur Duces in dubia, & perniciosa clade, suos hortari iuxta illud Poetæ.

Suasit equos unum quod rebus restat egenis:
Nunc prece, nunc dictis uirtutem accendit amaris:
Spemq; meam patrię quo nunc subit ęmula laudis:
Fidite ne pedibus, est ferro rumpenda per hostes.
Est uia qua globus ille uirum densissimus urget:
Numina nulla prẽmũt, mortali vrgemur ab hoste,
Mortales totidem, mortalia temnitis arma.

Et tunc publico bello confligere tenentur Duces omni à se excusso timore, vt fortuna uarietate bellorum: & humana conditione uictos liberet absque graui detrimento.

12 † Et habeant curare duces studio omni, & ingenio reducere suos in loco tuto: ꝙ ab omni parte lędi non posint, videlicet apud alpes, colles, aquas, rupes, paludes, flumina: cauernas, fontes, nemora, & similia: quia ut aliàs dixi, magis prodest locus artè acceptus; quãuis; & uirtus multorum qui à natura locorum sæpe uincuntur: ut de numeroso exercitu Regis

Xerſis legitur victo à Themiſtocle cum parua manu Græcorum ratione, & natura loci anguſti.

13 †Nec habent duces in generali bello, & pernitioſa clade, & in dubia pugna parce re, ꝓpriæ vitæ: ſed ſe in infidos hoſtes ſuorum facto cuneo fortiſsimorum militum, globoque, vel nodo ſtricto, aut acu ſcuto Dei, & viribus totis animosè pugnando; ſuis augendo audaciam, vt ſtrenuè militent in præſentia ſui Ducis: videntes ſuum regem ita potentem, & excellentem in armis, & in contemptum propriæ vitæ certare: & cum pulcrum mori ſuccurrat in armis, certa eſt ſalus exercituum uictorum iuxta illud Virgilii.

Vna ſalus uictis, nullam ſperare ſalutem.

14 † Interrogauit enim Magnus Alexander Sapientes Sabbæ vrbis, quantum viuere poſſet homo, reſponderunt donec exiſtimat mortem eſſe uita meliorem.

15 † Romulus dum in prȩlio contra Sabinos in capite fuiſſet vulneratus: quem cruentatum videntes milites ſui fugam erripuerunt ad pallatinum, qui illos ſparſos arte retinuit: & eorum facto agmine ſtricto irruit in Sabinos: quos duro marte ſuperauit. Nam boni milites pro gloria, & cum omni virtute certant viribus totis: & vltra vires ſuas in prȩſentia ſuorum Imperatorum omni experto, & nullo uitato periculo vt aliàs dixi, Cum uita ſit fortior morte, quoniam ſuſtinet tantas aduerſitates, miſerias, & pericula: vt erga Alexandrum magnum reſponderunt Sapientes Ciuitatis Sabbæ illos interroganti ſi fortior eſſet uita, aut mors, reſponderunt vt ſupradixi.

16 †Et q͠d ſpei ſupereſſet militibus illis, ſi eorum duces ſibi amiciſsimi eſſent interfecti in tali clade, & imperitiȩ ſemper imputarentur milites ſi per ipſos fuiſſet impigrè pugnatum in præſentia ſuorum ducum in ipſo bello cæſorum: & melius eſt pro honore ſui Imperatoris marte mori glorioſè, quàm proprium exercitum deſerere, & cum infamia, & dedecore turpiter uiuere ſuo Imperatore pertinaciter certante, & reſiſtente iuxta illud Poetæ.

Atterritus ille aſper, acerba tuens, retro reddit.

Et neque terga ira dare, aut uirtus patitur, nec tendere contra

Aut aliter retro dubiꝰ veſtigia Turnꝰ.

17 † Et dum militarèt in iuuentute ſua Furius Camillus ſub dictatore Poſthumio Tuberone cõtra Volſcos, & Sicanos vulneratus in coxa cũ lancea, equitãdo ꝑ caſtra traxit lanceã ex vulnere, & ſe iniecit in partẽ hoſtiũ fortiorũ adeò impigrè pugnando, ꝙ illos euertit in fugam.

18 † Et Pyrrhus Rex Epirotarum cõtra hoſtes defendit Demetrium ſororium ſuũ: & illos virtute fugauit, & Macedones, Epiros, & Moloſſos, Græcos, & alios q̃ plures populos bello quæſiuit, & rexit occiſo Neptolemæo ipſius proditore: & dolum vitauit Lyſimaci ipſius interceptis literis, & pacem firmauit inter fratres Antipatrum, & Alexandrũ: Alexandro poſt occiſo improbè ꝑ inſidias Demetrii occupata Macedonia ſub ſpe amicitiȩ ibi prouentæ, & occulto in ſe vitio regnandi: victis Etholiis hoſtilitate ſequuta inter Pyrrhum, & Demetrium cupiditate regnandi: Et ob infidelitatẽ & ſuſpitionem vicinorum regnorũ: & cum Pantacco Demetrii Duce viro in armis, & diſciplina militari clariſsimo: duellauit iuuenis Pyrrhus, & Panthacum virtute ſuperauit, & exercitum fudit Demetrii. Ita ꝙ Epirotæ, & Macedones dixerunt Pyrrhum animo, & armis, gloria, & virtute fuiſſe ſimilem Alexandro Magno.

19 †Et quandoq; tenẽtur Principes in bello publico deſcendere ab equo, & pugnare pedeſter, vt ſui pedites acriter pugnent: & Romani dictatores olim ambulabant, & pugnabant pedeſtres vnà cum peditatu ſuo: & Fabius Maximus primus fuit dictator qui cum licentia Senatus, Populiq; Romani equitare cœpit: & in futurum poſteà omnes dictatores ex dicto Senatus conſulto equitarunt inter pedites ſuos. Nã primitus dictatores, vt prȩdixi, incedebant pedeſtres, & ita pugnabant

inter equitatum suum: & inde ascendere saltu equum, & ab eo descendere celerrimè, cum opus fuerit oportunum, & necessarium strenuè resistendo, & diffusos suos cõgregando nouum deletum, & noua quęrentes auxilia, variis, & occultis modis, dolis, & insidiis, aucupando hostes assiduo, proprium honorem, & salutem suorum curando, animo semper inuicto lædendi inimicos: & aliquo ex ducibus eorum truncato, & ipsius capite iacto in exercitum hostilem, pro vt Claudius Nero cum Liuio Salinatore, & Domitio Carbone fecit de capite Asdrubalis in agro Piceno apud Methaurum interfecti: vt Duces, & hostes affligerẽtur, procurando saucios suos mitti in locis tutis pro eorum cõmoditate, & salute, cũ charitate fructifera, eos sæpe visendo, sibi prouiso de necessariis. c. Charitas, de consecrat. distin. iiii. quos sanatos posteà promptiores in prelio habebunt, & pericula quęcunque, quantunque maxima pro optimo, & clemente Imperatore suo libentissimè subibunt.

20 † Et optimum erit etiam si de die facta aliqua expeditio fuerit à nocte diuisa superuenta, suorum cadauera de nocte quandoque mandare sepelliri: vt mane futuro hostes videant plures ex suis fuisse mortuos: & se magis victos putent sibi incusso terrore.

21 † In clade, & periculis quandoque profuit consilium temerariũ arte vsum pro victoria: quoniam in extra ordinariis ordo est, ordinem non seruare: sed hoc sæpe fallit: quia ordo bonus nunquàm fallit, & ex eo certa sequitur victoria.

22 † In pernitiosa verò, & dubia victoria cõmisso prælio superuenta nocte cõsilium erit reliquias hostium aggredi de nocte, suis primò aliquali data requie: nam vmbræ duplicant de nocte, & trepidant hostes pauore grandi, credentes inimicos esse longè maiores, quàm non sint, vel sibi nouum venisse præsidium iuxta illud Iuuenalis.

Et motu ad Lunæ trepidabis arundinis vmbram.

23 † Exemplo Martii equitis qui in dubia Pœnorum victoria aliena castra inuasit in obscura nocte, & victor fuit: & Hispanias tũc restituit Romanis. Et C. Manlius victis Theotonis superueniente nocte ipsorũ reliquias noctis caligine paucorum suorum sublatis clamoribus territauit: & tota nocte hostes detinuit vigiles ex eo vt de mane ipsos facilius debellaret pro ut fecit.

24 † Hostium castra custodibus, & excubiis destituta inuadenda sunt de nocte cũ signis, vestibus albis: vt sui in obscuro cognoscantur ab hostibus: qui vino, & somno sepulti victi permanebunt: nam alto excitati somno, ignorabunt quo vadunt: & fusi passim trucidabuntur, antequàm sciant causam tumultus: & sic nõ sunt deserenda castra sine fidis vigiliis, & vigilantissimis custodibus: vigiliarũ autem, & excubiarum oculis vt aliàs dixi tuto dormit exercitus. Pompeius de nocte rupit Mithridatem radiante Luna in hostium oculos: Iugurta de nocte libenter pugnabat contra Romanos, vt euadere facilius posset superatus.

25 † Nec habent optimi Duces contemnere parua, & leuia in bello: sed omnia cũ diligentia, & prudentia probè prospicere: & quisquis fuerit causæ, vel pugnæ, finis bonus, aut malus in re militari nunquàm est negligendus: nã ex leui pugna aliàs incepta per Romanos contra Barbaros insequentes Ceruũ; Lucullus suos retinuit inordinatos, & inde ordine facto bellauit, & vicit.

26 † Et dum fuisset Furius Camillus Tribunus militum vnà cum L. Furio collega suo, & in castris infirmus, portatus iussu Senatus, Populiq; Romani contra Prænestinos, & Volscos, cupiens hostes cõsumere tempore, donec foret validus: & collega suus peroptans gloriam acie instruxit exercitum præter voluntatem Camilli: quo infirmo relicto in tẽtorio, cum paucis hostes fuit adhortus, & hostes in fugam magno impulsu verterunt Romanos: hoc per Camillum audito, illicò de lecto surrexit armatus, & euaginato ense cũ suis paucis se opposuit hostibus, & adeò fecit quòd suos retinuit,

& ꝙ hostes vlterius non processerunt, & die sequēti Camillus ordinatis aciebus suis, illas duxit ab bellū in hostes. adeò strenuè pugnando ꝙ castra occupauit inimicorum eorum parte cæsa, & reliquis fugatis.

27 † Et cum Camillus audiuisset Sutrium fuisse occupatum à Tirenis custodibus, & præsidio, & coloniis cæsis Romanorū cum expedito exercitu Sutrium aduolauit, & occupauit, hostibus, pro parte occisis, & pro parte fugatis: & inde rebelles Tusculanos domuit, se data vrbis seditione, & demum Gallos oppressit, & vicit apud Anienum fluuium existens dictator in lxxx. anno suę ætatis, arte de nocte retentis hostibus in somnis, nonnullis ex suis equitibus Romanis missis leuis armaturæ: qui inimicos tota nocte vigiles detinuerunt, & de die suis post eductis aciebus instructis in aperto experto marte victor permansit Camillus, voto primitus facto Deo, cui victoriam attribuit, vt optimi Duces facere tenentur, ne fortuna sit sibi contraria: quæ volubilis est, & sæpe mutatur nutu Dei: Ita ꝙ quandoque victores opprimit superbos, & victos extollit humiles qui diuinum auxilium implorarunt.

28 † In cunctis igitur est petendū Dei suffragium: & Deo est laus, & gloria danda; & non virtuti humanæ quę in aduersis indiget consilio, cum præsidio Dei.

29 † Et si Catholicorum exercitus paruus fuerit, & hostium maximus, à quibus dubitentur inuadi de nocte catholici, sanū erit quandoque consilium pro catholicis mittere expertos de nocte per varias vias hostibus insidiando, & de mane postea se reducere in castris suis: vt videantur noua auxilia venisse in exercitu fidelium Caridis exemplo Atheniensiū Ducis qui dum paruum haberet exercitū, & expectaret suffragia pro suis paucis, quos dubitauit per hostes aggredi ob eorum multitudinem longam, partem suæ gentis per diuersas vias misit de nocte hostibus insidiando, & inde de mane redire iussit ad exercitum suum: ita quòd suis audaciam acreuit, credentibus sibi venisse suffragium, & hostibus incussit timorem, credentibus noua præsidia venisse Caridi ex Athenis; & sic cautè suos seruauit illæsos à multitudine illa.

30 † Et dum antiquus Paulus Aemilius cōsul prudentissimus Imperator venisset ad vrbem triumphaturus pro victoria contra Perseum Regem Macedonum, ante triumphum per tres dies fuit sibi contraria fortuna ob mortem vnius ex filiis suis, & alius decessit post triumphum: constantissimus tamen fuit Aemilius in animo fortitudine inquiens constantiam, & fortitudinem non solum contra arma hostium esse habendam, sed & contra omnem, impetum, & tempestatem fortunæ: & se nunquàm timuisse res mundanas, sed diuinas, & fortunam, quæ instabilis est varia, & infidelis videndo ipsius prosperitatem, quam semp habuit in bellicis rebus: & ꝙ Deo gratias afferebat talem inuidiam fortunæ fuisse particularem in ipsum, & non publicam, pro vt verebatur prosperitate gestorum suorum. Et infirmatus Aemilius morbo confectus triduo decessit, & cum maxima pompa fuit sepultus in Campo Martio.

31 † Et cum M. Marcellus consul in manus incidisset Gallorum, & omnia sibi contraria videret, stricta acie suorum, facto cuneo fortissimo in medium hostium irrupit: & regem Gallorum occidit, exterritis Gallis inopinata audatia: vbi vix salutis spes fuerat, opima spolia reportauit M. Marcellus vir Consularis, & triumphalis.

32 † Et pulsus acie Q. Sertorius virtute Q. Pii Metelli consulis tutam etiam arbitrans fugam, suos arte iussit abire dispersos per nemorosa loca: primitus monitos, vt certo loco se conuenirent, & ita exercitum suum seruauit. Et alia vice rupto, & sparso Sertorii exercitu, vt suorum reconciliarentur animi, equos duos deduxit in medium, vnum macrum, & alium pinguem addito caudæ macri viro fortissimo vt illam cauaret, & pinguis equi caudæ debilem virum posuit: qui paulatim, paulatim in breui caudam totam expilauit cauando settas, quod vnà

vice vir ille fortissim⁹ equi macri caudã conatus pluries cauare non potuit vnito robore: Nam plus potest virtus, & ingenium quàm uis: & multa sunt quæ in vno impetu superari nõ possunt, vt erat Romanus Populus sensim tamen, & tẽpore disiunctus paulatim, paulatim supe rantur suorum discordia: & ita animos militum reconciliauit, & vires illis resti tuit bellax, & prudens Sertorius qui sua virtute apud Sucronam bello rupit Pompeium, & Afranium.

33 † Et Scipio deridens celeritatẽ, sequẽdo disciplinam militiæ Fabii maximi cunctando Numantiam superauit inquiens ineffrenatam esse nimis celeritatem, audatiam, & temeritatem, sed se emere securitatem tempore, & nullam rem magis conuenire summo Duci quàm tutã cunctationem, & moram his duabus ma ximè contrariis in re militari peritissimi iudicant Principes sequentes pruden tiam, & disciplinam M. Fabii maximi sapientissimi Imperatoris: qui cunctando, & cum suo graui consilio restituit Romanis Imperium suum, & Annibalis superauit audatiam, ferocitatem, & prosperitatem.

34 † Et magis timebat Fabius celeritatem, & audatiam Minutii Collegæ sui fore nocuã Romanis, quãm vires, & insidias Annibalis, & milites tam sui, quàm Annibalis incusabant nimiam Fabii tarditatem, excepto Annibale: qui virtutem, & prudentiam Fabii optimè libratam ti mebat, dicens esse in Fabio diuinam prudentiam, & Romanos etiam habere suũ Annibalem Fabium: quem vidẽs castrametari in locis tutis mõtium inquiebat se formidare nubem illam sibi allaturã mortalem pestem, & Minutii superbiã, ferocitatem, & audatiam vilipendebat: sciens se plures habere laqueos pro leonibus, & vrsis, sed nullum pro Pallade.

35 † Et tardum dolabrum esse vtendum in re militari prudenter docebat Domitius Carbo militię magister, & amicus Palladis, qui probè curabat suos seruari, cunctando, & hostes tempore superare: curãdo arte, & ingenio omni scire eorum secreta, & ꝙ ipsi ignorent sua.

36 † Per sępe contingit Duces inimicorum exercituum ad inuicẽ loqui ad res subditas, vt indutiæ, & seu pax inter ipsos tractarentur: vt fecit Annibal pœnus cũ Scipione Romuleo in Aphrica, antequàm illa gloriosa expeditio de summa rerum inter ipsos fieret, & ne decipiantur, vel circumueniantur, aut dolo capiantur duces rupto fœdere, consilium erit equites adesse in armis ab vtraque parte agmine facto: exẽplo Cæsaris, & Ariouistæ Germaniæ Regis; qui prudenter in aperto Campo non longè ab equitibus suis armatis circa futura bella se consultarunt, & non in castris suis manu, vel natura munitis. Consultationes huiusmodi sunt faciendæ; ne aliquid sibi proditoriè contingat, & iactis lapidibus per milites vtriusque exercitus diuidi consueuerũt militari consuetudine ita vigente.

37 † Et si dubitaretur de captiuorum multitudine existente in exercitu, ne sibi, & exercitui noceat, vel de eorum fuga nocturna, consilium erit, vt exercitus in acie capto cibo instruatur, simulando se habuisse nouum per suos exploratores, qualiter hostes intendunt in tempestiuo noctis aggredi exercitum, & recuperare captiuos, exemplo Democriti Syracusani qui superatis in acie Pœnis, veritus de captiuorum multitudine, & ne per suos malè custodirentur captiui acceptis epulis, finxit hostium equitatum de nocte venturum ad inuadendum ipsos: & tali arte tota nocte suos in armis vigilantissimos detinuit; & die sequuti prouidit captiuis.

38 † Cupiens Alexander magnus scire prudentiam sapientum Sabbæ, illos interrogauit, si fuerit primus dies, an nox; responderunt diem fuisse ante noctem, per vnum ante diem.

39 † Et si dubitaretur in obscura nocte inuadi exercitum, consilium erit dato tem pore cauas fodere subterraneas, vel foueas facere luparias: alibi portata terra in oportuno loco, & illis arte copertis vi minibus, vt hostium equitatus, & peditatus decipiatur, & cadat in foueas, recto,

vel extorto facto modo, & seu tramite, aut vado subterraneo, vel aliter industriali opera confectas: quarum aliquę fieri quoque possunt ad occultandū hostes: vt ipsi ponantur in medio, vel aliter ad insidiandū illis astu Græcorū, vel Sāniū exēplo: vt inimici pcipitenē in foueas, aut includanē in arctis locis, simulata fuga, tenendo armatos p diuerticula vltra, & citra foueas ipsas debili materia copertas, rarè factis lignis: vt paulatim, paulatim pcipitenē in ipsis locis cauernosis, seu foueis cauatis, vt opprimātur, ibi credentes inimicos suos fugere pter timoré vbi infidi hostes sunt transituri de nocte cū equis: & ad pdendū hoctes etiā proderint plures, & plures factæ cauæ inter montes, & in locis planis, & latis: & inde vt supra copertæ: & proderint etiā in pugna de die illis à parte dimissis pro insidiis hostium ibi ignoranter curentium, & præcipitantium in ipsas.

40 † Quæro de vasallo qui insidiando domino feudi conuenit cū pluribus de occidédo ipsum dn̄m feudi, & ad nihil aliud est peruentū, an sit puniēdus cū non puenerit ad actū, seu effectū: cum pœnā nemo mereatur, & regulariter de iure non puniatur solus affectus, non sequuto effectu. l. Cogitationis, ff. de pœn. & l. i. ff. quod quisq; iur. in fin. & p Bart. in l. Diuus, cū sequēti ff de sicar. nisi in criminibus enormibus secundū And. de Iser. in c. i. §. Si vero voluerit, de cap. qui cur. ven did. vbi dicit esse recurrendū ad cōmuné distinctioné de qua in l. si quis nō dicam rapere. C. de episc. & cler. Licet consumata delicta puniané grauius q̄ inchoata: in enormibus tn̄ punitur affectus non sequuto effectu: Quòd ita nō pcedit in aliis delictis nō enormibus, vt d. l. si quis non dicā rapere, & p Hipp. de Marſ. ibi post Bal. in l. i. ff. de extraord. crim. & in l. Qui falsam ff. ad leg. Cor. de fals. Et ita per dictā cōmuné distinctioné tenentur illi milites: q insimul cōuenerant ire ad hostes pditoriè, licet hac de causa nō posteà iuerint. Et si vnus solus fuisset, & ad aliud non pcessisset nō puniretur per solā cogitationé deliberatā: & quam ad actū verbalé tantū deduxit, id quod méte cogitabat, aut tenebat: Sed quia cū aliis non cōuenit, neq; exprę ssit, neq; ad actū puenit, igitur nō est puniendus: ita probè tenet And. de Iser. in c. i. de cap. q cur. vend col. iii. vbi pulcrè plura scribit vtilia remissiuè de pœna ducis factionis, & conspirationis, coniurationis, seditionis, & conuenticulæ: habetur p Hipp. de Marſ. in d. l. Qui falsam. ff. ad leg. Corn. de fals. vbi cumulat multos casus in quibus punitur affectus nō sequuto effectu: & de eo qui animo pditorio accessit ad hostes vt patriam prodiret, & vt occideret subditos Principis, prosequendo suos inimicos odio: & qualiter puniatur scribit And. de Iser. in tit. quę sint regal.

41 † Equidem sunt puniendi seditiosi, quia semper malū cogitant, inescati diabolica fraude, nec curant de eo, nec de proximo suo, neq; de ppria aīa, neq; de filiis, neq; de parétibus, neque de substantia sua, & per discensiones ciuiles destruuntur ciuitates, & populi innumerabiles, & exercitus. l in bello. §. in ciuilibus ff. de capt. & postl. reuerf.

42 † Ob nimias discordias populares, & intestina odia ciuiū, & ob bella ciuilia Cæsaris, & Pompei, præter descriptos, & cæsos p Mariū, & Syllam: & vltra dāna, & incōmoda maxima ceciderunt centū, & septuaginta millia virorū Senatus, Populiq; Romani, facta descriptione, sedata ciuili discordia, mortuo Pompeio, Cęsare dictatore regnante.

43 † Et quia vtilitas publica est pręferenda priuatę: Ideò in re militari est quandoq; appetenda mors, & negligenda vita: pro re publica magis, & vt saluetur populus, & exercitus, vt refert Beatus Augustinus in lib. xiiii c. xiiii. de Ciuitate Dei, de bello Atheniēsium, & Pollonensium: qualiter Rex Atheniensium mutata ueste irruit in hostes ne cognosceretur, & vt incognitus occideretur: in præcipité dedit se, Deciorum exemplo, qui se in præcipitem dederunt pro patria deuouentes, vt Romana docet historia.

FINIS.

IVLII

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De obsidione locorum, & de eorum necessaria prouisione. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Loca Principes debent bene munire, ut illa ab obsidione defendant, quæ in munitione quæ requirantur illa singulariter enumerantur. & nu. 2. 3. & 4.*

5 *Docetur modus componendi ignem peruasurum ad hostium castra, ad illa comburenda, & quomodo ille uitari debeat, & quis eius inuentor fuerit. & nu. 6. & 12.*

6 *Instrumenta bellica quæ nam sint necessaria pro obsidione, uel defensione locorum. & nu. 7. 8. 9. & 10.*

Bombardæ unde dictæ.

11 *A magnis machinis qua arte sit cauendum.*

12 *Hostium machinæ quomodo sunt offendendæ. & nu 13.*

14 *Homicidium pro tutela sui corporis & coniunctorum commissum non est puniendum.*

15 *Machinæ quomodo uariis modis erigantur & deprimantur, & qua arte obsessa loca ab expertis defendantur. & nu. 16. & 17.*

18 *Principes ad muniendum loca soliciti esse debent ne eorum mora noceat.*

19 *Moræ purgatio non admittitur in re militari, neque in contractibus in quibus est apposita pœna & iuramentum.*

20 *Prouidi Principes pro locis suis, populis ac exercitibus de annonis, munitionibus, & alijs necessarijs, ne sine ferro fame uincantur. prouidere debent & nu. 22. & 30.*

21 *Aqua pro obsessorum usu qua arte sit habenda.*

22 *Principes illi uenerandi sunt, qui prouidi sunt in regendo eum charitate exercitus & populos suos æqua iustitia, facientes prouisionem annonarum pro futura penuria.*

23 *Mithridates quomodo à Lucullo sine ferro fuit ob famem superatus. & nume. 24. 25. & 26.*

27 *Victo hostium exercitu qua arte uictores in acie tenere debeant.*

24 *Experti in obsidionibus adesse debent qui possint ad uarios consulere casus.*

29 *Aqua salnitrij qualiter fiat, & quàm necessaria sit in usu bellico.*

31 *Auus maternus non tenetur alere nepotem ex filia.*

32 *Peritis discordantibus, statur dicto peritioris.*
Vbi est periculum & celeritas exigitur pro quærendo remedio, receditur à regulis iuris.

33 *Belisarius Dux Iustiniani Cæsaris quo actu in Italia Gottos superauit.*

34 *Alexander qua arte Tirum debellauit, Gazamq́, urbem Syriæ mira celeritate occupauit.*

35 *Arma pacis tempore assiduò sunt exercendæ pro regnorum tutela.*

36 *Infidis populis non est præstanda fides.*
Fides sola separat fideles ab infidelibus, & iustitia diuidit regem à tyranno, & nihil est excellentius atque gloriosius ipsa fide.

37 Fidelitas dicitur *iusiurandum quod à uasallo prestatur domino.*
Fidelitas finitur cum fama domini.

38 *Felonia uasalli an noceat filijs, descendentibus uel agnatis.*

39 *Pro Deo & ipsius catholica fide est pugnandum.*

40 *Filius qui non est hæres patris, an possit feudum retinere.*



1 PRVDENTES, bellorum Reges, † quibus Dominus Dominorum, & Rex Regū terrenum dedit Imperium, munire bene tenentur ciuitates, oppi

da, & loca sui regni, & artè vallarè obsessa, vel obsidēda loca expertis militibus, annonis, munitionibus, & instrumentis variis, & machinis bellicis: quibus tueri possint ab obsidione, faciendo munimēta fortissima cum apta materia, scilicet terra argilla cum herba subacta ne offendi possit ab igne, algaq; & palea in aceto macerata circum circa positis machinis, vt ab ictibus, & incēdio euitari ualeant. munita loca.

2 † Quandoque non erit inutile extrà, & antè loca obsessa, vel obsidenda considere castra fortia vallo, aggereue, & fouea militari artè factis: vt hostibus resistere possint, locis ipsis semper abundè munitis militaribus viris, farina, oleo, vino, aceto, sale, frumento, aqua potabili, & bladis, cū pistrinis instructis ad molendum, carnibusq; salitis, & iumentis, fructibus, & pasculis variis, hortis, straminibus locorum, & populorum attenta qualitate, & quantitate gentis, vineisque, paleis, feno, prato, lignis, tabulis, ramisq; intextis, viminibus arborum viridium factis pro vallo, & siccorum lignaminum etiam copia, cum expertis archi tectis, & viris doctis pro variis effectibus, l.i.C.de conditis in publ.hore.l.i. C.de pascul. publ. vel priuat.& l.i.per tot.tit. C.de errog.milit.anno.cum simil.

3 † Curando habere vnitas vires suas, & illas non disiungere: quia vis vnita prodest ad res subditas in horis occurrentes, forti facto cuneo custodiæ ab omni parte locorum obsessorum.

4 † Adsint & in ipsis locis obsessis lignei, fasses, pix, & rasina, vasaq; fictilia plura cum lumeriis, & lanteris, machinis, oleo incendiario, cum apta materia ignis incendiarii cum igne in cornu, & caletrano ad comburendum hostes, & eorū machinas, cum armis, & instrumentis aptis ad bellicum exercitium funibus, securibus, pallis, & vallis, & pilis ferreis, clauibus, machinis, funiculis, coreis, puluere sulphureo, & sulfuris copia non modica, carbonum saligineorum.

5 † Et curādum est, ne munitiones comburātur occultè hostium fraudibus, & insidiis: qđ facilè fieri potest auro corruptis custodibus: & etiam hostium munitiones artè comburi possent, & modo hoc occulto, videlicet accepto funiculo cocto apto ad retinendum in se ignē pro exercendis aptis instrumētis bellicis: ponēdo ignem in funiculo hora certa pulsata: expectando aliam horam sonari ab horologio, & mēsuretur tot partes funiculi, quot horas vis operari accepto exēplo à prima hora quæ combuxit funiculum ad secundam horam qua fuerit consumatus funiculus ab igne: & poterit funiculus partiri per tot horas: quibus uis vt operetur ignis in eo ponendo funiculum ignè accensum in arundinibus earum cauatis internodis cum foraminibus paruis de supra, vt exeat fumus funiculi igniti, ne extinguatur à proprio fumo ignis funiculi, omnes insimul voluendo vt est cacobus: & in vltimo internodo, seu canulo arundinis habere funiculum longiorem intrantem in pila arte facta cum igne incendiario, & operabitur valdè in horis pensatis cum hostium ruina.

6 † Ad sint etiam in locis obsessis præter munitiones boardæ à boatu bouis voce dictæ, & seu bombæ, à bōbo sonitu suo, vt de tonitruo à tono: quę instrumenta bellica milites nostri temporis vocant Artegliarias, quia artè fiunt, vel ꝙ ab ipsis artus corporei franguntur, vel ab arcendo: quia retro arcent hostes à longè: quorum instrumentorum ignis sulfurei vt legi inuentor primus fuit Archimedes Syracusanus, vt patriam tueretur tempore quo Marcellus obsidebat Syracusas.

7 † Adsint machinæ multę, & arma, ac tormenta bellica varię qualitatis, generis, & maneriei pro sufficienti numero locorum, tam ad nocendum hostes, quàm se ab ipsis hostibus deffendendum cum lanceis, hastis, iaculis, saxis, tælis pyrouolis, & missilibus multis, fundisq; à Balearibus primò reptis: quorū matres paruulis suis fundas dare solebāt qbus sibi victum aquirerent in occidendo aues, vt cantant Claudianus. Hunc spicula cor-

au tendere, nunc glandis baleari sparge re funda: & pariter in partibus maris Tireni in Insula Maioricarum matres con sueuerunt dare arcus, & fundos filiis suis, vt sibi victum quęrerent, & ita illos accedere ieiunos dimittebant.

8 † Adsint & scorpiones facti ad similitudinem scorpionum qui venenum in cauda portant eorum apertis brachiis, & pariter instrumenta prædicta portant læta lem sagittam: & balistæ vulgò dicuntur græco vocabulo: ꝙ latinè Iacco dicitur.

9 † Adsint & oneagri cum quibus ponderosi lapides iactantur à calcibus dicti asellorum siluestrium: qui Oneagri dicuntur latino vocabulo, & hi retro trahunt lapides calcibus suis in venatores qui illos insequuntur.

10 † Adsint, & arietes ad similitudinē arietum qui cornibus se insimul cōcuciunt ad impellendum hostes, & ad frangendum eorum loca, vnà cum testudinibus ad similitudinem factis testudinum ad perforandum terram, & muros, & ad diruendum ædifitia obsessorum vnà cum equis, & diuersis machinis bellicis arte magistra factis, vt cantat Claudianus. Cū tua muralis liberetur machina pulsu; Saxa rotat præceps Aries protectaq; portas, Testudo feriat, ruat emersura iuuentus: & Virgilius. Instar montis equū diuina Palladis arte, Aedificant.

11 † Contra rotatas, & magnas machinas stercum, & Argillam liquidam, & madidam terrā in obsidione Rhodi opposuit Diogenes. Interioribus etiam factis cauis subterraneis vbi ducebantur machinæ huiusmodi: & tali ingenio liberauit Rhodium ab obsidione Demetrii filii regis Antigoni, terribilem opponentis machinam obsesso loco Opimaci opera fabricatā Atheniensis architecti maximi.

12 † Machinæ quoque hostium frāguntur ex aduersis machinosis arcubus in sicco, & à variis etiam instrumentis cum rostris ferratis, & testudinibus ligneis sambuci quoque ferratis, vel cornei antiqui fortissimi ligni pro ferro Tiri Farsemonis, vel Calcedonei inuentorū exemplo, & more testudinis, vel columnæ, arietumq; bellancium oppositis illis cum puteis, & cauis ignitis, arcubusue ingentibus, terrebris ferreis arte peractis, & minatis cum ardentibus fasśibus, stupa, pice, collofania, sulfure, salnitro, cū lauri oleo omnibus liquefactis, vel petroleo, ut quidam faciunt, cum anserum, & anatarum pinguedine, sepo, sulfure, collofania, canfora, rasina cū stupa quibus fit incendiarius ignis in militari exercitio ad perdendum hostes in occultis cauis, vel illum iaculando in vasculis terræ secundum antiquum, vel modernum morem, vel illum exercendo in tubis arte factis pro incendiario ignè, de quo, & qualiter fiat, & exerceatur in terra, & mari lacius dicam in libro rei naualis: quem breui cōpilare intēdo gratia Dei.

13 † Adsint vt dixi missilia multa variæ qualitatis, & diuersi generis armorum, sagittarum, scorpionum, balistarum, archabulistarum, fustibulorum, vinearū, puteolorum, trabium acutorum, & ferratorum: cum quibus extra muros positis offenduntur hostiles machinę contra quos pilæ æneę plenæ tartareo, & seu sulfureo igne, puluereq; incēdiario ignè cum tubis, & balistis arte factis ignem emittentibus, & ferentibus, vel insictilibus aptis vasis cum arrido fungo terræ, vel robureo occulto ibi posito ignè, vel nucis, & arboris castaneę fungo, vel alia accensa materia tenēte ignem, qua esca conficitur pro habendo focum.

14 † Occurrit casus ꝙ quidam volens fugere periculum ignis accensi in domo sua, & non valens aliter fugere, & euitare mortem, proiecit murum vnum in terram, & cum lapidibus, & lignis dicti muri occidit plures ex suis vicinis, & euasit mortis periculum, an teneatur de homicidio: dic quòd non propter casum fortuitum: & etiam quia nō eo animo fecit vt homines occideret, sed vt mortem euitaret propter violētiam ignis: Nam pro homicidio sequuto pro tutela sui corporis, & ipsius coniunctorum non tenetur quis, vt tenet Glo. in c. 1. §. Si quis alium in verb. Vitam, de pace tenenda.

15 † Varii sunt modi, & artes ad erigendū

& ad deprimendum machinas cum quibus, etiam ignes in ferri possunt in vrbes:quarum mœnia quantumque fortia arte prosternuntur: Iuxta illud Claudiani Poetæ. Hęc si nota forent fruere mur simplici cultu.

Claßica non fremerent, non stridula fraxinus iret;

Non uentus quateret puppes, non machina muros.

16 † Et arte etiã possunt obsessa loca deffendi ab exptis materia simili vbi sint archi tecti plures intra & extrà castra, aut obsessa loca, vnà cũ aliis necessariis tã pro salute animarum, q̃ corporũ obsessorũ, & obsidentium, & ad deffensionem locorum obsessorum, & pro vita præparatis. l.i.& p totũ tit. C.de errog.milit. anno.

17 † Hodie est prouisum ꝙ vbi sunt ignitæ materiæ, & diabolica instrumenta tartarei ignis, quibus pilæ ferreę magnæ minores, & paruæ trahuntur, silebunt, & dormient aliæ machinę ligneę: quibus vtebantur antiqui pro ruina murorum, locorum obsessorum: sed illis deficientibus, vel carentibus munitione, & necessaria prouisione sua debita pro illis, & locis tuendis, & hominibus, antiquæ tũc machinę locum suum habebunt, & habere possent in re, & exercitio militari: & tunc fortè scripta nostra proficient antiqui exercitii militiæ Principibus illis: qui ipsa libenti animo perlectauerint, & optimè percunctauerint antiqua, & noua documenta, iura, & regulas exercitii militaris.

18 † Anxii propterea, & soliciti esse debẽt diu, noctuq; Duces, & locorum Principes, & Reges pro eorũ necessaria defensione dum tempus habent: nec expectẽt futurum tempus: quo nil charius, & velocius est: Nam antiquum est prouerbium ꝙ inter os, & offam, multa euenire solent:quæ sunt nociua, & contraria humanæ naturæ; & impediunt fieri ipsius præcogitata. Ideo Cæsar, Magnus Alexander, Marius, & Pyrrhus Illustres militiæ Reges dicebant paratos ad bellum debere fugere morã. Iuxta illud Ouidii. Tolle moras semper nocuit differre paratis: Nec comedunt pigri mitia poma sues: quia tardi sæpe cum hostibus cupiunt habere pacis conditionem, & seruilem, & iniquam cum dedecore, & damno suo.

19 † Morę purgatio non admittitur in re militari, neque in contractibus vbi sit apposita pœna, & iuramentum, sed fallit tantum in iudiciis si pręcise in ipsis non interuenit iuramentum. l. Magnam. C. de contrahen. vel comitten. stipul. l. Celsus, & l. si insulã, & l. cum die, ff. de verb. obligat. & per Luc. de Pen. in l. i. col. ii. C. de suscept. pręposi. & archar. lib. xi.

20 † Prouidi, & diligentes esse debent bellorum Reges, & populorum Principes in parandis necessariis pro exercitibus, & populis, & locis suis obsessis, & obsidendis: & certè nullus esse potest tam sapiens in parãdo necessaria exercituum, & populorum, quin aliquid sibi deficiat occurrente bello, & obsidione.

21 † Et si loca obsessa indigerent aqua potabili quę à nimio exercitu, populariq;, vel iumentorum numero absorberetur in potu auriendo illam; consilium erit si dubitetur de longa obsidione iumenta quædam occidere, & proficere sale eorũ carnem ad tollendum famem hostem occultum exercituum, & populorum: & ita aqua pro vsu obsessorum habebitur diutius: & duri, & ptinaces in obsidione permanebunt obsessi.

22 † Illi quippè sunt venerãdi Principes: qui prouidi sunt in regendo cum charitate exercitus, & populos suos cũ æqua iustitia mixta cum pietate, & misericordia c. si Ecclesia. xxiii. q. iiii. c. Ecclesia. xcvii. distin. facientes prouisionem annonarum pro futura penuria, & obsidionibus. l i. C. de mune. siccon. lib. x. suis abundè succurrentes in necessitatibus, conseruando illos in pace, eorum tollendo discordias, & odia extirpantes militum, & populorum suorum. Exẽplo M. Lucini Crassi Rom. consulis qui bello pulsus ab Aristonico Rege Asiæ, & superueniens eius collega Perpenna Aristoni cum inuadit ex improuiso se exultantẽ recenti uictoria: & illum cum omnibus

suis

ſuis copiis fugauit in vrbem Stratonicã; & ipſam ciuitatem cinxit obſidione, & magno penurię cruciatu ad deditionem coegit: quia vt debuerat non præparauerat neceſſaria pro obſidione.

23 † Lucullus cum exercitu triginta millia peditum, & duorum millium equorum Mithridatem caſtrametatus innumerabilis exercitus peditatus, & equitatus, funditorum, & ſagittariorum, prudenter cogitauit vincere Mithridatem ſine ferro, & illum obſidere, & domari tempore: propterea curauit ſtudio omni, & diligẽtia impedire frumenta exercitui Mithridatis pluriès percepto per captiuos Mithridatis exercitum indigere frumento. & aliis ad uictum neceſſariis pro tam magno exercitu, & ſuis prudenter prouiſit Lucullus oppido de alimonia: vt ne ſibi deficerent in uallo ſuo, & ut hoſtes ſi ne ferro conſumeret fame hoſte occulto exercituum, & populorum obſeſſorum.

24 † Et Mithridates in prima uigilia de nocte diſceſsit cum exercitu, & obſeſsit vrbem Cigenorum Romanis amicam; cui illicò ſuccurrit Lucullus cum exercitu: & non ualens intra ciuitatem obſeſſam mittere præſidium, dedit amicis obſeſsis per Cymbas miſsis in ciuitate expertis militibus cum exercitu occupata via, ne Mithridati furmenta, & alimenta portarentur, hoc inopinante rege intento obſidioni: cuius inſtrumẽta, & machinæ contra ciuitatem induſtria fabricatæ Nicomedis architecti theſali uento, & opera Luculli deſtructa fuerũt: & penuria adeò Lucullus afflixit Mithridatem: quòd in cibo non parcebat humanæ carni exercitus Mithridatis: qui fuit confeſſus ſe fuiſſe victum à Lucullo ob famem ſibi hoſtem factam virtute Luculli.

25 † Et miſsis inutilibus ſui peditatus, & equitatus cum ſalmis ad frumẽtandum in Bithinia Lucullo tunc obſidente caſtrum quoddam Mithridatis, cum parte ſui exercitus: quo percepto per Lucullũ acceptis decem cohortibus cum equitatu ſuo expedito, hoſtes fuit inſequutus inordinatos, & illos ſuperauit apud flumen Rindacum cum laborioſis militibus ſuis: quorum quidam periere in itinere ob niues immenſas, & maximum gelu: quod militum, & equorum pedibus valdè nocebat: & cũ multa præda quàm plurimum ſequuta hoſtium cæde, quorũ capti fuerũt millia ſex equorum, & millia quindecim peditum: & eos cum prędа ante uallum, & ſtationes Mithridatis pertranſeundo acie inſtructus Lucullus perduxit Mithridate mœſto cum exercitu ſuo prædam cernentibus de ſuis, & captiuis factam per Romanos: & fugã poſt maturauit Rex Mithridates per mare Aegeum duce ſuę claſsis Ariſtomaco: quem per inſidias ad regem nauigantẽ rupit Lucullus vigilantiſsimus Imperator, & illum cœpit cum barbaris militibus ſuis decem millium.

26 † Et dum eſſet in fuga Mithridates ad mare Caſpium miſſo exercitu ſuo per terram, & exercitus ſe imprudenter obuiauit Lucullo, contra quem Lucullus acie inſtructus fecit impetum, & illum deſtruxit apud flumen Agranicum, multis ex ipſis captis, & uiginti millibus cęſis: & poſt cum uictoria, & honore iuit Lucullus in Caſicum, & cum gloria uiſitauit amicos.

27 † Et ſanum quidem conſilium eſt, uicto hoſtium exercitu victores in aciem arte tenere, & diligenti cuſtodia rectè gubernare, poſitis uigiliis, & exploratoribus fidis tam intra, quàm extra caſtra: ne inuida fortuna uictos extollat, vt contingit Ariſtonico Regi Aſiæ: qui fugauerat M. Lucinium Craſſum conſulem Romanũ, & ſuperuento collega ſuo cõſulari exercitu, illum rupit ocioſum de victoria lætantem fugati Lucinii.

28 † Optimum eſt in locis obſeſsis, & obſidendis adeſſe in ipſis perſonis expertis: qui poſsint ad varios caſus, & diuerſas machinarum ſpecies ritè conſulere, tam in oppugnando, quàm in defendendo: & quòd in ipſis ſit experientia longa rerũ magiſtra.

29 † Optimum quoque erit pro uſu bellico habere aquam ſalnitri qua coquũtur licni ſeu funiculi luminariorum neceſſariorum de nocte reſiſtentium pluuiæ, &

uento: Et aqua salnitri fit cum ipso salnitro benè pisto, & posito ad ignem cum calce uiua: & stet in uaso bene obturato per vnum diem, & vnā noctem ad ignē: ita quòd spirare nō posit ex aliqua parte: & ponentur cortices ouorum insimul mixtæ, & omnia terreantur, & ponātur post in sacculo lini ad serenum in loco humido; & exibit aqua clara maximæ virtutis.

30 † Prudentis Regis est officium curare ne deficiant annonę, munitionesq; & alia necessaria militib', & populis suis, aliàs ob hostem intrinsecum famem sine ferro uincētur: & vt dicit Iuuenalis. Nescit plebs ieiuna timere: & propterea posset occurrere tumultuosum scandalum. l. i. C. de anno. & l. i. C. de errog. milit. anno. lib. xii. & l. i. C. de quo excoct. & transl. militar. annon. lib. xii. & C. de fur. vrb. Constantinop. & per Alex. de Imo. ibi in addi ad Bar. lib. x.

31 † Quęro de casu si auus maternus teneatur alere nepotem ex filia, dic ꝙ non; nisi sit inops l. Non quemadmodum. ff. de liber. agnoscen. habetur per And. de Iser. in constitu. Comitibus: de adiutor. pro milit.

32 † Occurrit plures esse peritos in re bellica, vel in alio iure, arte, vel importanti negotio, & discordare in opinione sua: cuius dicto, vel consilio stabitur: dic stari consilio peritioris ob scientiam perspicatiorem secundum Bal. in proœ. digestorum per tex. in l. Diui. ff. de iure patron. & in c. i. col. v. in tit. quib. mod. feud. ammittit. & per Alex. in l. Stipulatio §. Eadem ff. de verb. oblig. Et vbi est periculū, & celeritas exigitur pro quærēdo remedium, recedendum est tunc à regulis iuris communis cum opportuna celeritate: ut tenet Alexan. de Imo. in l. i. ff. de damn. infect. & in l. De pupillo. §. Qui riuos ff. de no. oper. nunt. & Par. de Put. in tract. Syndic.

33 † Bellisarius Dux Iustiniani Cesaris mira celeritate de prudentum consilio Vrbis Romę mœnia cum omni studio Carbolo obsidendo Tigrano certam defensam à suis ciuibus, & diligentia fabricare fecit per decem milliaria infra dies uiginti tres: & ibi se tuto reclusit, & victoriam habuit contra Gottos. Domitius caput truncare fecit cuidam captiuo uni ex primatis illius ciuitatis, & caput prædictum Catapulta, vel alia missili materia iactare fecit in vrbem Tigrano certā: & casu contingit illud cadere in medio consilii per homines nunc facti de summa suarum rerum; & barbari ob tale spectaculum se Romanæ ditioni dederunt.

34 † Obedit Magnus Alexander per septē menses vrbem Tirii cum nauibus ducentis in acie locatis ex parte maris, & cum exercitu in terra instructo bellorum ordine, & tali durante obsidione debellauit Arabos incolentes Antialbanum, & ad Barbaros de nocte cum suis apud ignem existentes sine suspitione, & per ipsum ibi accesso per aspera loca ob tutelā amici sui Lysimaci: & illos occidit, & fugauit, & Tirum post debellauit, & cœpit: & Gazamq; vrbem Syrmira celeritate occupauit:

35 † Cessante bello tollenda est occasio ne ciues priuati in particulari ciuitate pro arte exerceant militiam tempore pacis, ne seditiones oriātur in ipsis, quod fallit in terris Imperii, Regum, Principum, & respublicarum: in quibus locis sunt subditi exercendi armis asiduo pro tutela suorum regnorum & respublicarum: Et Roma dedit exemplum, arte priuate seruat rem publicam.

36 † De in fidis populis non est confidendum: Nam sola fides separat fideles ab infidelibus, & iustitia diuidit regem à tyranno: & nil est excellentius quàm ipsa candida fides, & nil est gloriosius quàm ipsam fidem seruare per milites, & populos omnes tam obsessos, quàm non obsessos: & pro fide strenuè pugnare in omni loco: Nā vbiq; est misericordia Dei, cuius mente fortuna præbet id quod nō putatur.

37 † Fidelitas in feudis est iuramentū quod præstatur uasallo per dominum feudi, et illius approbatio, & confirmatio: haberē in c. i. quid præcedere debeat inuest. fidelitas, & homagium, vnum pro altero

frequenter ponitur in feudis: vt in c.i.de noua fidel.form. Fidelitas finitur cũ famã domini: quia si dominus propter delictum banniatur, vel excommunicet deficiet fidelitas, & absoluitur uasallus à iuramento c.i.§ nulla inuestitura, & ibi per And.de Iser.in tit. per quos fiat, & recipiat.inuest.

38 † Vasallus dolosus existens in culpa cõmittendo feloniam contra suum dominum feudi per quam feudum perditur, si cut ipse repellitur à beneficio feudi: an repellantur ipsius filii, & descendentes ab eo, & an agnati sui vsque ad quartum gradum inclusiue, & exclusiuè etiam re pellantur: dic ꝙ sic.c.si vasallus, & per And.de Iser.Bald.& alios ibi scriben.in tit. si de feud.fuer.contro.

39 † Curandum est pro Deo, & ipsius Catholica fide pugnare, & uirtute superare infidos hostes uisibiles, & inuisibiles pro æterna salute: Nam certum est regnum nostrum non esse de hoc mundo, vt dixit dominus noster IESVS CHRISTVS quia mundus iste terrenus est mortalis, & transitorius, & uita nostra tenui pendet filo: & omnia pertranseunt præterq̃ seruire Deo fideliter, & ipsius precepta seruare pro eterna salute.

40 † Quæro de casu, quidam pater decessit relictis feudalibus bonis: an filius qui hæres patris noluit esse, potuerit habere dicta feudalia bona paterna: Distingue, aut sunt bona feudalia noua per patrẽ quæsita, vel uetera: primò casu dic ꝙ non, etiã si fecerit inuẽtarium c.i.in vsibus feudorum in tit.an Agnat.&c.& per And.de Iser.& Bald.ibi, & in c.i.§.i.de cap. qui cur.vend.& de alien.feud.patern. Secundo casu dic attendi debere tenorem inuestiturarum, & priuilegiorum, pactorum, concessionum, feudorum predictorum.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS
EQVITIS ET COMITIS
LATERANENSIS PALATII.

De obsidionum prouisione. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Proditores & proditionum suspecti, ac inutiles personæ & similes belli tempore extrà loca obsessa aliò sunt mittenda, & nu.30.*
Inutiles personæ quæ dicantur.

2 *Senes & mulieres ac pueri martialium populorum sunt quandoq; necessarij in locis obsessis pro bello.*
Lacedęmoniæ mulieres contra Pyrrhum puguarunt & patriam tutatæ fuerunt.

3 *Sapientum urbis Sabbæ responsum datum Alexandro, quare Sabbæ populum ad rebellionem solicitarunt.*

4 *Prudentes reges considerant futura, & regna munita tenent annonis & alijs necessarijs pro uictu & bello. etiam si de nulla hostium dubitetur obsidione.*

5 *Populus aptus ad pugnam quomodo in locis obsessis diuidi debeat pro eorum custodia & defensione.*

6 *Lusitani à Romanis obsessi quomodo se illis dedere.*

7 *Muri ciuitatum sunt æquandi solo, & arma subditorum tolli debent, cùm de eorum perfidia dubitatur.*

8 *Docentur modi cognoscendi primates & alios de rebellione suspectos. nu.9.*

9 *Marius Arpinas quo astu cognouit Gallorum Transpadonorum fidem contra Romanos.*

10 *Obsessi, ut hostium uires diuidantur, ipsorum hostium loca aggredi debent illa deprædan-*

do, Scipionis & Fabij exemplo.

11 *Pompeius qua ſimulatione Carthaginem occupauit.*

12 *Publius Valerius timens perſidiam quorundã oppidanorum, quo actu à Principibus ipſorum oppidanorum obſides pro fide accepit.*

13 *Pyrrhus qua arte principalem ciuitatem Epiri occupauit. Et Scipio Aphricanus Carthaginem præſidio ſuo ſpoliauit. nu. 14.*

15 *Alcibiades quo actu Syracuſas obſedit.*

16 *Annibal Pœnorum Dux multos ex ſuis militibus transfugas fixit; quorum præſidio loca plura hoſtium cæpit.*

17 *De maxima cura Romanorum Ducum erga populos & milites ſuos.*

18 *Obſides qui non ſint clerici exprimatibus ciuitatum ſunt accipiendi, & nu. 19.*

19 *Clerici pro obſidibus detineri non debent.*

Clerici inuiti detineri non poſſunt.

Clerici compelluntur ad continuè commorandũ in ciuitate, ſi legitimè iurauerint non diſcedere.

20 *Loca obſeſſa qualiter cuſtodienda. quando hoſtes diſceſſerunt.*

21 *Geſta arte ut loca obſeſſa à militibus occupẽtur & nu. 22.*

23 *Antigonus qua arte cæpit Sumentum.*

24 *Semina tollenda ſunt obſeſſis, ut alimonijs careant.*

25 *Populi aqua carentes perſæpe capiuntur, ideò arte ſunt aquæ tollendæ. & nu. 26.*

27 *Principum munificentia proficua eſt ad capiendo populos.*

28 *Vulgus indominãdo quã peſſimus ſit. et nu. 29.*

30 *Mulieres an à locis obſeſſis ſint arcendę. & ſupra nu. 2.*

31 *Cum dubiũ eſt deditionis loci obſeſſi quid agendum ſit à Principe pro manutentione.*

32 *Mœnia & propugnacula fortia ſunt ciues fideles.*

33 *Propugnacula quomodo facienda pro locorum obſeſſorum defenſione, muris in terra iactis.*

34 *Principes æquam Iuſtitiam miniſtrantes, & populos ſuos ſeruantes in fide ac pace. ſunt maximis laudibus extollendi.*

35 *In quibus non eſt iuſtitia ſunt latrocinia.*

Principatũ habere & alijs pcipere eſt diuinũ.

Deus dat Reges populis bonos & malos, ſecundum populorũ merita et demerita. & n. 37.

36 *Rex in terris eſt Dei Vicarius, & nomen diuinum in regno habere dicitur.*

38 *Rex deſinit eſſe Rex ſi monachus efficiatur.*

39 *Capti in bello an ſerui fiant.*

40 *Illi ſunt pro ciuibus accipiendi & nobilitandi qui uirtute fulgent.*

41 *Populi Dominis ſuis fidem ſeruantis magnis laudibus extolluntur; & ibi de fide ſeruata multa habes & nu. 42. cum ſequ. uſque ad finem.*



1 RODITORES, † & ſuſpecti proditionum, inutilesq; perſonæ, & ſimiles locorum obſeſſorum, & obſidẽdorũ aliò ſunt mittendi: vt milites ad cuſtodiam deputati; melius, tutiusq;, & libentius ſtare, & pugnare valeant. Inutiles perſonæ illę ſunt: quæ ad conſilium, neque ad pugnam, neque ad animorum, aut corporum ſalutem, neque ad bellum, & defenſionem locorũ aptę ſint, niſi ad conſumendum fruges: iuxta illud Horatii. Sponſi Penelopes nati conſumere fruges.

2 † Senes tamen, quandoque mulieres, & pueri marcialium populorum ſunt neceſſarii in locis obſeſſis pro bello: vt Lacedœmoniæ mulieres fuerunt contra Pyrrhum: quæ de die, & de nocte cum curribus contra elephantes Pyrrhi opera ſua fecerunt in illum impetum, & impedimẽtum bellatoribus Pyrrhi: & viris ſuis bellantibus arma tulerunt, & illos pro pugna infeſſos ſeruarunt à ualli labore, animantes uiros ſuos in pugna, & ad bellum pro patriæ defenſione: quam ſeruarunt in libertate ſua Ardidamiæ cõſilio: quæ dum Lacedæmones in conſilio congregati ob Pyrrhi aduentum pertractarent ſenes, & mulieres ſuas mittere in Cretam, Ardidamia cum enſe in manu acceſsit in conſilio unà cum cæteris mulieribus, inquiens, ò ciues Patres ſi derelicta, & deſtructa fuerit patria ueſtra, & mortui fuerunt illius viri, nec ipſæ mulieres viuere intendunt: & obtulit ſe cũ aliis mulieribus vallum facere vnà cum

ſenibus

senibus cōtra elephantes Pyrrhi:vt apti iuuenes conseruarentur pro pugna, & defensione libertatis patriæ, prout fecerunt, & patriam tutati fuerunt, & conseruarunt in sua libertate.

3 †Interrogauit Alexander decem sapientes vrbis Sabbæ quare solicitarunt populum Sabbæ ad rebellionē, responderunt, qa viuere voluerūt egregiè in libertate, vel virtuosè mori:& illos honorauit magnus Alexander, & recognouit munificentia ob eorum virtutem.

4 † Maxima est regum prudentia considerare futura, & tenere regna sua bene munita annonis, & aliis necessariis pro victu,& bello:etiam si de nulla hostiū dubitetur obsidione quę posset inopinata accidere,& damnum posteà foret,& dedecus ipsis l. hac prudentissima. C. de quib.mune. vel excus.licca.se excusare libro x.

5 † In locis obsessis prouiderè habent Reges vt populus diuidatur aptus ad pugnam, restrictis senibus, pueris, & fœminis inutilibus in domibus: & pars populi instructa acie ponatur ad portas pro custodia, & alia pars circum circa mœnia, & portio alia stare debeat acie instructa in aperto loco ad res subditas ꝓ succursu diuidēda, & mittenda vbi opus fuerit:& demum alia portio manere habet in ordine militari pro suffragio omnium.

6 † Et cum Lusitani obsessi fuissent à Tiberio Graccho, & gauderunt lætitia magna se non expauescere obsidionē: quia cibaria habebant per decem annos, hoc per ipsos animosè propalato Tyberio, qui prudenter respondit illis, ipsos capere vndecimo anno quo indigebunt annonis, cuius deditioni se posteà Lusitani sponte dederunt;quātumq; muniti opulentis annonis, scientes esse Romanos probos, & iustos erga populos sibi subiectos:quibus, & cunctis sunt seruanda iura,& promissa cū fida seruanda custodia, & æqua iustitia per Principes suos c.Si quis.xxiiii.q.iii. & authen. Oēs C. comu.de succes. bona quidem Principum gesta populos seruant in fide.

7 † De quorum si dubitetur perfidia, muri sunt ęquandi solo, Catonis sententia, vel arma sibi tollantur cum armis bellicis instrumentis:quibus nocere, aut se tueri non possunt, vel aliquod ab ipsis petatur arduū quòd nisi essent boni amici datu ri non forent: & ita cognoscetur eorum animus, vel ipsis vno die præcipiatur vt omnes tale negocium faciunt,& illis insciis adimpleatur voluntas præcipientis Regis bellorum.

8 †Et si aliquis ex primatibus fuerit suspectus poterit Princeps illum alloqui placidè,& cum eo propalare aliqua secreta ab eo petendo subsidium, & inde illa nō exequi,sed alia in mēte sua retēta executioni mandare: vt ille certiores reddat hostes de habito sermone cum ipso per Principem,data sibi commoditate exequendi uotiuos intentus:& ita hostes,& illum arte decipiet, alto consilio suo in mente retento:& debito loco,& tempore exequendo.

9 † Et volens Marius Arpinas cognoscere fidem Gallorū traspadanorū incolentiū Lombardiam, an haberent intentionem cum Cimbris contra Romanos, binas literas illis misit, & in vnà earum erant aliæ inclusę,& sigillatæ, certiorando illos ne aperirent inclusas literas anteq̃ certiorentur ab ipso; & illi eas aperuerunt:& ipse post asersitus ad illos cognouit ipsos fuisse sibi infidos per aperturam literarum.

10 † Et optimum erit pro obsessis, & bella gerentibus aggredi hostium loca, deprædando illa:vt hostium exercitus vires diuidantur:Scipionis, & Fabii maximorū exemplo qui tali, primus Carthaginenses vicit,& destruxit, & alius samnites, Tuscos,& Cimbros superauit.

11 † Et veritus Pompeius de fide Carthaginensium, ne præsidiū acciperent ab hostibus simulato petiit per ipsos Carthaginēses egros milites accipere in ciuitate apud se reficiendos,& in habitu languentium misit cum croceato colore fictè facto palido infirmorum fortissimos, & sanos bellatores:qui sua virtute occuparūt ciuitatem pro suo Imperatore.

12 † Et Publius Valerius oppidaurius oppidanorum timens perfidiam cum paruũ haberet præsidium, ludos Cyrcenses pręparauit longè ab oppido: & cum omnis multitudo oppidanorum spectandi causa exisset oppidum, clausit portas, nec permisit oppidanos illud vlterius ingredi, donec obsides acciperet ꝓ fide à principibus ipsorum oppidanorum.

13 † Et uolẽs Pyrrhus Rex Epirotharũ accipere vnam ex principalibus ciuitatibus Epiri valdè munitam, & fautam ab aliis locis Epiri, inuadit loca dictæ ciuitatis amica: quibus cum pręsidio occurrerunt ciuites: & Pyrrhus à locis prædictis amoto exercitu dictam ciuitatem obsedit diminutam præsidio suo, & illam occupauit arte tali.

14 † Et Scipio Aphricanus contra Carthaginem obsessam: quã arte spoliauit pręsidio suo, quod vniuerat cum Annibale: quem Scipio rupit in aperto campo, & ciuitatem post obsedit cum aliis ipsius locis præsidio destitutis: quæ sub ditione Romana posuit.

15 † Alcibiades obsidens Syracusas missis in ea captiuis multis: quos habebat Syracusanorum qui patriam posteà priuarũt fumento, & vino, & inde ciuitatem illis indigentem habuit sine ferro, propter famem hostem intrinsecum populorum, & exercituum.

16 † Et Callidus Annibal Dux Pœnorum pluries ex suis arte transfugas fecit: qui vt transfugæ Annibalis fugerunt in ciuitatibus, & locis hostium ipsius: & inde Annibal obsidendo loca prędicta habuit suorum fictè transfugarum præsidio, & armis: Amabat valdè, & præmiabat milites suos Annibal, & illi peramabant Ducem suum valdè, cui obedientes erant: pro quo non dubitabant subire cuncta pericula, quos sauciatos, & infirmos, vt decet optimos Imperatores curabat, & curare faciebat, nec vlla in eius exercitu fuit audita seditio tanti sui prudentia Ducis.

17 † Et optimi Romanorũ Duces in hoc anxiè fuerunt, ne suis militibus, & populis aliquid deficeret: & optimã curam habebant infirmorũ, & vulneratorũ militũ: quos cum charitate, & humanitate maxima visitabant, & illos muneribus, & pollicitationibus consolatos tenebant: vt reliquos milites suos virtute, & eloquentia sua vnitos detinebant cum liberalitate, & communi laborum tolerãtia: quos adeò deuinctos sibi reddiderunt, quòd illis erant obedientes: & nulla pericula ꝓ ipsis timebant: & propterea illos multis victoriis, immortaliq; honore, gloria, & triumphis coronarunt.

18 † Ex Primatibus ciuitatũ sunt accipiendi obsides: quando est aliquis timor defectionis in ipsis ciuitatibus, ad effectum vt insolubile fidei vinculum seruetur.

19 † Et cauti sint Principes nõ accipere clericos pro obsidibus, sed illos tantũ qui licitè detineri possunt: Nam clerici de iure ob periculũ excõmunicationis detineri nõ debent pro obsidibus c. Si quis. xvii. q iiii. c. Cum contingat, extra de senten. excõmu. & inuiti detineri nõ possunt clerici c. ut pridem, xxiii q. viii. Cõpelluntur tamen ad continuè comorandũ si legitimè iurauerint se non discedere per not. in c. ex rescripto extrà de iureiuran. & ibi per Innoc. & Archid. Et sic consilium erit vt accipiantur obsides laici ex primatibus ciuitatum l. obsides. ff. de testam. & l. Diuus. ff de iur. fis.

20 † Consiliũ quoq; erit pro obsessis quando obsidẽtes discesserunt, ꝙ illi ꝗ erant obsessi non desinant ponere bonas, & vigilantissimas vigilias, & custodias in locis quæ prius erant obsessa: Sed tunc duplicare custodias de die; & de nocte vigilias ne occupentur ab obsidentibus celeri cursu retroredeuntibus: & custodiant optimè loca quæ putant minus posse offendi: quoniam sæpe inuaduntur in partibus illis quæ nõ credunt obsessi posse ab illa parte inuadi: & sæpe decipiuntur credentes illa esse adeò fortia loca ꝙ nõ sint accessibilia: quoniã arte militari capi possunt cũ fictis rumoribus ab aliqua parte factis, & hostibus ab alio latere tacitis, & ascendentibus cũ ucro, & duro aggressu: & sic loca obsessa sunt custodienda diu, noctuq; assiduo cum omni di

ligentia, & mora cessante. Et multi milites experti in exercitio suo militari hostili habitu induti, & cum eadem hostili loquela vt amici hostium vrbes arte occuparunt, vt pluriès Romani Duces, & filii Amilcharis fecerunt.

21 † Et mixti persępe cum muliebri, & hostili turba occupata ludis, & iocis cœperunt loca, & hostium suorum interfectis vigiliis. Et quandoque milites fortes intrarunt arte in locis hostium suorum vnà cum vectigalibus annonarum, & venatoribus, ac mercatoribus in eorum habitu, & inde cæsis custodibus portas occuparunt, & illas suis apertas dederunt: & seu de nocte postea non aliter cæsis vigiliis portas suis aperuerunt.

23 † Et quãdoque loco præsidii hostium id expectantium illo die fuerunt ingressi munitissimas vrbes loco sui venturi præsidii, vt Archades fecerunt contra Messenios.

23 † Et Sumentum habuit Anthiocus Rex occisis illis qui portabãt annonas ad Sumentum occisorum vestibus indutis militibus suis quos inde misit Sumentum cum frumẽto: & cum fuerint sibi apertæ portæ illas occuparunt: & illicò ibi cum suis occurrit Anthiocus & Sumentum cœpit.

24 † Tollenda sunt obsessorũ semina, & sata reuoluere, quandoq; vtile fuit obsidentibus, vt fecit Fabius maximus in Campanos, & Annibal in Casilinos: q rapas seminarũt circũcirca castrum, ne hostes tollerent sibi alimoniã: quæ est quandoque tollenda, & quandoque arte danda hostibus.

25 † Et arte aquæ tollendæ sunt obsessis, & obsidentibus cum reliquo victus hostibus insidiando: vt fecit Cæsar in Gallia, & Alexander magnus, & Semiramis in Babillone: quibus suffragium eripuerũt Eufractis annonis, tubis, & argeribus arte factis, ruptis, & corruptis aquis, & annonis: pluriès populi habiti sunt in deditione etiam fluuio ventris, & annona carentes.

26 † Migonium flumen Rex Persarum sopor euertit argeribus ruptis, & obsessos habuit in deditionem suam aqua carentes, aliò arte deriuata: & pro nimia aqua etiam haberi possunt illos suffocante incisis fluminibus aduersus ipsos secundũ situs locorum.

27 † Principum munificẽtia persępe capiuntur Populi conuiuiis, blandiciis, & affabilitate, vt pisces ad escam: & milites libenter seruiunt Regi liberali, & pro eo pertinaciter pugnant. Et ex leui causa vulgus sui natura fit amicus, & inimicus: q propriè magis vtilitati adhæret, quàm honestati.

28 † Et pessima est natura vulgi verbosi in dominando, quoniam nimis est iniusta, & crudelis, ac superba, nihil omittes arrogantiæ opinione sua insensata, duce appetitu insatiabili, diuina postposita ratione, regnare non valet plebs alieno orta seruitio.

29 † Popularis leuitas, & licentiosa nimis in regimine se putat esse Regibus similẽ: quos extollit, & opprimit inuidiosa fortuna iuxta illud Iuuenalis.

Solaq; libidine fortis, plebecula pessima.

Sed nil, nil sapit in populo verbosa cucurrit apto, Et iuxta illud alteri[9] Poetę.

Nescia plebs semper, doctis infensa prophetis;

Et semper sanctis insidiosa viris: vt Athenis contingit prudentissimo Timoleoni. Contra quem quidam à populari uento eleuati fuerunt ad regimen, & ad militares ordines, & ad magistratus ciuitatis: & ut pilam in altum proiecti: & imprudenter posteà deiecti fuerunt à populari instabilitate, quæ semper mutationes, & noua peroptat videre.

30 † Et cum tristis mulierũ ploratus quandoq; perturbant hominum mentes, ideò tunc curãdum est, vt aliàs superius dixi: Nã illi qui sunt inutiles pro bello absq; consilio in locis obsessis arcendi sunt ab illis: nam mulier natura sexus est molis, vnde dicta est mulier à molitie: estq; leuis, & varia regulariter mulier in opinione, & mutabilis iuxta illud Poetę.

Varium, & mutabile semper fœmina, à fœmore dicta secundum Marcum Varo-

nem, & ad prædicta facit illud Catonis.
Instruit insidias lachrymis dum fœmina plorat.

31 † Et si dubium fuerit deditionis alicuius loci obsessi, vel obsidendis mittendus est in eo aliquis prudens præfectus magnæ authoritatis cum literis sui ducis remittentibus illi loco uectigalia, & quæcũq; alia onera tam focorum, quàm functionum fiscaliũ, suadendo oratoria arte obsessis, vt sint fideles Regi domino suo: q est sibi breui missurus præsidiũ cum magna annonarum prouisione, sibi multa promittendo, vt populus conseruetur in fide; & ne se dedat hostibus diù, noctuq; arte iactando sagittas affixas in tabulatis, & portis, ac turribus, & propugnaculis obsessorum directis, ad amicos obsessorum indicantibus, neque eorum Duci: qui omninò decreuit illos deprædari facere, & trucidari.

32 † Mœnia, & propugnacula fortia sunt boni ciues fideles: qui coronę ciuitatũ nuncupantur. l. i. & per Bal. ibi C. de Corinthio berito lib. xi.

33 † Si contigerit bellicis instrumentis in terra iactari muros locorum obsessorũ, curare habent obsessi omni cessante mora, donec ictus instrumentorum feriunt mœnia facere foueam, & intra obsessa loca si cõmodè fieri poterit cum debitis remediis opportunis: & dabitur tempus si fortes muri fuerint, si autem ipsis instrumentis opponantur illicò animosi milites, fortes, bellaces, & audaces armati: q se opponant rupturę murorum: & ita armis tutabuntur loca obsessa. Et poterint etiam prouidere rupturæ murorum cum uasis terra plenis, & alia apta materia etiam lignorum, & viminibus, & fascibus. Ita quòd erunt impedimento hostibus quòd ingredi non poterunt locũ obsessum, illum tuentibus suis armatis militibus. Et si foueam fieri cõmodè potuerit inuitis hostibus, nõ minus fiat triginta brachiorũ in latitudine, & duodecim in fundo: & terra de fouea cauata iactetur versus, & intus, & penes iunctũ locum obsessum: & ita ibi fiet fortissima munitio pro obsessis, & obsidentium tolletur audacia, etiam deiecto muro: & ex materia locorum dirutorum fiant propugnacula locis obsessis secundum regulas militiæ, & ipsius exercitii, quę parapecta, & defensoria nuncupantur pro defensione locorum obsessorum, omni semota morà, & cessante inertia prudentũ obsessorũ: & si secus factum fuerit, illicò punietur eorum ignauia.

34 † Extollendi sunt laudibus maximis iusti Principes: qui æquam iustitiam ministrant populis suis, sine vllo personarum discrimine, & populos suos laudabiliter seruant in fide, & pace c. Regum, xxiii. q. v. & ipsi Principes tenentur etiã ęquè, & politicè uiuere secundum leges suas c. Iustum, distin. ix.

35 † Et regula illa in quibus non est iustitia, sunt latrocinia: habere principatum, & aliis præcipere est res diuina: quia est Deus ille qui dat Reges populis bonos, & malos secundum populorum merita, & demerita.

36 † Rex in terris est Dei vicarius, & dicitur habere nomen diuinum in regno: qa est in terra, ut Deus in cœlo c. i. & per Doct. ibi in tit quę sint regal.

37 † Bonis populis bonos Reges concedit omnipotens Deus, & malis populis malos Reges, vt illos regant secundum eorum merita, & demerita: Nam uendicat Deus inimicos cum inimicis suis, vt inquit Propheta. Et cum populus noluerit audire vocem Samuelis prophetæ erga ipsum dixit Populus iste meus infidelis non regem, sed tyrannum habere mœretur, & alia uoce inquit Dominus: Dabo eis Regem in fauorem, & quãdoque dat in furore cum sint rebelles, & infidi præcisi ab omni gratia, & corpore, ac iustitia regis, & reipublicæ c. sicut. i. q. i. & dixit Iob. xxxiii. c. Propter peccatũ populi Deus facit regnare malum regem: & de bono rege habetur in c. quorundã, lxxxiiii. distin. verba hęc, videlicet erga subiectos nostros tales existere debem⁹, quales nos si subiecti fuissemus nostros velemus esse propositos c. Beatus. xlv. distin. & c. obligant. xxvi. q. vii. & sic Reges bene cogitare habent, et facere illi

qui

qui ueri sunt reges, & abhorent nomen tyrannorum & hodie terra patitur aratrum propter obliuionem nominis Dei l.si usufructus. ff. quẽadmodũ usufruct. amitt. & priuãtur propria patria populi, & ad alia loca transferuntur l. Certa forma, C. de iur. fis. & sæpe serui fiunt, & captiuantur per uim populi illi qui Dei sunt rebelles.

38 † Quęro de rege qui monachare voluit, & ingressus fuit religionem an desinat esse Rex, & perdat regnum, dic breuiter quòd sic: quia regnũ non transit ad monasteriũ Glo. est in c. scripsit, xxvii. q. ii.

39 † Quæro de illis qui capti sunt in bello an serui fiant, dixi aliàs de hoc articulo, dic illos qui capiuntur in bello iusto seruos fieri capientium, & non dici à seruiendo vt alii serui qui emuntur, & seruiunt: sed à seruando quia seruantur, & occiduntur. l. penul & fin. ff ad l. Iuliam maiest. & in §. i. Instit. de iur. pers. & And. de Iser. in c. fin. de ca. qui cur. vẽd.

40 † Et illi pro ciuibus sunt accipiendi, & nobilitandi qui fulgent virtute, & legimus per Marium multos externos milites fuisse factos Romanos ciues propter eorum virtutem cõtra leges Romanas: & cum hoc fuisset sibi obiectum in triumpho, illis obstare Romanum statutum, respondit Marius tale statutum non audiuisse ob maximum strepitum armorum in bello cimbrico factum, & se tamquàm Romanorum Ducem, & dictatorem nobilitasse virtutem illorum qui Romano Imperio non ficto Marte acreuerunt honorem, & gloriã eternã.

41 † Et summis sunt extollendi laudibus populi illi qui sua virtute fidem seruant dominis suis se, patriam, filios, parentes, uxores, & bona gloriose tutãtur exẽplo Pitiglianorum, qui dum forent à Pœnis obsessi, madefactis coreis sole, & igne siccatis cum foleis arborum, & omni genere animalium undecim mensibus uitam trahentes filiis, & parentibus eiectis ob obsidionem gloriose tolerarunt, & candidam fidem Romanis seruarunt, & Casilini obsidente Annibale tantam fuerunt inopiam perpessi, quod mus unus uenditus fuit centum denariis, quo emptor uixit, & uenditor post fame periit, & fidem laudabiliter seruarunt Romanis. Et illis occursum fuit per Romanos nucibus sparsis cum glandibus in flumen uulturni: & ad ipsos casilinos missis prouictu inuito Pœnorum duce Annibale, & populi multi honoris cupidi tam in campis apertis quàm in obsidionibus omnia mala pacienter ferre tenentur pro fide, & gloria suę uirtutis, & constantiæ.

42 † In obsidione Iudeæ facta per T. Vespasianum Imperatorem, mater quędã proprium filium ob inediam comedit; & inde se doluit alios non peperisse ut cum illis pascere posset indicta obsidione; cũ omne animal rodent dentes famelicorũ, obsessorum, ut honor ipsorum conseruetur, & uirtus.

43 †Et cum cederẽtur liberi, & uxores Eginensium obsessorum à uiatotis; peroptarunt Eginẽses magis spectare suppliciũ pignorum suorum, quàm deficere in fide Romanis.

44 † Et incautus Rex Perseus Macedonum ob filios captos per Romanos proditione Antisonis Persei familiaris: qui dictos filios prodidit, sponte se in Romanorum deditionem dedit, cum euadere ipse potuisset; & ab Aemilio ductus fuit ad Vrbem cum filiis in triumpho.

45 † Casilini, & Eginenses, & quam plures alii populi fuerunt fideles Romanis, qui Gentiles fuerant, & mortales, putando nullam maiorem esse infamiam quàm perdere fidẽ, & uocari infideles sine fide c. hęc est. xxiiii. q. i. c. noli. xxxiii. q. i. l. i. ff. constit. pecun. c. Dominus. xxxiii. q ii.

46 † Catholici uerò populi prædictorum exemplo qui fideles fuerunt Romanis; fideles esse debent regibus suis; & in aliquo non deuiare à fide sua, si nomen fidelium retinere intendunt.

47 † Regula tamen est, quòd illis nobis seruant fidem, & nos illis immaculatam seruare tenemur, ut decet si erga nos fuerint infidi, & nos aduersus illos infidi esse possumus, ut inferius latius dicam in titulo de fide, iuxta illud frangenti fidẽ, fides frangatur eidem, per Glos. in c. noli. & in c. dominus. xxxiii. q. ii.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

Qualiter loca obsessa haberi possunt sine pugna. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Secreta concordia cum ciuibus & largis promissionibus ac auri largitionibus, nec nō pro ditionibus loca obsessa sine pugna habentur.*
De Fabritio Romano dictatore qui noluit Pyrrhum ueneno necare.
2 *Ciuitates fame obsessæ facilè capiuntur, ut de Florentia tempore nostro contigit.*
3 *Loca obsessa facilius sine bello capiuntur dando uastum in agris & seminibus, ut fecit M. Fabius in agris campanorum. Antigonus in agris Atheniensium, & Martius Coriolanus in agris plebeorum Romæ.*
4 *Damnum alicui datum per exercitum debet per commune emendari.*
5 *Suspitio proditionis in locis obsesis gigni potest mittendo literas aut munera, ut Dux Cleonimus Atthicus contra Troezonos fecit, qua arte urbem Crateram emit.*
Dionysius ficta pace alimonia ab hostibus pro exercitu suo habuit, & post, illos ob carentiam uitus ditioni suæ submisit.
6 *Cornelius Ruffinus, quomodo Corthonam suo astu nudatam præsidio ditioni Romanæ subegit.*
7 *Alexander magnus quo astu usus fuerit in occupando Leucadiam sine pugna. Et Clearcus Lacedæmonius Tracenses, Papirius Cursor Tarantum. M. Marcellus Syracusas, Scipio Aphricanus loca multa hostiū. Alcibiades in Siciliam Cathaniam, & Marcus Antonius Musinam.*
8 *Captiuis reconciliatis restitutis quandoque loca obsessa sine pugna habentur.*
9 *Villæ & oppida quæ defendi non possunt dirrui debent, & aquæ fontium corrumpi. & stramina comburi. ne diu posint hostes loca obsidere.*
10 *Principum cura esse debet, ne per hostes alimēta & munimenta tollantur, & bella fieri remota à finibus suis & uicinorum amicorum. & nu. 11. & 12.*
13 *Longobriti quomodò à Metello obsesi & per Sertorium liberati.*
Aquæ penuria loca obsessa occupari possunt. et nu. 14. & 15.
16 *Loca obsessa frigore oppressa facile capiuntur.*
17 *Populi quandoque se tradi debent uictoribus, ne ulterius damnum patiantur.*
Scipio uictor in Hispania, Bethica & Aphrica sponte multas ciuitates antiquas sub Romana ditione habuit.
18 *Fontes custodiendi sunt, ne ab hostibus ueneno corrumpantur.*
19 *Aquæ fluminis apud quem hostes castrameta ti sunt, qua arte deuastari debeant, ut ipsi lædi & superari posint.*
Philippus quo astu vrbem Samniorum sine suorum sanguine habuit, & Annibal Tarantum occupauit.
20 *De Paduæ per venetos sine pugna recuperatione, & eius obsidione ac liberatione.*
21 *Obsessa loca quæ à dominis suis succurri non possunt, facile arte sine pugna capiuntur.*
22 *Hostium patria obsidi debet, ut loca per eos obsessa derelinquant.*
23 *De expeditione Rauennæ crudelissima à Gallis obsessæ & expugnatæ. & à Rauennatibus tutatæ.*
Osibus Theotonorum interfectorum Masiliti uineas suas pallificauerunt.
24 *Facta prelatorum Imperator iudicare nō pōt.*
Imperator subest ecclesiæ Dei.
Imperium à Papa dependet.
Imperator filius Dei & ecclesiæ dicitur.
Imperator iura pontificia usurpare non potest.
Nec Papa iura Imperatoria, nisi in quantum canones & iura permittum ecclesiæ.
25 *Imperator ad fidem conseruandam concilio in*

tereſſe poteſt.
Imperator tenetur inclinare caput Pōtificibus.
Imperator Papæ iurare tenetur fidelitatem, & bona eccleſiæ, catholicamq́; fidem ac religionem, rempublicam quoque Chriſtianam pro poſſe tueri.
26 *Imperator ex quibus cauſis poſſit à Papa deponi.*
Papa hæreticus niſi ſe purgauerit, poteſt per concilium lagitimè congregatum deponi.
27 *Pater an ſuccedat in feudalibus filio.*
28 *Pater poteſt feudum nouum alienare abſque conſenſu filiȳ, dummodo regius aſſenſus interueniat.*

1 
Bſeſſa † quæcunq; loca arte, & ingenio etiam ſine pugna aquiri poſſunt; ſi uictor uidelicet in campis fuerit exercitus, Item tractā do ſecretam concordiam cum ciuibus, & oppidanis utendo munificentia erga ipſos cum largis promiſsionibus: Iuxta illud; Policitis diues quilibet eſſe poteſt, ut effectus ſequatur ſine pugna: qua de re quorumdam Infamia fuit, & perpetua nota nullo æuo delenda qui auro corrupti proditores extiterunt; & fortiſsimas urbes, turres, caſtra, & arces munitiſsimas, & inexpugnabiles auaritiæ cœcitate munificentiſsimo hoſti proditoriè, & ſine pudore tradiderunt; decantantes carmina illa Ouidii.

Munera crede mihi, placant hominesq́;, deosq́;.
Placatur donis Iuppiter ipſe datis,
Et illud,
Heu neſcis numos ſanguinem eſſe primum;

Quod probis uiris uera uirtute, & fide fulgentibus, diuina rectis ratione, & fortitudine contingere non poteſt: Exemplo Fabritii Romani dictatoris qui Pyrrhum Regem, & Romanorum hoſtem potuit ueneno necare, hoc ſibi oblato ꝑ medicum Pyrrhi, quod facere noluit Fabritius, certiorato de hoc Senatu, Populoq; Romano: qui ſcripſit Pyrrho, ut cauere deberet de ueneno, tacito nomine ſui medici. Et Pyrrhus de uirtute Fabritii dixit facilius ſibi fore ſolem à ſuo curſu peruertere, quàm Fabritium ab honeſtate, cui pondus auri dono miſit, ut ſibi foret amicus: quod Fabritius acceptare noluit inquiens, ſi amicus eris tu ſenatui, populoq; Romano, ero & ego tibi amicus, & reſpuendo donum dixit Romanos malle aurum habentibus imperare, quàm illum habere, ut aliàs dixi.

2 † Regula diſciplinæ militaris eſt primò tentandi omnes uias, & artes antequam ad obſidionum expenſas, & ad bellum ꝑ ueniatur: cuius ſepe dubius eſt, & periculoſus euentus: Nam hoſte intrinſeco famis obſidione longa pręmente, obſeſſa loca, & exercitus ſuperantur ſine pugna ut de Florentia obſeſſa tempore noſtro contingit, aſtu, & uirtute Incliti Principis Orangis regis exercitus Imperialis, qui obſeſſam Florentiam tenuit arte, & illam poſt multa bella ad deuotionem deduxit, & ipſe Princeps Dux Orangis in ipſo bello uulneratus in acie cum uictoria perit glorioſè in armis, ut in Hiſpania contingit Scipiadibus.

3 † Item dando uaſtum in agris, & ſeminibus, atq; ſatis, loca obſeſſa capiuntur facilius ſine bello ut fecit M. Fabius in agris Campanorum, & idem fecit Antigonus in agris Athenienſium, & hac de cauſa habuit Athenas, & Martius Coriolanus in agris plebeorū Romæ, à quibus fuerat iniuriatus ſaluis poſſeſionibus Senatorum, uel ſe retinere à uaſto poſſeſsionum, & bonorum, quorumdam ex primatibus exiſtentibus in locis obſeſſis, & illorum regentibus rempublicam, ut generetur ſuſpitio populi obſeſſi contra ipſos, exemplo Callidi Pœnorum ducis Annibalis qui omnium prædia ruralia, & urbana uaſtauit, exceptis prędiis Q. Fabii maximi, tunc rēpublicam regentis; ut haberetur ab aliis ſuſpectus proditionis.

4 † Quæro de damno dato alicuius per exercitum, an debeat emendari per comune, dic quòd ſic per not. ꝑ Bar. in l. de uſu, in fin. ff. de uar. & extraord. cognit.

5 † Poterit etiam gigni suspitio proditio-
nis in locis obsessis, sæpe mittendo lite-
ras, aut munera ad aliquem uirum pru-
dentem exercitus, uel loci obsessi, ut fe-
cit Cleonimus Athicus contra Troezo
nos, qui magno præsidio urbem Crate-
ram tenebant arte emisit arma in urbẽ
super qua erant literæ certiorãtes ciues,
quòd ipse uenerat pro salute reipublicæ
Craterensium, & captiuos benè ab eo
uisos, & præmiatos liberauit, qui in po-
pulo multa bona dixere de Athico duce:
& arte tali seditionem in populo posuit,
quòd ciuitatem habuit sine pugna, aut
mittendo aliquem expertum, & sapien-
tem uirum exercitus ad loquendum cũ
primatibus obsessorum, ut illi redderen-
tur aliis suspecti, Romanorum exemplo
contra Annibalem, qui tali arte usi fue
runt, uel fictè scribendo ut aliàs dixi lite
ras sagittis alligatas, & arcu inde iactas
in obsessa loca directas proceribus illo
rum primatibus indicando sibi proditio
nem, & facilis erit uulgaris credulitas
cum tractetur de eorum incõmodo, & dã
no, & orietur suspitio cum discordia, &
tumultu maximo populi, uel cum obses
sis improbe simulata treuga, aut pace,
aut hostium alimenta arte tollantur pro
exercitu, quibus post obsessi carentes
capientur facillime. Exemplo Dionysii
qui ficta pace alimoniam ab hostibus p
exercitu suo habuit, & post illos obse-
dit, & inuasit, & ditioni suę submisit ob
carentiam uictus.

6 † Et timens Metellus Sertorii uirtutem
proclamare publice fecit contra regulas
militię centum talenta dari illi qui occi
derit Sertorium & ultra etiam tantam
terram, quantum duo millia bouum pos
sent uno die laborare, Cornelius Ruffi
nus consul corrupto Captiuo Crotho
nense illum liberauit, & ad Crothonam
Vrbem accessit nuntiando ipsi consulẽ
dixisse, & Crothonenses licentiarũt præ
sidiũ suum, quod tenebant, & inde cõsul
oppressit Crothonã nudatam præsidio,
& illam in ditione Romana habuit.

7 † Et Alexander magnus Leucadiam Vr
bem munitissimam habuit arte priuatã
alimonia suorum concursu oppidanorũ,
& arte tali corrupto furto, pluuia, dolo
Falaris Agrigentini in Sicilia hostes ag
gressus habuit inditione sua propter pe
cuniam. Clearcus Lacedæmonius ca
ptiuũ occidere fecit, & illum minutim
diuidere inter milites, audito quod Tra
censes omnia eorum bona pro uictu por
tauerant in montibus altis, & hoc intel
lecto per Tracenses se dictioni dederunt
Clearci, ne aliquid crudele faceret. Pa
pirius Cursor corrupto Millone custo
de Taranti, Ciuitatem Tarentinorum
habuit sine sanguine, & M. Marcellus oc
cupauit Syracusas corrupto Sosistrato
Siracusano Capite custodiæ, dato sibi
ordine in die festo, quo intentius erant
populi crapulę. Scipio Aphricanus ar
te spoliauit hostium loca multa præsi-
dio suo, & arte tali decepit callidum pœ
nũ Annibalem. Et Alcibiades in Sici
lia arte Cathaniã pręsidio destitutã ope
ra dicti ducis Atthici cœpit, nã p uiã do
lo insimul cõsuluerant Cathanenses ag
gredi Syracusas cũ sua gente Cathanen
siũ. Obsessa Mutina à Marco Antonio
Irci cõsulis, & Bruti amica sale indigen
te, quod misit Ircius obsessis per aquã
fluminis Saniturni in apta materia: &
animalia quædã per fluuii cursum misit
in vrbẽ pdictum, & ita suis occurrit in-
scio hoste. Casilini probe uitarunt
obsidionem Annibalis, & certo loco se-
minarunt frumentum, ubi oppidè natũ
fuit, adeo quòd pro toto anno habuerunt
uictum hoste inuito, qui ne herbam ha-
berent, arare fecit usq; ad Mœnia ciui-
tatis Casilinorum.

8 † Possunt & capi munitissima, & fortia
loca obsessa captiuis illorũ dimissis ad
ipsa bene reconciliatis, trahendo sagit-
tas, ut aliàs dixi cum literis alligatas in
obsesso loco in quibus sint scripta ali-
qua sibi placita, ut fecit, Cleomenes At
thicus, qui arte tali iam orta seditione
inter obsessos captiuis restitutis incitan
bus illam amoto exercitu oppidum Cra
terium fuit potitus.

9 † Et ne diu possint hostes morari in cã
pis deficiente illis comeatu uillę, & op-
pida

pida quæ defendi non possunt, diruantur, & aquæ fontium corrumpantur, & concrementur flamina ut aliàs dixi.

10 † Et est anxiè curandum ne per hostes monimenta, & alimenta tollantur amicis, sed illa probè, & tuto custodiantur: & bella gerenda sunt magis in hostium regionibus, quàm amicorum nostrorum territorio ut aliàs dixi, & in agris uicinorum, potius quàm nostrorum nostris, Et omni semota mora, postposito odio curandum est bella omnino fieri remota à finibus nostris, & uicinorum, & amicorum nostrorum, quia esse posset excidium nostrum si tolleraretur damnum fieri amicis, & uicinis nostris, & non fugarentur hostes à longe.

11 † Prouerbium enim est antiquum si uicinus habet in domo sua incendium, uicinum suum debere illico aquam portare, ne domus uicini incendatur, & ignis crescat cum damno, & incendio edifitiorum uicinorum, & qui habet malum uicinum, habet malum matutinū. Octauianus Augustus longe ab Vrbe duxit exercitum cum classe, ne bellum fieret in patria, & Marcum Antoniū, & Cleopatram superauit in Aegipto, & ibi Attiliū primum genitum Antonii ex Fuluia uxore occidit, & illius iugulauit præceptorem Theodorum, quia iuuenis morientis pretiosum lapidē furto sub traxerat Cęsarione ex Iulio Cęsare & Cleopatra orto per Augustum ibidem interfecto, qui cum auro, argento, & thesauris iuerat ad Indos, & ex causa Rodonis sui præceptoris recesserat aliis Cleopatræ filiis retentis in carceribus.

12 † Et longe à patria cæpit Alexandriam, & populo pepercit Alexandrino ob amorem uirtutis Alexandri magni iam defuncti, illius cōstructoris, & amore Arii philosophi amici sui, cuius patria erat Alexandria.

13 † Et cum Metellus percepisset Longobritos fore in maximum auxilium Sertorio, & illos tantum habere unum puteū aquæ potabilis, & per sępe pati siccitate, decreuit illos obsidere, & suis sumptis expeditis militibus cū cibo quinq; dierū ciuitatem Longobritorum obsedit, cui illico occurit Sertorius cum salutifero remedio duorum millium utriorum aquę potabilis, expulsis de ciuitate personis inutilibus pro bello, ut aqua diutius duraret, donato Argento portantibus pro sua mercede conuenta, quo audito per Metellum, & ne suis deficeret alimonia; & ibidem obsideretur ab vtroque hoste misit Aquilium cum sex millibus militum suorum ad frumentandum: quibus Sertorius posuit insidias, & illos in redditu fugauit, occidit, & captiuauit: & solus euasit Aquilius sine equo, & turpiter tūc Metellus discessit ab obsidione Longobritorum impulsus à virtute Sertorii.

Deriuatione aquæ fluminis: qua vtebantur pro potu Hisauriēses Pub. Seruilius fuit vrbem cōsequutus ob aquæ penuriam. Et arte tali, Cæsar ciuitatem Caducensium in Gallia deriuauit fontes, & per sagittarios flumen impediuit populo. Et Metellus in Hispania citeriori limpha inundauit quandam ciuitatem, & trucidauit populum. Alexander magnus, & Semiramis deriuarūt Eufratem, & Babellonem occuparunt per siccum alueum.

14 † Poterint & loca obsessa occupari sine pugna ab obsidentibus ex pertis, si ductū aquarum ruperint, vel aquam aliò deriuauerint, aut corruperint, hostibus insidiando: quia aqua obsessi vtuntur pro victu, exemplo Clistenis Sicionis: qui ductum aquarum rupit in oppidum Eriseorum, insidiando obsessis, mox aquam restituit refectis tubis elleboro corruptā: qua vsa per osessos pro fluuio ventris oppidum habuit sine pugna.

15 † Et tempore nostro occurrit exercitum Gallorum obsidere Neapolim cōtra Imperialem, & Catholicam maiestatem, cuius astu Ducum aquæ fontiū corruptæ fuerunt, & Gallis post ob potum aquæ corruptæ perierunt: & sine pugna, & obsidione remansit Neapolis.

16 † Romana virtus vtebatur castris Hibernalibus pro obsidione magis, quàm pro pugna & saluum erat ipsius consilium: quoniam obsessa loca frigore oppressa,

& aliis carentia necessariis sponte, & sine pugna se submittebant Romanis impulsa ab intrinseco, & extrinseco hoste.

17 † Et uicto hostili exercitu, aut fugato populi se tradunt persæpe victoribus, ne vlterius patiantur detrimentum: vt de antiquis Romanis legitur. Nam Scipio victor in Hispania, Bethica, & Aphrica sponte multas ciuitates antiquas habuit sub Romana ditione, vt fuit de Carthagine in Aphrica, de Thebis in Boetia, & de Gadibus in Oceano antiquis vrbibus olim colonis Tyriorũ vt cantat Poeta:
Vrbs antiqua fuit Tyrii tenuere coloni.

18 † Et vbi est penuria aquarum extrahendarum ex fontibus, custodiendi sunt fontes ne ab hostibus corrumpantur venenosa, aut morbosa materia.

19 † Et si castrametari cõtingerit hostes in aliquo forti loco apud flumina, & vt hostes recedant ab illo loco, & aliò castrametentur, vbi facilius lædi, & superari valeant: proiciantur in aliquo loco superiori fluminis materiæ putridæ: vt est guadum, & glastum contusum cum certa ellebori quantitate interpolatim, vt aqua fiat amara, & putrida. Ita ꝙ hostes, & equi sui bibere nõ possint: & hac de causa recedent à loco, quod fieri facilè potest in canalibus, fontibus, & aquæductibus, pontibus, puteis, cisternis, & similibus foueis, & in fluminibus paruis: Expulso namque rege Philippo à ciuitate Samniorum, & corrupto post per ipsum Apollonio dictę vrbis pręfecto, dato sibi ordine vt occuparet pontem cũ curru lapidum magni ponderis: quo facto, Philippus cum suis habuit vrbem sine suorum sanguine. Et Annibal occupauit Tarantum corrupto Eoneo Tarantino venatore muneribus ferarum: quas postea donabat Liuio Romanorũ consuli: qui licentiam concedebat eundi extra vrbem Taranti de nocte ad venandũ datis sibi sociis per Annibalem cum vestibus venatorum: per quos fractis portis intrauit Tarantum, & Romanos hostes trucidauit.

20 † Contingit tempore nostro. 1509. quòd Veneti sine pugna occuparunt Paduam ponte impedito cum porta curribus ferri, aliàs arte inclyto Imperatori Maximiliano sponte, & absque pugna restitutam: quam posteà obsidens Maximilianus cum exercitu variæ linguę, & nationis: & videns illam esse bene defensam ab Italica experta gente, rectà à Sene prudente Duce Comite Pithiliani de nobilissima orto Vrsinorum domo: qui militiã olim Fabii maximi prudenter exercebat, cunctaudo, & non ponendo rumores ante salutem; Deum, & homines colens: Imperator Maximilianus cognito suæ gentis periculo noluit Paduam generali bello expugnari inquiẽs optimus Imperator, recedamus hinc cum Deo absque effusione humani sanguinis. Nã alia vice Paduam suam habebit Imperium sine pugna.

21 † Obsessa quippè loca quantumque fortissima, & munitissima haberi vario modo sine pugna possunt, arte, & ingenio prudentum militiæ regum: & maximè si eorum domini fuerint adeò oppressi: quòd non poterint succurrere locis suis obsessis,

22 † Et si hostilis exercitus cunctando noluerit conserere manus, consilium erit vt aliàs dixi ad cogendum illum, vt certè velit, nolit: obsidentium copiæ ducantur ad obsidẽdum hostium patriam, aut aliquam aliam vrbem, seu oppidum pergratũ hostibus ipsis: qui aut permittent illam, vel illud capi cum dedecore suo, vel ad certamen conscendent, ne imbelles viderentur vt dictum est supra in alio loco.

23 † Et de Sertorio contra Pompeium, & Pium Metellum prout contingit tempore nostro de nobilissima, & antiqua patria mea Rauẽnæ pergrata Romano Pontifici à Gallis obsessà, & pluries expugnata, & à suis Rauennatibus gloriosè tutata duce nobilissimo, & excellente Domino Marco Antonio Columna: propterea exercitus Romanæ Ecclesiæ qui ad bellum tunc arte differebat in agris Fori Cornelii descendit ad certamen, ne videretur imbellis: & expeditio cru-

entissima secuta fuit inter flumina Tauri, & Irci in loco, longo à Rauenna per milliare cũ dimidio, & ultra fluuiũ Tauri qui vulgo nuncupatur aquæductus, maior strages fuit, & in ipso quoque flumine quàm ex latere amnis veruecis Irci, pro vt vidi oculis ꝓpriis, & humano sanguine terra pinguis: tunc luxuriauit vt Troia de occisorum sanguine, & pro ut luxuriauit Masilitorũ humus de sanguine Theotonum interfectorum à G. Mario Romano consule: de qua strage firmat historia Masilitos ex ossibus mortuorum pallificasse vineas suas.

24 † Quęro modo si Imperator coronatus potest iudicare prelatos ecclesiæ, conclusiuè dic ꝙ nõ. c. Si Imperator, & c. in scripturis. xcvi. distin. quia Imperator subest ecclesiæ Dei. c. i. x. distin. & per totã dictam decimam distinctionem: & Imperium dependet à Papa iudicio, & authoritate. c. Domino sancto. 50. distin. & nihil est gloriosius, & honorificentius q̃ quòd Imperator dicatur filius Dei, & ecclesiæ suæ. c. Constantinus. xcvi. distin. c. conuenior. xxiii. q. viii. Nec debet Imperator terrenus vsurpare iura pontificalia; Nec Papa iura, gladium terreni Imperatoris, nisi in quantum canones, & iura permittunt ecclesię. c. cum ad verum, xcvi. distin.

25 † Quæro si Imperator potest adesse in consilio generali ecclesiæ, dic quòd sic, pro confirmatione fidei: & tenetur ex debito suo inclinare caput Pontificibus. c. Nos ad fidem. xcvi. distin. & iurare habet fidelitatem domino Papæ, & bona Ecclesię, catholicamq; fidem, & religionem, & rempublicam christianam pro posse tueri. c. Tibi domino Ioan. Papæ, lxiii. distin.

26 † Quæro modo si Imperator excommunicari, & deponi possit à Papa: dic quòd sic, videlicet si hæreticus foret, & inutilis Imperio, vel rebelles Ecclesiæ, & contra Ecclesiam catholicam, & apostolicam: Dic conclusiuè quòd sic, c. alius. xv. q. vi. & c. duo sunt, xcvi. distin. Anastasium Imperatorem excommunicauit Papa Gelagius, & Regem Francorum deposuit Papa Zacarias: & regnum Galliarum tunc tradidit Regi Pipino patri Caroli Magni c. in Apibus, iuncta Glo. vi q. i. Et sic ex causa maxima deponitur vt suprà; Et pro hæresi, & ipsius causa hæresis: ritè etiam deponitur Papa per Concilium Prælatorum catholicorum legittimè congregatum. c. ad Apostolicę, extrà de senten. & re iudic. & per Glos. ibi in verbo hæresis, & c. si Papa, xl. distin. Nisi se purgauerit infra annum: & similiter poterit se purgare Impator, ni si fuisset legitimè depositus trinis pręcedentibus monitionibus. c. excommunicamus, & c. cum contumacia, & per iur. Spec. in tit. de senten. excom. vers. Nunc ostendendum.

27 † Quæro de occurrenti casu feudali, si Pater in feudalibus succedit filio suo ꝓ ut in aliis bonis burgensaticis, & non feudalibus; Dic conclusiuè quòd sic: si fuerint bona feudi antiqui, secus si fuerint bona feudi noui per filium aquisiti cum regio assensu: habetur in constit. i. Lottar. Imper. ad Eugenium Papam, & ibi per And. de Iser. Bal. & Aluar.

28 † Et è conuerso potest pater alienare feudum nouũ per ipsum quæsitũ absque filii consensu, cum regio tamen assensu: secus in antiquo feudo. c. i. & per Doct. ibi de alien. feud. pater, & per Bal. in c. i. de vasall. decrepitę ætatis.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS. EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De modo expugnandi urbes, & arces obsessas. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Loca obsessa habitu mutato & falsis hostium uestibus, armisq́, ac insignijs capiuntur. & nu.2.3.4.5.9.& 11.*

Scipio Aphricanus quo dolo Deluinū superauit

2 *Messeni ab Archadio qua arte capti.*

3 *Sertorius quomodo Siresenorum ciuitatem cœpit. et fuit creatus prætor Cisalpinæ Galliæ.*

5 *Oppida obsessa à parte minus custodita sunt aggredienda ut sit captura facilior. & nu.6.*

7 *Loca obsessa sunt noctu diuq́, diligenter custodienda, ne furtim occupentur.*

8 *Philippus quo actu Trinasium cœpit.*

9 *Thebanus Pelopodia quo dolo duo castra in uno actu occupauit, & Aristippus Lacedęmonius Lergentarios cœpit.*

10 *De Cariæ urbis obsidione, ac eius occupatione per Cimoneum.*

12 *Obsidentes cauere debent ne decipiantur ab obsessis, sub specie deditionis, exemplo Pub. Licinij Proconsulis Romani, qui cruentissima sui & suorum cæde in Asia fuit insecutus.*

13 *Duces exercituum inuigilare & cauere debent de malis futuris, & illis prouidere, ne eis occurrat quod Aristonico accidit, qui uagabundus præ gloria uictoriæ contra Crassum Lucium obtenta à Romanis obsesso, in Stratagonia urbe se unà cū ciuitate ipsis se submisit. Ideò Cæsar nō credebat dedititijs, nisi sibi primo traditis armis et obsidib⁹, et nu.14*

15 *Arma obsidibus sunt auferenda, exemplo Bergestis, Scipionis & Annibalis.*

Multitudo quandoque est accipienda pro obsidibus de fortioribus & consiliarijs hostium, ut uires & consilia deficiant illis.

16 *Celeritas quantum profuit Cæsari, Catoniq́, ac Tito Q. Consuli tam in accelerando itinera quàm urbes capiendo.*

17 *Bellum quandoque de uno loco ad alium remouendum est, ut hostes exercitum suum remouere cogantur, Exemplo Scipioni. & Annibalis qui pluries hoc arte fecerunt.*

Ducis prouidi est castra sua non deserere ob cupiditatem loca aliena capiendi.

18 *Archimetria & Geometria militaris ducibus exercituum quantum sit pernecessaria.*

Archimetria unde dicta & orta. & de inuentionibus Archimedis Syracusani & morte.

19 *Turribus ligneis quomodo ciuitates expugnari possunt.*

Troia qualiter ter capta fuit equorū ministerio.

20 *Montibus manuali opera factis obsiduntur urbes & capiuntur. & nu.22.*

Duces misericordia uti debent erga populos captos. si Deū ipsi intendunt propitiū habere.

21 *Proditores ducunt prudentia sunt à proditione remouendi, exemplo M. Marcelli.*

23 *Ciuitatum muri quomodo offendi & defendi debeant.*

24 *Demetrij filij Antigoni Macedonum Regis, in machinis bellicis, & nauibus construendis, uirtus.*

25 *Loca capta etiam hibernali tempore recuperari possunu. exemplo multorum Imperatorum. & nu.26.& 27.*

28 *Alesia Galliæ urbs qua simulatione à Cæsare obsessa & capta.*

29 *Osiastris castrum saxosum fortissimum q̄uo ab Alexandro magno habitum.*

30 *Lucullus qua arte cœpit Amasiam fugato Calimaco, & de igne in ea accenso, quomodo extincto, & de ipsius redificatione & populi reconciliatione.*

31 *Consilium quo uti debent pugnaturi pope littus aut flumina.*

32 *Scorpionum & sagittarum qui fuerint inuentores & quomodo fiant.*

33 *Masculi qui tulpati nuncupantur, quomodo fiant, & ad quid vtantur, ac unde dicti.*

Machinæ q̄ cuniculi appellant̄ quare sic dictæ

gulatus.
73 Proditiones quibusdam placent, & non proditores, qui sunt omnibus odiosi, & ab eis cauendum est. & nu. 74.
Proditoribus non est credendum nisi cum tuta cautione & pignore tuto.
74 De Alexandro Magno qui noluit credere literis matris suæ, ne medicinam sibi ordinatam à Philippo medico suo acciperet, quò derat ueneno præparata. quoniam sciebat hoc euenisse ab emulo ipsius Philippi.
Fides à prudentibus præstanda non est narratis per inuidos.
Alexander magnus cuius fuerit filius.
Romulus & Remus à quibus orti.
75 Populi inertes & inexperti uiolenter inuasi & obsessi facilimè capiuntur.
76 Audacia quantum proficua sit in urbium defensione.
77 Obsideri non debent loca quibus in horis & per dies à suis succurri possunt.
Celeritas sæpe prodest in capiendo loca obsessa.
Impedimenta nociua obsessis & obsidentibus tollenda sunt.
78 Populi bella & obsidiones fugientes, sunt ab amicis humaniter recipiendi, & illis est piè succurrendum, exẽplo Trigenorũ qui Athenienses receperunt.
79 Comburanda sunt stramenta & ædificia ac alia id genus, ut hostium tollatur bellandi comoditas.
80 Mortui in bello uiuere pro gloria præsumunt.
81 Muri ciuitatum et aqua fouearum, qua arte ab obsidentibus mensurari possunt.
82 Horologium à quo primò demonstratum.
83 Vrbes quomodo nimia aqua capiantur.
84 Auro etiã capi possunt, & ferro qñq: liberari.
Melius est in libertate mori. quàm cum uerecundia in perpetuam seruitutem uiuere.
Cæsar quomodo pro libertate à Bruto & aliys coniuratis occisus. & de signis quę ante eius mortem apparuerunt.
85 Obsessi cauere debent à simulata hostium fuga ac eorum insidys fictis signis & aliis modis factis.
86 Ciuitas quid sit, & quid castrum uilla, oppidũ prouincia, terra, districtus, territorium, diœcesis, & patria & quomodo constituatur ciuitas & quid differat a patria & num. 88. 89 90. & 91.
87 Edictum de noui operis nuntiatione habet locũ in ciuitate & castro. & extra ciuitatem & extra castrum.
Ciuitas quasi ciuium unitas appellatur.
88 Oppidum unde dictum.
Villa non uenit oppidi appellatione.
Ciuitas quælibet debet habere Episcopum.
92 Ciuitates decem faciunt regnum.
Romandiolæ Præses, quare uice rex dici possit.
Rauenna Auctoris patria.
Pręses Rauenæ an sit exharcatus gubernator.
Exharcatus Rauennæ quousque se extendat, et quas ciuitates contineat.
De Donatione iurisdictionis in temporalibus et spiritualibus facta ab Imperatoribus Archiepiscopo Rauennati & priuilegiis suis.
93 Ecclesia subest domino temporali quantum ad temporalia & feudalia tantum.
94 Vasallus ecclesiæ an sit de ipsius foro, ita ut in alio foro conueniri non possit
95 Ecclesia an possit alienare rem suam in feudum datam.
96 Ecclesia est cultrix iustitiæ, nec patitur aliqd fieri contra iustitiam.
97 Ecclesia Romana an possit ab Imperatore aliquam prouintiam eximere.
Imperium à Romana Ecclesia dependet.



1 VARIIS Antiquorũ legitur libris † Annibalem celeri impetu omni postposita mora deceptis obsessis Romanorum habitu munitissimas ciuitates cœpisse: Exemplo cerebri de quo cantat Poeta in extrema nocte Troianæ captiuitatis post mortẽ Androgei dicentis:

Mutemus clipeos, danaumq; insignia nobis,
Aptemus dolus; an virtus quis in hoste requirat:

Et maximus Aphricanus Scipio intellecta difficultate expugnandi Deluinum defensum omnium concursu oppidorũ suorum; alia oppida ingredi cępit: & vocatis per oppidanos Deluinensibus pro eorum præsidio, singulis datis auxiliis, Deluinum post diminutum viribus occupauit: & aliàs quàm plures ciuitates,

& oppida fortissima, & valdè munita arte per ipsum nudatis presidiis, & propugnaculis superauit.

2 † Custodiéda sunt territoria quantũ fuerit possibile locorum obsessorum, & seu obsidendorum: & si loca predicta fuerint incustodita hostes illis nocere poterint, & ab illa parte venire qua facilius valeant obsidere, illa tenendo & obsidendo in ipsis vigilãtissimas custodias, vt hostiles vitentur insidiæ. Et Messeni ab Archadibus capti fuerunt sub ficto strategemate suis indutis armis similibus hostiũ sub ficto præsidio confœderatorum venturo Mæssenis: qui cæsi posteà fuerunt. Epaminundas Thebanus audito qualiter extra ciuitatem multæ mulieres accedebant vagantes, suos induit muliebre ueste, & in nocte in sociate dictarum mulierum ingressi sunt vrbem, & illam occuparunt arte tali suis introductis in ea.

3 † Victis per Q. Sertorium coniuratis Cathalonis vrbis vnà cum Sirefenis sibi ꝑ suffragio missis à Sireseno populo pariter coniuratis, vt Romanos occiderent in ciuitate Cathaloniæ ibi tunc hiemantes post bellum Cymbricum, & Theotonicum dicto Sertorio militum tribuno Didi prætoris existẽte in Hiberia omnibus occisis in dicta ciuitate: qui arma ferre potuerant receptis vexillis, & armis Siresenorum: & illicò cum suis militibus dictis vestibus indutis, accessit ad dictam vrbem Siresenorum, & populum dictę ciuitatis cępit, & captiuauit partem illius cæsa, & reliquis venundatis.

4 † Et in vrbe reuersus Sertorius, creatus fuit quæstor Galliæ Cisalpinę, & diligenti cura Reuersos oppressit tunc hostes Romanorum: & se per egregiè exercuit assiduo in armis: ita ꝙ vt Annibal in exercitiis, periculisq; militaribus ꝑdidit oculum: & de hoc se gloriabatur dicens alios relinquere in signia suæ virtutis domi s. arma, & hastas, & monilia: sed quod ipse semper secum portabat signũ suæ virtutis in bello quęsitum pro Romano populo.

5 † Legimus pluries quosdam ex ducibus Martis habentes exercitus suos vicinos misisse illos ad deprædandum agros, & ad comburendum villas, & ædificia hostium: & quandoq; proprii territorii sub falsis hostium vestibus, & insignis: & hac de causa hostes quandoq; ruptos fuisse inordinatos, credentes illos esse sibi amicos: & in ipsorum venisse presidium Alcibiadis, Transiboli, Pericletis, & Marii exemplo contra Iugurtam, & alios varios, populos. Nam Scipio, & Fabius dolos Annibalis, & Pelasiorum arte superauit, & per fluxum maris viam sibi fecit contra Carthaginem. Et Fabius à parte fortiori ubi minus hostes custodiebant Arpum munitissimum oppidũ versuti Annibalis accepit.

6 † Et Pericles pontibus arte factis super fouea munitissimi oppidi muros occupauit ab alio latere pugnãtibus oppidanis carentibus tunc boardis puluere sulfureo, & incendiario igne.

7 † Tuenda sunt, & diligenter custodienda noctu, diuq; loca obsessa ne furtim occupentur ab hoste carnali, vt anima à spiritu maligno: Nam illa possunt variis insidiis aucupari ab obsidentibus illa: nam exercentes militiam arte quandoq; inuadunt illa; & illicò fugiunt, & deprædant agros, & concremant uillas, & stramina: & inde fugam aripiunt, & accelerant: ut obsessi illos insequentur, & incidant in insidias prius præparatas ab obsidentibus cum ruina, & captura locorum obsessorum. Exemplo Annibalis qui nõ valens videre mœnia oppidi munitissimi defensi præsidio magno, finxit timere, & permisit tentoria sua ab oppidanis inuadi: & tali facta præda reliqui audaces municipii exiuerũt locum primo obsessum à callido duce Pęnorũ, & vallum ipsius Annibalis cęperunt extra ciuitatem præ gloria lætantes: & ob talem victoriã oẽs ferè mulieres oppidi exiuerunt: & callidus Pęnorũ Dux interim occupauit oppidum celeri cursu, extra ipsum relictis oppidanis.

8 † Non ualens Rex Philippus habere castrum Trinasium, ante męnia fecit portare terram in magna quantitate, & cauas facere: & oppidani autem timentes

periculum se ditioni Philippi dederunt.

9 † Thebanus Pelopida uolens capere duo castra in uno actu non longè inter se distantia & eo tempore quo cum suo exercitu obsiderat unum ex dictis castris arte pręcepit à longè uenire ad ipsum quatuor equos coronatos uenientes ab aliis ipsius exercitus cũ lætitia victoriæ, nuntiantes palmam suam:vt fides maior daretur per hostes,cõbuxit nemus, vt crederent aliquam ciuitatem concrematã: & ultra commisit quòd certi homines in forma captiuorum fugerent in castrum nuntiantes, talia affirmantes. ita quòd obsessi pauitantes formidine se traderẽt obsidentibus. Aristippus Lacedæmonius Legentarios occupatos in festo Mineruæ cępit cum suis indutis uestibus mechanicis sub falso strategemate quòd forent vaticani grana portantes in vrbe Legentariorum, & inde suis portas aperuerunt. Et inde fecit Rex Athicus obsidens castrum fortissimum in Capadocia;viso quòd nonnulli equi exiuerãt castrum pro frumento occidit ductores equorum, & cum equis,frumento onerantis intrarunt castrum, & inde suis patuere portas · & Thebani de nauibus clam missis in urbem millibus portum Sicionis occuparunt cum ciuitate. Et arte simili Timarcus Etholius occiso Cermede præfecto regis Ptolemęi induit se ueste,& pileo Macedonico:& receptus fuit intra portum Samniorum sub falso nomine præfecti,& portum occuparunt.

10 † Et ut ciuites vrbis Carię obsessę à Cimoneo exirent ciuitatem,nemus Dianæ incendit:& dato signo ignis, illicò populus exiuit ciuitatem ad extinguendum ignem caternatim cum clamore, & tunc ciuitatem occupauit Cimoneus: & vt dixi varię sunt artes,& insidię nocendi hostibus, vt aucupentur prout aues ad viscum,& ad retia ut ceruos, & leones,& alia animalia fera, & prout animabus Diabolus varia fraude, & dolo insidiat. Ideò obsidentiũ,& obsessorum duces debent esse experti,cauti,& oculati, & diligentes valdè ualdè: quoniam ludunt, & certant de & super gloria,honore,Imperio,vita,& morte sua, & suorum.

11 † Pro obsidentibus regula est militiæ,ut omnis ager prius occupetur locorũ obsessorum,ne ipsis obsessis dari possit auxilium:& vt dictum est non erit inutile hostium interito exercitu raptis insignibus,signisq;,vestibus, & armis hostilibus induere victores,& illicò currere ad hostium loca:quia repente capient aperti forte portis, credentes suos ad illa recedere in fuga celeri eorum cognitis vestibus,insignis,& armis. Et si suorũ interitum sciuerint re opinata perterriti, & sine consilio se dictioni tradent victoris exercitus.

12 † Et si assensus fuerit oblatus pro deditione,cauendum est ne obsidentes decipiantur dolo obsessorum,exemplo Pub.Licinii Crassi Procõsulis Romani: qui cum Pagos sub specie deditionis oblatos accepisset,& in postrema acie,vt in Cannẽsi prælio de trãsfugis Numidis collocasset Romanorum,cõflictis posteà aciebus ex vtraq; parte strenuè pugnantibus Romanorum terga strictis armis aggressi Numidæ transfugæ fuerunt, & cruẽtissima inde cædes Romanorum sequuta fuit:& Crassus per Pagos obiit in Asia.

13 † Et uictor Aristonicus amplius non timens vires Romuleas, uagando pre gloria victoriæ obtentæ contra Crassum Licinium, fuit à Romana virtute adeò inuasus,& obsessus in Strathonica vrbe: ꝙ se vnà cum ciuitate submisit Romanis. Et propterea prudentes esse debent duces in præcogitando, & pro suorum tuitione,& custodia semper inuigilare, & præcauere de malis futuris:& illis prouidere exactissima, & uigilanti solicitudine,& diligentia magna:quæ salui conductus dicuntur exercituum.

14 † Ideò Cæsar prudenter gerebat in non credendo dediticiis,nisi primò sibi traditis armis, & obsidibus ex nobilioribus, & primis populorum,vrbiumve, & exercituum suorum.

15 †Ob actum Bergestis in Hispania Cato non se confidit obsides tenere arma,& illa abstulit illis. Et Scipio nunq̃ reddi voluit arma rebellibus,sed tantũ gratis,

& amicis

& amicis fidelibus. Annibal confidit de nouo quæſito Imperio, niſi armis pri mitus extractis ab eo. Eſt quandoq; accipienda multitudo pro obſidibus de fortioribus hoſtium, & de conſilia iis: vt vires, & conſilia deficiant illis obſeſsis.

16 † Celeritas profuit Cęſari, profuitq; Ca toni, & Tito Q. Conſuli, & multis aliis virtute præditis Principibus, tam in acce lerando itinera, quàm in vrbes capiendo, & expugnando repéte, Profuitq; glo riæ militari perſępe prudentia cunctatio ni, exemplo Fabii maximi, Scipionis Aphricani, & Aemilii excellentiſsimorũ Romanorum Imperatorum.

17 † Conſilium eſt in re militari ab vno lo co quandoq; remouere bellum, & id aliò arte transferre ad opprimendum hoſtiũ patriam, vel ad agros deprædandum, vaſtandum, & comburendum: vt hoſtes co gantur remouere exercitum ſuum à proſequendo inimicos, exemplo Scipionis, & Annibalis: qui pluries hoc arte fecerunt. Tutum namq; etiam eſt conſilium quòd pro regula habetur in re militari non deſerere caſtra ſua ob cupi ditatem capiendi loca aliena.

18 † Iure militari ꝓdeſt Archimetria, prodeſt & geometria militaris, orta ab Aegyptiis, & Caldeis in expugnandis, & defendendis vrbibus, turribus, & arcibus, locisq; obſeſsis quantumq; fortiſsimis, ab Archimede Syracuſano dicta eſt Archimetria ab eo reperta: hic fuit ille pri mus qui vt aliàs dixi inuenit boardas concauiq; orbis, & aeris, & globi cœleſtis ſphæram, primus fecit ab Iginio notatam, & interfectus à milite Romano in captiuitate Syracuſarum ab eo tacito no mine ſuo: quod ſi expreſsiſſet militi, illũ hono aſſet, ob edictum, & proclama Mar celli principis, qui peroptabat viuere Ar chimedem ob eius virtutem: quo edicto continebatur ne vllus militum occideret Archimedem, ſed illum honorificè duceret ad ipſum.

19 † Mobiles ex ligno altiſsimæ fieri poſſunt turres, ad expugnandum ciuitates, turres, & arces coreo, & ferro copertæ, ne ab igne lędantur, muros ſuperantes: vt de equo Troiano legitur in Poeta.

Inſtar montis equi diuina Palladis arte.
Aut hęc in noſtros fabricata eſt machina muros,
Inſpectura domos, venturaq; deſuper vrbi.

Troia ter capta fuit equorum miniſte rio: prima vice ab Hercule cũ equis Laumeduntis, Secunda vice à Duce Caride mo cum equo vno qui pontem occupauit portæ, in tantum ꝙ teucri non potue runt claudere portam, & Tertia vice ab Agamemnone cum equo fatali ligneo.

20 † Ex ligno, & terra poſſunt fieri montes ſuperantes muros ciuitatum, turrium, & arcium, cum foueis circum circa: ne lædantur obſidentes à cautis obſeſsis; & ne obſeſsi apparere valeant ad defenſo ria murorum ſine damno obſidentium, vt facilius capiantur obſeſsi, vel ſe dedãt ditioni obſidentium: vt fecit Annibal ꝗ turres quàm plures ambulatorias muros ſuperantes altitudine munitiſsimarum ciuitatum, illis oppoſuit, & militari ordine eas cœpit experto Marte. Mon tibus etiam terræ induſtria, & opera ma nuali factis ſuperantibus mœnia, & turres vrbium, ſecundum locorum qualita tem, & foueis plenis apta materia ſuperantur vrbes, turres, & arces expugnatę militari ordine, cum prudentia Ducum: qui erga populos per vim captos vti habent miſericordia, parcendo ferro, ſi Deũ ipſi intendunt habere propitium c. in ſin gulis, lxxxvi. diſtin. c. Serpens, de pœni ten. diſtin. i.

21 † Arte poſſunt prudentia Ducum à pro ditione remoueri proditores ciuitatum, & exercituum: vt in Nola fecit M. Mar cellus: qui notitiam habuit cuiuſdam militis iuuenis nolenſis deuincti Anni bali ob gratam liberationem quam de eo iam captiuo, & vulnerato in bello Cannenſi fecerat: cui iuueni Marcellus plura dona liberaliter fecit, & in bandibus ip ſius multa protulit amicabiliter, & læta fronte: adeò quòd illum ſibi fecit amicũ, & obnoxium: & inde iuuenis ille ſuos amouit à proditione penſata. Et credens

Annibal cum suis Nolam capere ob dictam pertractatam proditionem, ignorans illā fuisse in fumum deductam arte Marcelli, & malè se habuit facto ꝑ Marcellum in ipsum irruptionis impetu à pluribus partibus Nolæ amico Annibalis tunc dormiente cum suis, Marcello effectis fidelibus: qui ensis fuit Romanorum, vt Imperii Catholicorum Fabritius Columnā.

22 † Et si proditoriè fuerint capta aliqua loca obsessa ęstiuo tempore, autunali, vel hiberno, vel militū fortitudine, aut multitudine per vim, vel alio modo, arteq̄;, aut ex improuiso cum oneagris, Balistarum specie: quibus saxa rotūda emittuntur, vt fit cum fundis, catapultis, scorpionibus, balistis, spiculis acutis, & missilibus variis per tabulata dispositis, nudando muros defensoriis, & populos capiendo arte magistra, miserendo illis, & ipsorum parcendo sanguini: Et Claudianus cantat de machinis.

Tu quoscunq; uoles in planum effundere muros;

His Aries aptus disꝑit saxa lacertis.

23 † Et muri defendi, & ostendi variis tormentis, machinis, & instrumentis bellicis, & arte etiam dirui possunt tam de die, quàm de nocte contrariis machinis, & incendiario igne cum arietibus, testudinibus, & oneagris ne dum antiquo, sed etiam moderno tempore vsis: quibus dirui, & cauari ędificia consueuerunt de die, & de nocte.

24 † Filius Antigoni Regis Demetrius probè se exercebat circa machinas bellicas diuersi generis, & circa construendas naues ad obsidionem Rhodi apposuit machinam vnā: quæ erat latitudinis. xlviii. cubitorum in quocunq; latere, & sexaginta sex in altitudine, & in ea erat quadrata habitatio, & à pede ad sumitatem gradatim restringendo opertam machinam: & quantumq; vltima sedes fuerit latior supremo culmine, legimus tamen fuisse fabricatam cum egregia forma, & figura seruata in omni parte: & intus erant loca accommodata ad recipiendū milites, & à parte vbi recipiebantur hostes erat aperta, & ab omni parte fenestras paruas continebat copertas: quibus hostes lædebantur iaculis absq; periculo ullo obsidentium pugnantium: & mouebatur cum facilitate, & grandi strepitu: & in quacunque parte se inclinaret non cognoscebatur: & in tali pugna obsidionis Rhodianę pręter aliàs machinas opposuit Demetrius Rex duas turres ligneas fortissimas minarum. xl. pro qualibet: quæ ab ictu catapultę erant tutę. Et post liberauit Athenas ab obsidione Cassandri: quem experto bello rupit, & expulit ex Attica regione, insequendo illum vsque ad tremofilas nauali expeditione, & cœpit Heracleam vrbem.

25 † Et loca capta recuperari etiā arte possunt ex improuiso Hibernali tempore Romanorum exemplo qui Hibernali tempore castrametabātur, & persæpe militabant.

26 † Hiberi, & Albani incolentes montem Taurum in Ponto à principio transitum libenter concesserunt Pompeio in Autunali tempore, & in hieme fuerunt ipsum aggressi in saturnalibus diebus transacto Cidno fluuio, qui cum à Raxe amne cadente ex Hiberis discurrit in Armeniam, & intrat mare Caspium per duodecim vias.

27 † Post bellum Farsalicum Scipio, Metellus, & Cato in Aphrica reducto auxilio Regis Iubæ cumulato exercitu contra Cęsarem qui accesserat aduersus ipsos decima quarta decembris solstitii hiemalis tempore, dubitarunt cum eo pugnare, q͂a Cæsar habebat milites suos adeò expertos, quòd non bellum, non frigus, neque ęstum, non pluuias, nec mala tempora, neque inediam, & pericula vlla timebant, & valdè peramabant Cæsarem, & illi parebant, & ꝙ erāt natione Romani in militia electi, & docti, soliti hostes obsidere glatiali, uentoso, tempestuoso, & pluuiali temporibus tam de die, quàm de nocte, omni à se fugata pigritia in militari exercitio: & varia hostium loca quātumq; fortissima & munitissima cœperunt: & meliorem semper fortunam prout Deo placuit in bello habuere con

ſueuerunt, q̃ cæteræ orbis nationes.

28 † Et cum Cęſar obſediſſet Aleſiam vrbem Galliæ, & illi ſuccurriſſet Vertingentoriges Dux Gallorum cum.ccc.millibus armatorum militum, in vrbe Aleſia exiſtentibus lxx. bellatorum: & cernens Cæſar alta mænia, fabricare fecit duplices muros altiores quàm ſint muri Aleſiæ videlicet vnum verſus ciuitatem, & alium verſus hoſtem ad illam partem ſuccurſus, ne ropie ille noui pręſidii ad vrbem venientis inſimul iungerentur, & impetum fecit cõtra hoſtes qui venerãt in ſubſidium obſeſſorum: adeò quòd obſeſſi propter murum arte factum non potuerunt exire, neque videre conſertationem illam armorum, niſi quando Cęſar reddit ad vrbem obſeſſam, occiſis, & captis copiis hoſtilibus cum Duce ſuo Vertingentorige: quem Cæſar mandauit ſeruari pro triumpho habita ſponte Aleſia ad ipſius arbitrium.

29 † Et dum eſſet puguaturus Alexãder magnus caſtrum fortiſſimum ſaxoſum, & in acceſsibile, ſuis id debellare timentibus detentum ab Oſiarte principe, audito à Siſimetre Oſiartem eſſe imbellem, & timidum: inquit caſtrum ſaxi habemus, & ita illud ſpontè ſub ditione ſua habuit timore ex ſola obſidione, non aliter experto Marte.

30 † Obſidione Lucullo Amaſiã defensã arte Calimaci architectiq; machinas varii gñis nociua Romanis oppoſuit, & arte de nocte Lucullus tempore quo quieſcebant Amaſii, cœpit Amaſiam vrbẽ appoſitis ſcalis, & Calimacus fugit cũ magna præda parte vrbis Amaſiæ incenſa, ne Romani illam poſsiderent, & Lucullus ignem extinguere conabatur, & iuſſit milites ſuos per vrbem ob prædam ꝓ parte diſperſos vocari tuba: quod facere non potuit: ſequenti die dolens Lucullus de tali incendio, quòd etiam ſui magis accederant inquit erga ſuos, ſolitum erã dicere quòd Sylla erat beatus, hodiè illũ fœliciſsimum nuncupor, cum illi volenti ſeruare Athenas, non fuit denegatum à militibus ſuis: & hodiè volens ego imitari eius virtutem nomen meum minui, & occurrit pluuia quæ tale incendium extinxit, & ciuitatem reparauit, & illam Lucullus redificauit, & reconciliauit populum ſumma humanitate, & cum muneribus magnis, augendo illi ſtadia centum, & viginti terræ vicinorum Græcorum: & vnicuiq; ex ciuibus uiuis dictę ciuitatis donauit veſtimentum unum cũ. cc. dragmis, & Aſiam legibus liberauit à tyrannide, & ab auaritia, uſurariaque prauitate.

31 † Et ſi pugnare contingerit propè littus, aut flumina nauigabilia, conſilium erit vt pontes altiſsimi conſtruantur ratibus cum funibus ligatis, cum multitudine ſagittariorum, & aliorum miſsilium, machinarumq; varietate, & expertis bellatoribus capientur exercitio, & arte militari. Hodierno tempore inſtrumenta illa bellica quæ operantur ſulfureo igne proſunt, & nocent, & ad tuendum, & ad lædendum: & tam pro offenſis, quàm ꝓ defenſis, obſeſsis, & obſidentibus operantibus illa cum apta materia.

32 † Legitur Scythas reperiſſe ſcorpiones cum neruo, & funibus, & caudam, ſeu capita ſagittarum tinxiſſe ſanguine humano incorporato uipereo uiru, ad ſimilitudinem ſcorpionum qui venenum portant in cauda: & tali nomine nuncupantur: & hac mortifera uia vtuntur orientales pugnando in hoſtes: vt cantat Poeta.

Moliriq; ignem, neruoque aptare ſagittas;
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno, Et alibi.
Vngere tæla manu ferrumq; armare veneno.

Sagittarum inuentores reperi fuiſſe Cretẽſes, licet Plini⁹ dicat fuiſſe Perſeũ. Perſei filium, vel Sattarem filium Iouis.

33 † Ex ligno maſculi fiunt ad protegendũ milites cũ quibus via fit turribus ligneis vt abſque impedimento muri iungant, & turribus iunctis maſculis quos talpatos nuncupantur à talpa dicti ſubterraneo mure: qui caret oculis, & habet mirum anditum: & ſicut cuniculi perforãt terram, & ad horum ſimilitudinem dicti ſunt cuniculi machinæ illæ, quibus ter

ra perforatur in re militari exercitio ad faciendum cauas ſubterraneas, & machinas prædictas, & talpas, ſeu calpas nūcupamur ad ſimilitudinem dicti muris.

34 † Et per cloacas magnas Pyrrhus Rex Epirotarum ſuos poſuit milites in Argiuam vrbem vbi ipſe mortuus permanſit ſuorum, & hoſtium non modica ſequuta cęde. Alię ambulatorię mobiles poſſunt fieri turres minores p̄dictis muris æquantes, vt milites ingredi poſsint ſup muris.

35 † Et arte prius expugnari debent loca debiliora quę facilius capi poſſunt, q̄ fortiora bene munita; & ualdè turres prædictæ proſunt obſidentibus, & nocet inexpertis obſeſsis. ſi loca obſeſſa nō fuerint munita tormentis bellicis, & incendiario igne, ac uariis munitionibus, & miſsilibus armis, cum expertis defenſa bellatoribus. Et his probè numitis cōtra muros fieri etiam poterint alię mobiles turres ad ſimilitudinem caſtrorū ſuperātes muros cum aliis turribus minoribus ſimiliter factis muros adequantibus: quæ iunctim, & diſiunctim fieri poſſunt, & ſuper ipſis facere caſtra ſua cum uallis, & ſudibus craſsis, & tabulatis, & terra circundata ſachis, & lana, & penna plenis cum funibus benè compoſitis ligatis, & aptè locatis, cum gradibus aſcendētibus, & deſcendentibus, cum tabulatis pluribus: vt obſeſſorum tollātur defenſiones: pro uariis modis fieri poteſt cum terra, coreis coctis, & pellibus, variis minibus, & tormentis paulatim, paulatim facto, & appropinquato uallo vicino locis obſeſsis offendendo ea arte, & cum machinis bellicis, vt ligneæ turres arte iungantur muris, & debellentur militari exercitio.

36 † Et milites primos, qui hoſtium muros aſcendebant lauri corona murali docta in militia coronabat Antiquitas, vt de Tyberio Graccho, & de Fanio legitur à Scipione coronatis: quia ambo pares mœnia hoſtium ciuitates obſeſſæ aſcenderunt in Aphrica.

37 † Vtile ſępe fuit in tenebroſa nocte aggredi hoſtium urbes, vel imbre cadente, vel alio exiſtente impetuoſo tēpore, ventoſo, niuoſo, & glatiali: quoniam militari ordine appoſitis ſcalis locis obſeſsis ſine marte capientur celeri uirtute obſidentium expertorum.

38 † Multa ſunt cōſideranda in obſeſsis videlicet ſi aliquę ſint inter ipſos diſtinctiones, ſeu diſſentiones; quæ arte fieri poſſuut: & dum inter ſe tumultuant obſeſsi; cautè tunc poterint ingredi obſidentes fortiſsimi ſine mora: quę ſæpe nociua eſt bellicæ virtuti. Lutius Mēmius celeritate cæpit Corinthos ab eorum diſſenſionem, & Corinthū deſtruxit ſine mora.

39 † Et Titus Imperator bello fugatis Terricheis in Terricheam vrbem repente regreſſus aduenas cum terrigenis annona carentibus diſſentientes clarè percepit: & mox ſuis ꝓbè armatis militibus, aciè inſtructa ingreſſus fuit ciuitatem, & cū victoria illam obtinuit.

40 † Et ſi dubitaretur de improuiſa irruptione exercitus obſidentium, tam ex locis obſeſsis, quàm de hoſtium exercitu, errigendi ſunt argeres quæ uulgo dicuntur tringeriæ circum circa exercitum: vt fecit Paulus Aemilius contra Ligures. Et proderit turres circūdare argeribus: vt ab vtgaque parte tutus exercitus, & ſecurè turres remaneant: & tantæ eſt vis inopinatæ irruptionis: quòd exercitū quantumq; magnum in perniciem ſæpe reddit: & pro uictis prius habiti, & reputati uictores euadunt: & multum pro expertis obſeſsis iuuat irruptio ſi inordinati, & inexperti extiterint obſidentes. Exemplo Galbæ ducis Cæſaris in Gallos inordinatos: qui ipſum in caſtro, & vallo obſederant multitudine longa barbarorum exiſtente præſcito per Gallos obſidione Galbæ exercitus fecerunt animosè. Ita ꝙ nullum aliud remedium Galbę reſtabat, niſi deſperatæ irruptionis: quā fuit expertus à quatuor portis ſui ualli: & & ita ſuos virtute ſeruauit Gallorū magna ſequuta cęde.

41 † Et aptè fiunt irruptiones in obſcura nocte ex pluuiali tempore, mutatis veſtibus, & ſignis ꝑ amicos cognitis: & melius eſt in re militari bello mori cum honore, q̄ viuere cum dedecore.

Marcus

42 † Marcus Fabius uolés Campanos obsidere, & vt ipsis deficerent alimenta, permisit illos prius iactare semina in terrá: & post illos obsedit quos ad deditionem coegit; sibi deficiente alimonia ob longam obsidionem. Quod facilè accidere poterit si hostium secreta quis illos obsessurus sciuerit, facta per hostes discretione annonæ suę, & incerta fides, & notitia habebitur si annona fuerit copiosa, vel pauca: quod optimum est scire ad effectum cogitandi si possint obsessi præter populum suum alimentare amicos, in eorum suffragium vocatos.

43 † Et cum Camillus vrbé accepisset Eacanorum se pacato cum Volscis, exercitum duxit ad ciuitatem Sutri Romanis amicam, audita ipsius obsidione facta per Latinos: cum quibus pacti fuerunt Sutrenses illis dare ciuitatem in prædá saluis viris, pueris, & fœminis cum vestibus suis hoc inopinantè Camillo: cui obuiam venerunt Sutrenses plorantes, illum certiorando de iniquo facto, illicò Camillus præcogitauit Latinos in Sutrio manere occisos, & cógregauit exercitum ordine facto acierum ad pugnam: & ciuitatem Sutri fuit ingressus, repertis portis apertis sine custodia, existentibus latinis occisis sparsis per Sutrium, & implicatis in luxuria, & vino: quos Camillus trucidauit, & Sutrinos amicos in patria sua restituit, vno die amissa, & recuperata.

44 † Et vbi sunt silenta loca in obsessis oppidis, & ciuitatibus, arcibusq; & turribus: non est ita facilè credendum ꝙ ibi non sint aliquæ insidiæ: nam vbi est tacitus, & silentus cursus aquæ, ibi est profundior aqua præcauenda per prudentes duces qui vbique habent semper aspicere cuncta, & ꝓuidere futura: & illis prouidere, nec credere hostium fraudibus, sed illas euitare cum prudentia.

45 † Et viæ sunt intercidendæ locorũ magni ambitus obsessorum, ne sequantur irruptiones: de quibus irruptionibus cũ sint magni ponderis in re militari, aliò particulari loco etiam de ipsis dicam inferius. Et turres ligneæ sunt muniendæ tutò remedio militari, ne repentina irruptio fiat in ipsis ex improuiso ex pluribus partibus obsessorum simulato diù timore, & hoste fictè in armis diu retento: irruptio persæpe contingit artè facta prudentis ducis.

46 † Amplæ sunt faciendæ viæ in obsidentium castris: vt illicò posit exercitus forti cuneo irruere in hostes: & si opus fuerit ab omni parte valeant duces suis prębere suffragium, vt in illis tutò quiescere posint. Scipio de nocte fuit aggressus Hiberna castra Pœnorum, & munitiones, & annonas ipsorum combuxit: & tepidi Pœni quo casu ignis acciderit inermes ad extinguendum ignem conuolarunt, & à Romanis armatis obsessi fuerunt.

47 † Et dum foret inter duos contentio in Hispania capta noua Carthagine per Scipionem quis eorum fuerit primus in ascendendo muros, & pro honore coronæ contendebant: & eorum quilibet asserebat coronari vt primus murali corona, Prudétissimus Imperator Scipio tollens discordiam prædictorum inquit se vidisse illos fuisse pares: & ambos coronauit lauru murali corona, & illos pluribus donis etiam honorauit: & tale gestũ pergratum fuit vniuerso exercitui. Et pluribus aliis pro honore donauit coronas castrensianas ex eo ꝙ primi fuerunt qui hostium castra inuaderunt, & ascenderunt erga ipsos, vsa semper munificentia: & obsides liberauit Hispaniarũ: qui detinebantur per Pœnos in noua Carthagine: & ipsos honorauit muneribus multis, adeò ꝙ illos in perpetuum deuinxit Romano Imperio: & hac de causa populos multos placauit Hispaniarum: quos sine bello habuit: quoniam illi se spontè dedere Romanis.

48 † Prudentia est maxima in rebellica vti liberalitate, data occasione pro honore, gloria, & salute, insidiando semper hostibus, & eorum munitionibus, & annonis; vt illis postmodum indigeant inimici: & vt sine ferro vincantur facilius.

49 † Et si obsessa loca aquã habuerint profundam in foueis facta, ipsius mensura-

tione quæ fieri arte poteſt variis modis ꝙ obſeſsi non aduertant, videlicet iacto lapillo cum apto lineo filo; habita conſideratione ad aquam an ſit potabilis, vel ſalſa: quia ſalſa aqua eſt denſior, & fortior, & magis, ac fortius retinet pondus machinarum, & minus rumpitur q̃ aqua non ſalſa.

50 † Machinariæ turres adaptari poſſunt nauium materia; ita ꝙ maneant ſuper aquam, & arte impelluntur, & appropinquantur muris locorum obſeſſorũ quod facile fieri poteſt. Nam nihil eſt difficilè volenti, & facere volenti.

51 † Tolluntur, & deſiccantur aquæ locorum obſeſſorum variis modis, & diuertuntur à foueis cum tubis, alueis, & cuniculis ſubterraneis: inſurgentibus verò aquis in foueis turrium loci natura, putredines poſſunt immitti in illas cum taxo, guado, frumentoq; : vt aquæ fouearum putrefiant, & marceſcant, ne obſeſſi bibere, & ibi morari propter fœtorem nimium, malumque, & peſtilentem odorem quod ferre non poterint. l. ii. iuncta Glo. in verbo ſulfuream. ff. ne quid fiat in loc. publ.

52 † Et ſi quis militum, vel alterius conditionis corrumperit aquas abſque ſuperioris Imperio contra bonos mores, vel aerem fumo corrupto, aut fiſtulas lacus, aut fontium impleuerit, vel contaminauerit cum triſti, & putrida materia, ad iniuriam publicam pertinet vt puniatur arbitrio ſuperioris. l. i. ff. de extraordin. crim. & l. iii. §. item Scęuola. ff. ne quid fiat in loc. publi.

53 † Et ſciendum eſt ꝙ etiam loca fortiſsima ſuffocantur, & ſuffocari arte poſſunt nimia aqua ſecundum naturam locorũ; vt aliàs dixi: & pro vt contingit in arce patriæ meæ Rauennæ tunc à Gallis detentæ. M. D. XII. & inde per excellentem, & inclytum Ducem Vrbini generalem eccleſiæ Ducem Franciſcum Mariã de Robore pro Eccleſia recuperata aqua ſuperfluè data prædictæ arci aſtu dicti Ducis. Ita quòd Galli petierunt gratiã à prædicto duce tutò exeundi, & ad ſuos ſecurè eundi cũ ſuis armis ſub fide primò prædicti ducis: & ita factum fuit; & illis vt decuit fuit ſeruata fides.

54 † Et lignis, & terra ſuperari quandoque poſſunt loca obſeſſa virtute prudentum Imperatorum obſidentium, cum viminibus, faſsibus, aut alia apta materia, & vario militari modo, & exercitio capiũtur diuerſimodè; ſublatis eorum ſuffragiis, & occupãtur impedita annona, & aqua: quæ etiam tolli illis poteſt per diuerticula ſecundum loci naturam, incidendo ripas fluminum, & locorum aquaticorũ.

Vt fecit Camillus in Veientos Tuſcię populos euerſa aqua paludis capreæ, & cum ſudibus lignis, vallis, minibus, & terra, ſaxis, & faſsibus aptæ materię pro bè locatis curſum impedientibus in loco debili, & aqua ibi creſcente apud debilẽ locum in cauis in fimis, & concauis, pro fundisq; locis cum furore ibi curente ripę franguntur, & aquæ fluminũ vt aliàs dixi ab alueo ſuo euertantur: Ita ꝙ ſæpe antiquus alueus permanet in ſicco, & ita via redditur facilis pertranſeuntibus militibus ſine ponte.

55 † Et vrbes circumdatæ fluminibus, munitæ limpheo monumento ſuo: quo priuatæ præſidio aquarum à quibus ſæpe deſeruntur, & inde captiuantur artè magiſtra prudentum ducum exercituum cũ machinis ligneis bellicis, & exercitio ſuo militari.

56 † Et vt facilius apponi poſsint ſcalę muris locorum obſeſſorum vt aliàs dixi, occultè de nocte fiat, & cum ſcutis, & equorum ſellis ſuper caput appoſitis militũ; ne ſibi officere valeant cuſtodes locorũ obſeſſorum cum ſaxis, vel aliis armis, & ita aſcendere poterint milites ſuper ſcalis, & locis obſeſsis; fiantq; cuniculi, & talpatæ cauæ remotę occultæ materia cauata: & inde repertis, & perforatis muris in locis aptis, & cum materia apta deſtruentur ignè obſeſſorum propugnacula: ad ſecretò in locis obſeſsis intrabunt obſidentes: quod non aduertant obſeſsi illi: qui ſunt inexperti iuxta illud Martialis Poetæ.

Gaudet in effosſis habitare cuniculis antris;

Monstrauit tacitas hostibus ille vias. Et sunt in causa cuniculi arte facti, vt loca obsessa sicca, & montosa sub terram, terra, & muro cauatis ruant, & capiãtur ab animosis, & expertis militibus suorũ prudentia ducum, reductis muris, & ædificiis super lignis, & ligni columnis cũ arridorum sermentorum fasſibus, puluere sulfureo, & igne apposito corruunt: & obsessi inopinãtes insidias tales pereunt incogitatè: vbi non sunt defensores experti cum machinis vt Triphon fuit Alexandrinus in Apollonia obsessa vrbe, & horrentibus oppidanis muri capiuntur facillimè cum machinis, & tormẽtis bellicis, arte posito ignè in diuersis locis, & partibus variis locorum captorũ: & hostes perterriti sine pugna peribũt, & fugientes captiui fient.

57 †Fuit in bello Macedonico pugnatum ꝑ Romanos Cuniculis, arietibus, testudinibus, argeribus, & machinis supraterraneis, & subterraneis, lignis, & lapidibus, igneq; incendiario supraterraneo, & subterraneo: Ita quòd Romana virtus victrix permansit. Et licet quędam dixerim supius de igne incẽdiario quo ædificia arte cauata in locis aptis corruunt; & cũ puluere sulfureo in murorũ fundamẽtis: quibus apertis & ruptis à lumine, & arabici ligni aridi subdibusq́ue, & fasſibus sermentorum benè siccatis in suspensa ædificiorum materia igne dato cum sulfure corruẽtur: & adeò fiat apertura ꝙ ex illo loco poterint ingredi hostes: & cauę quandoque fiunt adeò cautè ꝙ obsessa loca occultè occupantur per ipsas cauas, id ignorantibus obsessis: vt Alexander pluries fecit in India. Nam fiunt cauæ duplici de causa ad rumpendum mœnia locorum obsessorum, & ad illa occupãdum inscio hoste obsesso, qui si fuerit inexpers facilè capietur sine obsidentium sanguine. Foueam longã. xl. stadiorum, & decem pedibus largam, & profundam fecit Rex Persarum artè; Xerses vir humanus, liberalis, & affabilis contra Cyrum Lydiæ præfectum sibi insidiãtem in regionibus maritimis: vbi frater eius Cyrus pertransire debebat, & tandem cõmisso prælio perit Cyrus, & arte Xerses regnauit per annos lxii. in Persia, & Græcia, periit anno suę etatis. xciiii. qui à fratris, & à filiorum con iurationibus impiè pluries sibi pręparatis euaserat.

58 † Et cum Pompeius applicuisset Hispaniam cum exercitu contra Sertorium, & populos in fide dubios reduxisset ad gratiam suam, & ad rebellionem contra Sertorium, & vt amicos, & illos in fide conseruaret Sertorius Lauruniorum vrbem obsedit amicam Pompei: qui vt illi auxilium præstaret illicò accesſit ad ipsam cum exercitu, procurando totis viribus ne Sertorius caperet illius collem nociuum ciuitati: & denique Sertorius primus fuit in colle, & conatus fuit Pompeius rumpere Sertorium inclusum inter inimicam ciuitatem, & vallum Pompeianum; nuntiando ciuibus qualiter Sertorius erat obsessus inter collem, & vallum, & ciuitatem: & ꝙ ipsi benè custodirent mœnia ciuitatis: hoc audito per Sertorium respondit se fore ostensurum discipulo Syllæ, qualiter erat necessariũ ducibus se magis retro defendere, & respicere, & se post terga tueri quàm antè; & signum dedit duabus legionibus suis quas reliquerat in vallo, vt Pompeium adorirẽt post terga si collem fuisset aggressus: quo viso per Pompeium dubitans de clade maiori se abstinuit ab ingressu collis cum plurium ex suis ruira ne tolleretur in medio hostiũ: & tunc Sertorius occupauit ciuitatem pręsente, & inuito Pompeio: quam concremauit Sertorius parcito populo, quod non ira fecit, neque per seuitiam Sertorius: sed vt dolore affligeret laudantes, & amãtes Pompeium, & vt illi verecundiam præberet: qui præsens erat incendio vrbis amicæ; & calorem sentiebat Pompeius intus, & extrà.

59 † Et si in obsesso loco parua militum copia aderit, diù, noctuq; circundetur locus obsessus, & asiduò molestetur exercitio militari tormentis, & instrumentis variis bellicis: vt obsessi ipsum locũ deserant incuria: quo pręscito per Ducem

obsidentium : iam ab omni parte circundato loco obsesso commisso generali prælio militari ordine, capientur totis viribus pugnantibus militibus ducis obsidentium : quibus resistere non potuerit parua obsessorum copia bellantium:artè primitus proclamato iussu ducis prẹmia dare suis expeditione sequuta, vt strenuè,& impigrè pugnẽt cupiditate lucri, nec illis deficere: Magni Alexandri exẽplo qui erga milites suos munificentissimus fuit:propterea eternum nomen sibi vendicauit in militari gloria : & suẹ virtuti caput flexere Syrenæ.

60 † Clamore quandoque facto obsessi loci tolluntur præsidia, Alcibiadis exemplo ducis Atheniensium qui propter clamorem ex vna parte factum ; & ex altera derelicta custodia Euticum occupauit in obscura nocte.

61 † Et Bizanticos se muris continentes simulato ingressu oppressit incautos : vt tempore septimi Clementis contingit in vrbe. M. D. XXIII. de occupato ponte Sisti, derelicta imprudenter custodia, & per hostes simulato ingressu capta fuit, & deprẹdata Roma.

62 † Inexperti enim obsessi audito clamore obsidentium ab aliqua parte locorũ obsessorum, ibidem currunt tremebundi, auidi intelligere causam dicti clamoris deserta murorum custodia obsessorum : & ita decepti capientur ab aliis partibus derelictis custodia. Legitur Epaminundam occupasse Mantiniam auxilio desti tutam arte simili.

63 † Et Lutius Scipio per illos quos occultauerat inuasit, & occupauit quandam in Sardinia munitissimam vrbem, oppugnatione dimissa propter tumultum se fugere, simulando suis artè relictis insidiis ipsum temerè insequentibus ciuibus. Quod etiam contingere potest si in hostium medio milites obsessorũ imprudenter peruenerint arte remoto quãdoque exercitu à longè ficto conducto obsidentium;& inde repentè reuerso celeri cursu ad obsessa prima loca:quæ inopinatè capientur oppidanis hoc inopitibus extra castra manentibus ad videndum deserta loca ꝑ hostes: qui illa prius obsiderant castrametata: vt de castris legitur Grecorum per ipsos relictis primo Troiam obsidentes vt cantat Poeta.

Nos abiisse rati, & uento petiisse micœnas:

Ergo omnis longo soluit se teucria luctu;

Panduntur portẹ, iuuat ire & Dorica castra,

Desertosque videre locos, litusque relictum:

Hic dolopum manus,hic sæuus tendebat Achilles.

Classibus hic locus, hic acies certare solebant.

64 † Et si contingerit vt supra dixi fieri irruptionem consilium erit vt pro obsidentibus de nocte dum exeunt obsessi causa faciendi irruptionem ponantur insidiæ : vt in continenti apertis portis occupant illas cum rapacissimo equitatu,vel ficta fuga antè relictis insidiis sui cæleris equitatus: & illicò occupentur obsessa loca per occultum equitatum, ciuibus insequẽtibus illos:qui simulatè fugiunt,& inexperti trucidabuntur obsessi, vel cũ ciuibus ad obsessa loca retrofugientes mixtim intra portas currere,& illas occupare: & redeunte obsidentium exercitu cum victoria pocientur ipsa loca. Vel simulare prẹlium ab vna parte locorum obsessorum, & ab alia parte cautè ponere scalas,vel per occultos milites ex improuiso inuadere,& occupare loca obsessa;hoc inopinantibus ipsis obsessis: quod facilè accidere potest in locis obsessis, vbi pars sit loci deserta, vel vbi sit parua, & inexperta custodia.

65 † Et capto aliquo forti obsesso de die, vel de nocte:non est parcendum ferro in primo ingressu, si aliter fieri modo non potest:quia obsessi nimis resistunt; Scipionis exemplo nouam Carthaginem occupantis in Hispania defensam à Pœnis opprimente tunc Saguntum Annibale. Et pro vt fecit Titus Vesp. Imperator capta per vim Hyerosolima vrbe: post verò, & contra non resistentes parcendum est sanguini: & piè est miserendum

dum obsessis captis: vt misericors Deus sit suffragium vincentium vt aliàs supra dixi.

66 † Et si spes fuerit seditionis, vel tumultus ꝙ mouerentur, aut fierent in locis obsessis: tunc est differendum prælium: quoniam contingere posset ꝙ tali durante tumultu seditioso ingredentur obsidentes obsessa loca ab aliqua eorũ parte, vel quòd vocentur proditoriè ab aliquo ex primatibus capite alicuius partis locorum prędictorũ sibi apertis portis: vt hostes sui alterius sibi contrariæ partis patiantur. Scipio Aphricanus Carthaginem fuit aggressus ab illa parte vbi mare dederat locũ per reflexũ soli tũ, & fuit insequutus quẽdam ducẽ Pœnorum dictum Deum: & se muro ciuitatis adhæsit, & vbi non expectabatur fecit insultum. Et Fabius Maximus de nocte cœpit Arpum: quæ detinebatur à ꝑsidio Annibalis, missis ex suis. 600 peditibus cũ scalis vt se adhærerent ciuitati in dabiliori loco, & illam intrarunt, & portas rumperunt auxilio pluuię, & aquæ cadentis votum fuit adimpletum Fabii per ipsum dato signo ab alia parte intrauit vrbẽ. Et Lutius Cornelius Consul positis insidiis de nocte multas ciuitates cœpit in Sardinia arte ipsius nudatas militibus: de die autem Cõsul cum suis currebat vsque ad portas ciuitatum, & inde simulabat fugere cum timore: & ciues cum militibus suis animati insequebantur longè à ciuitatibus Consulem: qui ꝑ occultos occupabat illas priuatas auxilio suorum. Pericles Dux Atticus de nocte plures ciuitates occupauit vicinas mari ficto strategemate clamoris facti à parte maris: vbi pręsidium obsessorũ currebat: & ipse ab alia parte fregit portas nudatas cũ custodia, & occupauit illas: Et simili arte Alcibiades etiam Dux Atticorum cœpit de nocte Ciricum vrbem obsessam ab eo de nocte ab vna parte positis timpanis, & cornicibus: vbi omnes de ciuitate concurrerunt, reliquo vrbis nudato præsidio, positis scalis ab alia parte intrauit.

67 † Et est præcauẽdum per duces obsidentium, ne decipiãtur ab obsessis, & ne ita sint faciles, & leues ad ingrediendum loca obsessa, nisi prius nota sit sibi certa victoria. Prudens Rex Agislaus habita certitudine habendi Corinthum, captiuos Corinthos: qui talem oblationem sibi fecerant intra Corinthũ misit cũ pręsidio regis: & ipse Rex ingredi noluit vrbem Corinthi; inquiens magni põderis esse ponere in periculum caput exercitus: Et idẽ fecit cautè Annibal in Salapio portis sibi apertis: in q̃bus callidè misit trãsfugas Romanos latinè loquẽtes, & ingredi ipse noluit cum ipsis: qui dimissã catherata per Salapinos oppresi fuerunt à ciuibus custodientibus vrbem, prius à Crispino consule de hoc certioratis.

68 † Andromacus Crassum proditoriè cum suis in hostium vires de nocte ambulando perduxit vt occideretur: qui à suis tunc scutatis beneficio noctis defensus fuit, hostibus propter noctem in timore manentibus. Et dum Lucullus cũ pręsidio duarum partium foret in Heraclea pro custodia simularunt; equi scordichi curarunt conducere secum prædam bestiarum: & hac de causa induxerunt hostes exire ciuitatem, & inde fingerunt fugere, illos Lucullo insequente vsque ad locum insidiarum vbi cæsus fuit vnà cum dccc. ex suis militibus ante dictam Heracleam. Philippus Rex vrbẽ quandam maritimã pontibus factis super nauibus cum tabulatis: & super illis factis curribus superãtibus mœnia, occupauit à parte illa nudata præsidio. Pericles dux Atheniẽsium castrum munitum in Poloponesso obsedit habentem duas tantum vias: quarum vnam obsessi exirent occupauit artè cum fouea magna, & in alia via fecit castrum cum propugnaculo: Ita quòd hostes erant ibi intenti relicto loco incustodito vbi fouea erat: & ab hac parte iactis pontibus occupauit oppidum Pericles. Et Anthiocus Rex occupauit Ephasum missis Rhodianis ad occupandum portam de nocte, omni populo ibi pro defensione concurso: & ipse ab alia parte intrauit vrbem Ephasi destitutam auxilio. Cato Lacetana-

rios oppressit, & captiuauit: Et Annibal Saguntum sub timoris,& fugæ strategemate appositis illis insidiis occupauit, & Hymeram dolo permisso depredari tentoria sua per Hymeranenses: qui gaudio victoriæ iuerunt ad vallum Annibalis:& ipse Hymeram accepit,& trucidauit hymereos in medio ductos astu Pœnorum ducis. Et Agrigentum arte captum fuit Thimalicum ducem Carthaginensium parte suorum posita in occulto,insidiando oppidanis; dato sibi ordine vt incendium facerent apud muros oppidi, cum viderint oppidanos insequi Pœnos, & ficta fuga prę timore ab Thimalico illum insequentibus oppidanis: qui viso incendio reuerterunt ad oppidum pro defensione patriæ:& per mediũ Pœnorum,& insidiarum tracti, cæsi fuerunt. Et per Viriatum artè positis insidiis hostibus suis:& capto armento eorũ pro cuius recuperatione cucurrerunt oppidani,& in insidias inciderunt Viriati à quibus cæsi fuerunt ad vnum.

69 † Obsessus quidam in Tarantina arce ab obsidentibus,gratiam impetrauit abire vnà cum obsessis: quo obtento, dum ociosi starent hostes non aliter tenentes custodias ab obsessis trucidati fuerunt.

70 † Et Senum consilio bonis verbis,& latis promissionibus datis Pompeio in ciuitate Asculi deceptus permansit Pompeius, & in Dyrachio Cæsaris astu, & artè apud Nolam Marcellus decepit Anibalem:cuius calliditate pluries experto Marte demum fuit interfectus Marcellus Crispino eius Collega tunc vulnerato ad mortem, & illinc ad quindecim dies defuncto.

71 † Optimum est consilium semper differre pugnam:quando est spes habendi victoriam sine pugna: & sæpe prosunt ficti rumores; & idem quandoque nocent in re militari. Et optimum est cõsilium,& pro regula habendum in re militari; vt vnum pro alio, & ficta pro veris dicãtur, pro ut Regi Persarum Xersi dicebat Themistocles dum foret exul à patria Cimonis, & Aristidis inuidia, verba hominũ esse varia,& similia pannis, & pictis tapetis,& figuris, plicis, & signis pannorũ varii coloris: quę quando extenduntur, videntur apertæ figuræ: & quando restringuntur,non videntur picturæ in totum: quod placuit Xersi: & Xerses respondit se rogare Deum Arimanium,vt in mentem hostium suorũ poneret exulari tales viros, pro vt erat Themistocles: quod dictum fuit egregium barbari regis, vel operando vt per callida artè corruptos in hostium exercitu, vel suo artè simulando:vt græci fecerunt secundum ꝙ cantat Poeta. Votum pro reditu simulant ea fama vagantur.

72 † Vel aucupando hostibus,dolo mittendo literas alligatas sagittis arcu iactis in locis obsessis: nuntiando seditionem falsam obsessorum quorundam capitum, vel exercitus primatum, ducumue, aut militum, seminando zizaniam in ipsos, & discordiam, vel mandantes dona, & præmia magna dari illis: qui ducis hostiũ caput trũcauerint, & illud portauerint hostiũ duci:Exẽplo Antigoni regis, qui passim traxit sagittas scriptas,vel cũ literis illis alligatis in exercitum Eumenis iactas, in quibus erat scriptum præmia magna dari illis qui caput Eumenis Cardiani sui ducis abscinderint: & id Regi Antigono detulerint,tunc non existente in exercitu Eumene, quoad suos reducto,& tali audito nouo prudẽter milites suos conuocauit ad contionem eisdem gratias agens, inquit laudando virtutem suam ꝙ nemo inuentus esset qui spem cruenti premii anteponeret fidei, & sacramento: callidè subiungens salutẽ suam esse in omnium potestate, nec Antigonum, nec quemq̃ Ducem sic viuere velle, ne in se pessimum exemplum statueret lambentium perscrutãs animos: & illos laudando dixit; Timet Antigonus superari à virtute nostra: & milites Macedones prædictis auditis pre gloria magis peroptarunt seruare ducem suum Eumenem, quàm improbè perdere illũ ob Antigoni dona,& oblata prẽmia, Et alia vice iactis sagittis per Antigonum literis cõtra Eumenem in exercitu suo; inquit Eumenes id ipse artè fecisse, vt

fidem suorum cognosceret: non potuit demum post multas victorias euadere Eumenes Argitaspidum militum suorũ proditiones: qui Eumenem ducem suum ligatum Antigono tradiderunt, & illum Anthigonus iugulauit, & Argitaspides pro præmio suæ proditionis ex militia deleri mandauit Abiritio procuratore Aracosiæ, & Tarpea ꝓditor occisus fuit à Sabinis in Capitolio, ne viderentur id occupasse proditoriè.

73 † Equidem placent proditiones quibusdam, & nõ proditores: qui Iugurthæ nõ displicebant, à probis tamen omnibus sunt odiosi, & diffidati à lege, & vituperosè notantur, & ostenduntur digito ab omnibus: & proditores perpetua viuunt infamia, & cum posteris suis damnãtur in ęternũ in hoc seculo: & caueant Principes à sanguine proditorum, ne gignãt serpẽtes in sinu suo: proditores illos qui Fabio dederunt Tarantum, occidit Fabius, & Scipio Hispanis illis qui Regẽ suum Viriatum occiderãt dum ab eo peterent præmium, respondit Romã egreferre seruos occidere dominos suos: & quòd Senatus Romanus erat prędictis nimis auarus, & in præmium suum dexteram illis truncari fecit: & seruum illũ qui dominum suum Sulpitium Marii amicum, & inimicum Syllę liberum fecit Syllã: & in præmium post in pręcipitem misit saxi tarpei Capitolini. Nec est credendum proditoribus nisi cum tuta cautione, & pignore tuto, ne mors sequatur cum ruina Imperii.

74 † Et Magnus Alexander credere noluit epistolæ matris suæ Olimpiæ dum foret infirmus: qua sibi nuntiabatur ipsum nõ debere accipere medicinam sibi ordinatam à Philippo medico suo: quoniam illa præparata erat veneno: & hoc affirmabat esse verum Olimpia ex relatu alterius medici, qui emulus erat virtutis Philippi: hoc per Alexandrum virtute sua in corde bene percepto, qui dum esset in actu absorbendi medicinam manu dicti Philippi, literis prius lectis suæ genitricis, medicinam accepit respiciens vultum Philippi Medici sui, cui legendas tradidit literas matris: & dum Philippus legeret literas medicinam absorbit Alexander, volens ostendere maximam fidem quam habebat medico suo: prudenter cognoscens literas matris esse mendaces, & odio scriptas ob virtutem medici sui Philippi, & tali accepta medicina adeptus fuit sanitatem Alexander prudentissimus Imperator, & bellax: cuius exemplo datur intelligi ꝙ ita de facili nõ sunt omnia credenda: quæ per dies dicuntur, nam nimis credulitas ascribitur insipientiæ: & medicum illum falsi relatorem vt fuit iuris puniuit Alexander: nec per prudẽtes sunt credenda quæ narrantur per inuidos, ut docet Poeta.

Verbis aspera odia mouet, hinc semper Vlixes

Criminibus terrere nouis, hic spargere voces

In vulgum ambiguas, & quęrere conscius arma.

Fabulosè legitur Magnum Alexandrum ob eius prudentiam fuisse filium Iouis Amonis visi cum Olimpia concubere in forma serpentis: vt de Scipionis Aphricani matre legitur fuisse visam in talamo suo; & de Romulo, & Remo ortis ex Ilia moniali, & Marte filio Iouis.

75 † In violenta locorum oppressione celeriter facta corona militum, Romanorum exemplo primò impetu capiuntur clamoribus, & certamine duro militantiũ hoc inopinantibus obsessis: & maximè cum obsidentes fuerint pręcedenti die à loco obsidendo, vel capiendo per tres, aut quatuor dietas, & ibi celeriter equitato de die, & nocte peruenerit stupentibus obsessis persæpe in expertis: & nisi fuerint experti, ut martiales sunt populi Flaminiæ dediti armis facillimè capientur: quia pauidos, & rei militaris ignaros, cuncta timentes non protegunt foueæ magnæ vallorum, neque altissimę turres, nec latissima mœnia, nec arma fortia: quia metus armari non potest populorum ignauium: quorum animi concussi timore læduntur clamoribus, & strepitibus hostium suorum, illos obsidentium, & inuadentium. Et si con

tra huiusmodi populos inertes, & inexpertos facta fuerit corona militum ut supra cum machinis, & instumentis bellicis circa, omni semota mora expugnentur, & capientur non retardata expugnatione.

76 † Et si obsessi obstiterint in primo ingressu ommisso terrore, aucta sibi audatia pro posse tutabuntur post viribus, & arte suis: & difficilior in dies fiet expugnatio deficientibus postea viribus, & audatia hostibus quos inde oportebit vti omni virtute virium artè, & bello; si obsessos superare voluerit.

77 † Consilium optimum est in re militari loca illa hostium non obsideri quibus in horis, & per dies obsessi possunt occurri, & succurri à suis, & integros pro sauciis, & non aliis necessariis rebus hoste inuito ponere: quia esset conterrere tempus: estque menti tenendum cæleritatem sæpe prodesse in capiendo loca obsessa. Et tollenda sunt impedimenta quæcunque nociua obsidioni obsidentibus, & obsessis respectiuè pugnantibus, & pugnaturis.

78 † Et Populi bella fugientes, & obsidiones sunt ab amicis populis placidè, & cũ humanitate recipiendi: & illis est piè suc curendũ exemplo Trigenorum, qui omni humanitate acceperunt Atheniensiũ senes, mulieres, & paruulos fugientes propter bellum Xersis, & illis expublico constituerunt alimoniam, dando vnicuique dietim obolos duos, & paruulis licentiam accipiẽdi poma vbi voluerint, & pro eorum disciplina mercedem soluerunt magistris.

79 † Et pro vt aliàs dixi, vt hostibus tollatur commoditas bellandi, conburenda sunt stramina, & commeatus, ac ædifitia, & habitacula, molendina, & fontes quibus hostes suffragantur, & instrumẽtaque, & munimenta sua bellica in hostium territorio vbi fit bellũ: vt Scipio fecit in Aphrica, & quandoque in proprio territorio quando sit timor obsidionis, antequàm hostes veniant ad obsidendum, vt illi indigeant ipsis, & ne nostris nocere diù valeant: hæc tamen in arbitrio resident ducum prudentum.

80 † Et pulchrum est munus gloriosæ militię quando pro honore dicitur, hic fuit primus qui in hostes transcendit, & illos inuasit, & muros ascendit, & vallũ: & meritò antiqui coronabant huiusmodi milites, & mortuos in bello viuere ꝑ gloria præsumebant. Ideò boni milites non curent de morte, sed de honore: proptereà patriam, & suos honorant pro egregiè factis in bello.

81 † Scalæ capiendorum Vrbium, Turriũ, arcium, & fortiliciorum obsessorum debent esse longiores quàm sint muri: quorum mensuratio fieri poterit, vt aliàs dixi trahendo lapidem, aut sagittam cum filo lineo ligatam, & ita mensurari poterint muri; qui vmbra solis, & lunæ radiantis, mensurari quoque poterint: pertica, oculoque, & squadro agri messorum hostibus ignorantibus quandò vmbra occupat terram de mane, vel de sero, & nocte lunata mensuretur spaciũ illud vmbræ pedibus, vel arundine, vel alia simili materia: & tantum erit altitudo propugnaculi, quãtum in longum vmbra erit in mensura: & aqua fouearum cum filo lineo, & perpendiculo mensuratur.

82 † Vmbrarum rationem primò docuit Anaximenus Milesius Græcus: qui primus etiam fuit qui horologium monstrauit Lacedæmoniis: & ratio mesSionis huiusmodi cessat in obscuro, & nubiloso tempore. Et si quispiam steterit in plano loco deorsum contra solis rectitudinem ponens vmbram suam corporis pedibus metietur à xxiiii. Die mensis Decembris cum sequenti mense Ianuarii.

83 † Nimia quoque aqua vt superius dixi sæpe capiuntur vrbes, turres, & arces: quæ possunt etiam suffocari aquis, factis argeribus, & ripis aduersus eas, pluriumq; fluuiorum aquis insimul iunctis per diuerticula locis obsessis contrariis, vt dixi de Sopore rege Persarum: qui Araxem fluuium ob aquarum abundantiam diuerticulis conductam Nicomediam cœpit.

84 † Auro etiam capi poſſunt turres, vrbes, & arces, & pariter ferro quandoq; liberare Camilli Romani dictatoris exemplo qui Trutinam ſuam reſtituit Galliæ, & aurum pro patria ſeruauit inquiēs enſem ſuum eſſe marte ponderandum, & hoſtem Gallum abire iuſsit dicēs proprium eſſe Romanorum ferro, & nō auro patriam ſeruare iuxta illud.

Non benè pro toto libertas venditur auro.

Non ſit alterius q̃ poteſt eſſe ſuus.

Et melius eſt in libertate mori, quàm cum verecundia viuere in ſeruitutē perpetuam. Nam dies ille verecundiæ eſt de pluri in vita hominis patientis dedecus, Liberii ſententia Romani Equitis: pro libertate Brutus, Caſsius, Cuia, Caſcha, cum Metello Cimbrico, & coniuratis. xxiii. occiderunt Cæſarē in ſenatu apud colūnam vbi fuerat ſtatua Magni Pompei anno ſuę ętatis lvi. & per annos tantum quatuor Dictator regnauit in vrbe, & antequàm fuiſſet interfectus per ſeptē dies ſol fuit ortus ſine lumine, & nebuloſus, & pallidus extitit, & fructus in maturi cadebant ex arboribus, & apparuere cometę, & ſtatuam marmoream conuerſam fuiſſe retrorſum in Capua legimus.

85 † Loca obſeſſa ne dū ferro in expugnatione, & duro marte capi poſſunt, ſed arte ſimulata fuga poſitis inſidiis, liberalitateq;, cautione, libertate, ſuſpitione, amicitia, fictis hoſtium ſignis, & veſtibus, ſimulata vacatione frumentaria, aut venatione de die, vel de nocte fugitiuorū, & debitorum ciuilium, & criminalium liberatione; & quorūdam exprimatibus corruptione, & exilio cum talea miſſorū ad hoſtes vt tractarent proditiones &c. & pluribus aliis modis prudentia Ducū experiendis.

86 † Quid ſit Ciuitas quæro, quid caſtrum, & quid uilla, quid oppidum, & quid prouincia, quid terra, & quid diſtrictus, q̃d territorium, & quid patria: & quomodo conſtituatur ciuitas, & quid differat à patria: ad hæc faciunt notata per Alex. de Imo. in l. i. §. Sin autem. ff. de no. oper. nunt. & per Bart. & Bal. in l. ii. C. de natur. liber. & per Bart. in l. ſi nupta. C. de metat. lib. x.

87 † Edictū de noui operis nunciatione vendicat ſibi locum in ciuitate, & in caſtro, & extra ciuitatem, & extra caſtrum: Ciuitas appellatur quaſi ciuium vnitas c. Si ciuitas, de ſenten. excom. in vi.

88 † Oppidum ab oppibus dictum eſt; eſt'q; genus aptum comprehēdere ciuitatem, & caſtrum l. Vrbem, & l. Pupillus. §. Oppidum, & per Bar. ibi ff. de verb. ſignific. vbi habetur q̄ appellatione oppidi non venit villa: Ad prædicta faciunt nota. per Bar. in d. l. Pupillus, & in tracta. ſuo qui ſint rebelles in verb. Lombardiæ, & in l. hæres, & per Glo. ibi. ff. de leg. i. & p̃ Canoniſtas in c. Si ciuitas, de ſenten. excommu. lib. vi. & quælibet Ciuitas debet habere Epiſcopum, habetur per Bal. in l. vnica. C. de metropoli Beryto lib. xi.

89 † Angelus de Peruſio in repet. l. ſi inſulā. ff. de verb obligat. dicit prius fuiſſe ciuitates, quàm fuerit Epiſcopi: & dicit illam eſſe ciuitatem quæ habet iuriſdictionem eligendi defenſores vt in. §. Ius iurandū, authen. de defenſ. ciuit. Et quid ſit Prouincia, & qualiter conſtituatur notant Docto. in l. vltim. C. de præſcrip. long. temp. & in c. coram, de elect.

90 † Et quid ſit terra, & an comprehēdat caſtrum, & villam Dic q̄ ſic, c. cum in partibus, de verb. ſignific. Et de territorio, diſtrictu, & diœceſi habetur in d. l. Pupillus. §. Territorium, ff. de verb. ſign. & in c. Paſtoralis extra de re iudicata, & in clemen. Ne Romani, de elect.

91 † De patria verò, & quid ſit, & an idem ſit q̄ ciuitas habetur per Bar. & Bal. in l. iii. C. de natu. liber. & per Alex. in l. iii. ff. de no. oper. nunc. in §. Sin autem, & p̃ Oldrad. in conſ. clxxvi. & Fran. de Aret. in conſi. lxxvi. & in conſi. lxxvii. vbi ponit an appellatione Ciuium veniant comitatenſes in territorio habitantes.

92 † Quæro quot Ciuitates faciāt Regnū, Dic decem: & ſic Prēſes Romādiolæ qui habet ſub ſe decem Ciuitates ſub gubernio, & iuriſdictione ſua vice Rex dici poteſt: & nomina illarum decem ciuitatū

Rauenna Nobilissima patria mea antiquissima cuius antiquitati cædit Roma. Item Forliuium, Fauentia, Cesena, Ceruia, Ariminum, Forũ Cornelii, siue Imola, Sarsina patria Plauti comici Poetæ, Forum pompilianum, & Brithonorium: & quia in titulo suo ponit se Præsidem Romandiolę, & exharcatus Rauennæ. Nam si foret cum effectu gubernator totius exharcatus Rauennæ ciuitates haret duorum regnorum, & vltra sub regimine suo: quia exharcatus Rauennæ se extendit ab appenino ad mare Adriaticum vsque ad padum, & à Pado ad mare prædictum: & præter dictas decem ciuitates in exharcatu Rauennæ sunt etiã Bononia, Ferraria, Parma, Placentia, Mutina, Regium, Adria quæ nomen dedit mari Adriano, Comaclum, Bobium, Pisaurum, Cuncha vrbs modo diruta in mari ex opposito Catholicæ inter Ariminũ, & Pisaurum. & harum ciuitatum Episcopi curiam Antiquitus faciebant Archiepiscopo Rauennæ, & in Rauenna manebant ad libitum dicti Reuerendissimi Archiepiscopi Rauennę, vt faciunt Reuerendissimi, & Illustrissimi Domini Cardinales in curia Sanctissimi D. N. Papę: & in Rauenna exharcos. i. Principes morabãtur, & dictas ciuitates iurisdictionaliter regebat, post exharcum donata fuit dicta iurisdictio in temporalibus, & spiritualibus Archiepiscopo Rauennæ ab Imperatoribus pluribus: Et ego uidi priuilegia dictæ donationis, & post iurisdictio prædicta fuit ꝑ multos, & multos Imperatores restituta ꝓ Deo Rauenna cum toto exharcatu suo Romanę, Ecclesiæ, & ego uidi priuilegia multa cum bullis aureis existentia in mole Adriani, vbi est modo castrũ, & seu Arx sancti Angeli de Vrbe, vbi fuit sepultura Adriani Imperatoris.

93 † Quæro si Ecclesia subsit domino temporali pro temporalibus quantum ad temporalia, & feudalia tantum, Dic ꝙ sic, & tributum soluit Ecclesia c. magnũ, xi. q. i. habetur in capitulis Corradi in c. i. & ibi per And. de Iser. in §. & iterum si clericus.

94 † Item quæro si vasallus ecclesię sit de foro Ecclesię, vt non conueniatur nisi in foro ecclesiastico, habetur in c. i. de stat. contra libertatem Ecclesię.

95 † Quęro de casu si ecclesia potest alienare suam rem in feudum datam, Dic ꝙ non; nisi in dando alii in feudum c. i. & per Doct. ibi. in §. i. qua vasal. Iura. debet. Nam idem seruatur in clericis dantibus feuda, sicut in laicis c. Præterquàm, de test.

96 † Et ecclesia est cultrix iustitiæ, nec patitur aliquid fieri contra iustitiam habet in c. i. in §. Præterq̃, in tit. si de inuestit. quest. oria. inter dom. & vasal.

97 † Quęro si potest Ecclesia Romana eximere ab Impetatore aliquam prouinciã: Dic quòd sic: vt tenet And. de Iser. in prælud. suis feud. in §. Tertiò quęritur, vers. Item Ecclesia Romana. Nam Ecclesia Romana potestatem habet in Imperio Catholicorum propter Deum. Imperator Argolicus enim Constantinopolitanus habuit Imperii potestatem Senatus, Populiq; Romani succedens Cęsari Dictatori: qui à Senatu, populoq; Romano fuit creatus Perpetus Dictator, & Imrator vniuersi Romani Imperii: quod ꝑ Papam fuit post in Germaniam translatum, & modo à Papa Dei Vicario, & ab Ecclesia sponsa Christi, & ipsius sancta sede Apostolica dependet Imperiũ: quod principaliter Dei est, in cuius potestate sunt omnia Regna.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII.

De modo defendendi loca obsessa, Tractatus.

SVMMARIVM.

Principes loca bene munire debent, ut illa ab obsidione defendant, quæ requirantur ut hostes facilè superentur. singulariter enumerantur. & nu.2 & .3. cum multis seq.

3 Ignis incendiarius qualiter fiat & exerceatur, & quantum contra hostes prosit. & quomodo contra illum sit prouidendum. & nume. 4 & 5.

4 Docetur modus cognoscendi cauas subterraneas & quomodo illæ euitari debeant. & nu.5.

6 Cauæ subterraneæ quibus locis magis noceant.

7 Loca obsessa quo tempore, & quibus horis sint magis custodienda.

8 Principes custodes uigilantissimos ac canes mordaces in locis obsessis tenere debent, ut hostes ad mœnia uenientis repellant & mordeant.

9 Obsessi qua simulatione ostẽdere debeãt hostibus nõ indigere annonis nec alijs sibi necessarijs.

10 De uictoria & liberatione Vrbis per Romanos contra Gallos, & maxima gloria Romanarum uirginum in Capitolio obsessarum, quòd deficiente canipa bellantibus suis qua fiunt funes balistis, proprios capillos sibi inciderunt. quibus occursum fuit balistariis & Capitolium defensum: & de constitutione templi Veneris Caluæ.

11 Loca obsessa liberari possunt, hostium loca uel patriam obsidendo.

Loca in montibus obsessa quomodo lapidibus possunt defendi.

12 Cæsar Catholicorum Imperator, optima in Deo fide, aggrediendo infidelium loca, uictoriam reportabit.

13 Populi capta urbe, quomodo possunt etiam se defendere, & à manibus hostium liberare, & nume. 14. & 15.

16 Obsessi etiam incẽdio se defendere possunt, exemplo Nabidis Regis Spartanorum.

Animal qua arte euersus est à Campanorum obsidione.

17 Obsidentes possunt etiam uinci ab obsessis animose bellantibus, ut contigit Forliuij, ubi exercitus Gallorum fuit interfectus usque ad unũ: & Regi Pyrrho in ciuitate Argiuorum, qui fuit interfectus, à populis pertinaciter pugnantibus. & nu.18.

19 Loca obsessa quandoque seruantur relictis portis apertis sine custodia dando hostibus de rebus papaueratis. & gipsata farina, & similibus. ut pereant. prout fecit Brisaney Imperator.

20 Obsidentibus intrantibus loca obsessa prodest quandoque portas eorum relinquere apertas. ut obsessis fugiẽtibus tuta detur uia abeũdi.

21 Oratores mittendi ad hostes, quales esse debeãt, & quod sit eorum officium, & quomodo per ipsos urbes obsessæ sint defendendæ. nu. 22. & 23.

24 L. Sylla qua arte cœpit Athenarum ciuitatem, per Aristonem tyrannum occupatam. & nume.25.

26 Ciuitatibus infidelium, quæ se sponte dant Imperio Catholicorum, iniuria neque aliquod malum inferri debet, sed erga ipsas omnis humanitas & munificentia est utenda.

27 Nobiles experti & fideles mittendi sunt ad custodiam locorum obsessorum, qui pro gloria & honore ac suorum defensione diligenter custodiant & strenuè pugnent.

28 Dedititiis nõ est facile credendum, nisi primò receptis ab illis armis, & obsidibus, exemplo Cæsaris.

29 Factionum tumultus in locis obsessis quomodo sedari debeat.

30 Factiosi & ciuitatum partiales an teneãtur ad refactionem damnorum & iniuriarum parti iniustè oppressæ.

31 Principes tenentur de omnibus malis & dãnis

illatis populis suis, & illis quibus casu sui inferuntur per alios.

32 *Crimen læsæ maiestatis incurrit, qui innuit tractatum cum hostibus; ut Principis subditum occidat.*

Ciuiles dissentiones sunt per Principes omni arte tollendæ.

33 *Princeps unius factionis pugnans cum Principe alterius factionis, an debeat partem quã sibi inimicam suspicat à ciuitate expellere.*

Marcellus qua arte retinuit Nolam amicam Romanis, & nu. 34.

34 *Dubia proditio in populo qualiter à Ducibus belli tolli debeat.*

35 *L. Lucullus quomodo Mithridatem ab obsidione Ciricenorum urbis fugauit.*

36 *Obsidentium blãditijs nulla per obsessos est præstanda fides.*

37 *Obseßi cauere debent ab hostibus suis, qui mutatis uestibus armis & insignibus ipsorum obsessorum, magnam uenturi suffragij lętitiam fingunt.*

38 *Sapientum urbis Sabbæ responsum datum Alexandro interroganti si plures erant uiui aut mortui.*

39 *Obsessa loca, etiam cum equitatu leuis armaturæ defendi poßunt, hostes aggrediendo, ut fecit Alfonsus Castriata Marchio Atripaldi in liberando Neapolim ab obsidione Gallorum, eorum discipato exercitu.*

1 VTANTVR † obsessa loca probè annonis munita, à fida & experta gente militię, variisq́; armis, & machinis bellicis mobilibus ligni, terræq́;, & lapidum: ex oppositis factis in hostes quę etiam comburi, & dirui arte magistra possunt incendiario igne, trabibusq́; acutis, cum ferratis capitibus extra muros positis: & intrinsecus arte cauata terra facilè corruunt vt aliàs dixi ponderosæ machinæ, quę superari etiam possunt obsessorum machinis superantibus turres, & machinas obsidentium.

2 † Et machinæ bellicę insidiãdo hostibus aptius apponantur locis obsessis nocturno tempore, & in locis opportunis vbi hostes designant uenire quàm de die: ne hostes certiorent, & aptius etiam de nocte destrunntur hostium munimenta q̃ de die: quę variis etiam modis vt aliàs dixi repelluntur arietibus, testudinibusq́; & edificiis, & propugnaculis artè factis, & appositis illis, & in ipsa arte proiecto Vulcano: & per irruptionem experto Marte tolluntur.

3 † Et qa in re bellica est valdè vtilis ignis incẽdiarius, & qualiter diuersimodè fiat, & exerceatur dicam in libro rei naualis: quem Domino duce, & eius gratia compillare decreui: vt Catholici docti in omni bello vtriusq́; elementi terræ, & aquę pro Christo Domino Deo nostro bellantes valeant facilius infideles superare: & quoniam in re nauali officit magis ignis prædictus quàm in terra in qua etiã valdè prodest pro uictoria, & hostium destructione Ideò ibi de dicto igne latius scribere decreui. Romani existentes in Ciuitate Palermi cum præsidio: & uenientem ad mœnia prospexerunt Asdrubalem, illum fuerunt aggressi intus, & extra ciuitatem tutantes illam, & Asdrubalem occiderunt cum suis bellica arte.

4 † Et si contingerit per obsidentes cauas fieri sub terra cauatas, vt obsessa loca capiantur, vel præcipitentur ob ignem sulfureum dolosum, & machinosum. Consilium erit pro obsessis ad cognoscendum cuniculos, & cauas de nocte factas fumo terræmotæ solis calore in eius ortu fumante, vel auditu custodum, aut motum aquæ arte positę in aliquo uase, vel spiramine; puteisq́; pluribus profundis factis, aut aliter prouideatur.

5 † Prouidebiturq́; arte prudentis experti ducis obsessorum cuniculis, & talpis contrariis, & contracauis, spiraminibus, in tantum quòd non officient locis obsessis factis contra foueis, & spiraminibus pluribus varìe cauatis per rectum tramitem obliquumve, aut extortum, posita ibi aqua, vel alia humida materia: hostes cauantes impediente, & prohibẽte ignẽ non parere effectum suum: prout fecit Similiton Dux Atheniensium in Sicilia contra Romanos: qui cauas fecerunt, &

illos

illos aqua impediuit, Et tempore nostro Bononienses obsessi cotra cauas côtrariis cauis uictores permanserunt, & variis modis impeditur effectus incendii cauatum factis puteis contra ipsas cauas subterraneas, aut in illas arte conducta aqua fluuiali, vel fontium per canales, & fossata, calceq; viua cum aqua, vel materia ignita, & fumosa, machinosa, dura, aut liquida hostibus nociua. Ita q̄ in ipsis cauernosis cauis suffucabūtur hostes, & ibi peribunt obsessorum virtute: vt Gottis contingit in ciuitate Neapolis. Per cauas subterraneas facta sibi via capta fuit per Romanos vrbs Veientanorum, & aquarum deriuatione occupata fuit Neapolis ab Ellisario duce Iustiniani Cæsaris.

6 † Cauæ subterraneæ magis nocent locis terrenis arridis, & siccis, montosis, & nō saxosis vbi aqua haberi non facilè possit: quia ibi puluis sulfurea operatur, & in humidis locis, & pluuiali tēpore perdit vigorem: & Populi imbelles de cauis huiusmodi timentes, se hostium dictioni spontè tradunt: contra quos prosunt fictiones arte factæ per prudentes Duces.

7 † Et habent pro regula curari obsessi ne capiantur ab hostibus, & opprimentur de nocte tempore quo quiescunt post factas custodias, seu vigilias, aut de mane in ortu Solis, vel de sero inter diē, & noctem: aut quando cibatur, & seu cubatur in meridie secundum naturam regionū, & militum quorundam, vel quādo equi iuerunt ad pabulandum, seu ad potandum, vel celeriter post factam expeditionem. Ideò est prouidendum vt de nocte sint vigiliæ, & q̄ non dormiant, sed vigilantissimè maneant, & pariter custodes de die sint, & semper in armis. Exemplo Marci Antonii Romanorum Imperatoris qui dum in Armenia debellaret amplissimam ciuitatem Faortem à Rege Parthorum Faorte constructa, prius per ipsum deprædata regione Antropaterna, relictis impedimentis tercentorū turruum, quibus portabant machinæ cū custodia Titiani, sciens vxorem, & filios Regis Medorum esse in ciuitate: & illicò Faortus Rex Parthorum occiso patre cum exercitus parte, fuit aggressus Titianum & illum interfecit cum quindecim millibus hominum Rege Polenio capto, & omnes machinas côbuxit: quo audito per Antoniū suos acie instruxit, & illos ita instructos retinuit silentos in tentoriis ad quos Parthi peruenerūt mirantes de silentio, & dato signo per Antonium fugati Parthi fuerunt à Romana virtute, & cum magna Parthorum cæde mira celeritate occupauit vrbem Antonius.

8 † Principum prudētia est maxima tenere custodes vigilantissimos in vrbibus, arcibus, & turribus cum domunculis, & tabulatis pro custodia factis super altis muris, ne sol, ventus, tempestas, & imber officiant illis, tenendo secum super mœniis vigilantissimos, & mordaces canes: qui hostes venientes ad mœnia cum scalis, vel in ipsis vagando sentiant odore, & mordeant illos, & repellant, & cum latratu certiorēt dominos suos, & eorum custodes: vt Olitoris canes infecti fuerūt Eumeni in expeditione castri Syracusarum detenti à Dionysio tyranno: quem expulit Eumenes capto castro, & Syracusas in libertate posuit. Et hostes repellent vigilantes custodes saxis, & aliis armis, & instrumentis variis, ac machinis bellicis aptis ad repellendum hostes: ita q̄ obsidentes inimici votum suum adimplere nequibunt. Côtra canes prędictos feroces vigilantissimos, & mordaces prouideri poterit virtute huius versiculi psalmi prophetæ videlicet In chamo, & freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te, vel cum offa arte facta, & sibi iniecta qua sumpta per canes ipsi vlterius non latrabunt, sed dormient, vel morientur apta materia vt lupi venenati, & de Cerbaro latrante cantat Poeta.

Melle soporatam, medicatam frugibus offam.

9 † Regula est militiæ quòd obsessi stent in optima custodia, & vtile est pro obsessis habere copiosas annonas cum reliqs necessariis pro bello, & victu: quibus

obſidentes fortè putant obſeſſos indigere: & profuit quandoque proiicere extra mœnia locorum obſeſſorum panes in hoſtes, vt Romani fecerũt in Capitolio obſeſsi à Gallis: & Athenienſes à Lacedæmoniis, vel mittere aliquem bouem extra locum obſeſſum qui pauerit frumentum quem ſi hoſtes interficerint, cognoſcent obſeſſos non indigere frumento: Ita quòd arte tali obſidentium animus, & fiducia peribit: qui prius credebant loca obſeſſa carere cibariis. Ideò talem obſedionem fecerunt prædicta de cauſa, qua ceſſante ceſſabit. & effectus c. Cum ceſſante, de appella. Traſibius Dux Mileſiorũ dũ foret obſeſſus ab Aliato credente illum indigere victu, oratoribus Aliati oſtendit magnam frumenti quantitatem, & in foro publico, & conuiuia multa fecit: quibus oſtendebat ſe poſſe lõgo tempore tolerare obſedionẽ.

10 † Et fuit conſequuta poſt per Romanos contra Gallos vrbis liberatio cum victoria virtute ſui Dictatoris xv. Kalendas ſextiles propè flumẽ Aleam in Sabbaria via diſtante ab vrbe per quindecim millia paſſuum, vrbis iam primò ſequuta ruina, & patrum cęde, & arcis obſidione capitolinæ: ubi gloria maxima fuit Romanis virginibus in Capitolio obſeſsis, quòd deficiente Canipa bellantibus ſuis qua funes fiunt ſcorpionibus, & baliſtis, proprios capillos ſibi inciderunt, quibus occurſum fuit ſcorpionariis: & Capitolium hac de cauſa fuit defenſum: & ob tale factum egregium in honorem fœminei ſexus templum Veneri Caluæ Senatus fieri conſtituit, prout docet hiſtoria, & idem feciſſe legimus fœminas Aquilegienſes, Aphricanas, & Carthagineſes obſidionum quorundam temporibus.

11 † Poteſt etiam tolli hoſtium fiducia, & locorum obſidio patriam aggrediendo obſidentium: vt aliàs dixi de Scipione maximo Aphricę deſtructore: qui opprimendo Carthaginem reuocauit Annibalem ex Italia quam per Dies affligebat; & qui ſua diù tueri nequeunt aduerſa fortuna illa conſeruant, opprimendo aliena, rotam ſuã inſtabilem voluente fortuna. Et pro tuitione obſeſſorũ locorum in montibus conſtructorum proderit implere uaſa ſaxis magnis; & illa in præcipitem contra hoſtes mittere: quibus impetuosè cadentibus perdẽt; & lacerabunt obſidentes.

12 † Et ſi Cæſar catholicorum Imperator, & ſemper Auguſtus Dei uiui regna per infideles occupata aggreſſus fuerit cum ſuo inuictiſsimo exercitu Orthodoxorum illa optima fide: vt vnus fiat Paſtor, & vnum ouile, vt dictat Euangelium, ſe cum erũt, & pugnabunt Angeli, & nihil reſiſtere poterit diuinæ potentię.

13 † Capto namq; aliquo obſeſſo loco vi, aut dolo; diurno, aut nocturno tempore cæſis cuſtodibus, aut vigiliis vt cantat Poeta.

Inuadunt vrbem ſomno, vinoq́ue ſepultam
Cęduntur uigiles, portiſq́ue patentibus omnis,
Accipiunt ſocios, atque agmina conſcia iungunt
Tempus erat quo prima quies mortalibus ęgris
Incipit, & dono diuum gratiſsima ſerpit &c. Et in ſomnis quid agere habeant.

14 † Animoſi populi capta eorum vrbe poterint ſe in ea etiam defendere uariis modis, aſcendendo turres, & domos altas, ſuperiora, & altiora loca, iactando lapides, tegulas, & ligna miſsilia, & ponderoſa ſaxa deorſum in hoſtes iuxta illud poetæ.

Nec ſpes vlla fugę, miſeri ſtant turribus altis.

15 † In capta urbe Agros per Pyrrhum, iacta fuit tegula à fœmina quadam in caput ipſius regis Pyrrhi: qui tali percuſſione cecidit in terrã, & inde periit Pyrrhus Rex Epyrotarum, truncato ſibi capite: Nam hoſtes in loco inferiori exiſtentes grauiter lædi poſſunt, aut ſe collocando ciues in aliqua fortiori parte capti loci, quæ per ſe tueri poſsit arte, militari, exercitio, hoſtibus inuictis: quod facilè fieri poteſt quando locus obſeſſus ſit magnus, & pauci in eo ſint defenſores

experti: vt probè fecerunt tempore nostro Cæsarei milites in obsesso Mediolano: qui sua virtute pauci experti multitudiné superarunt, & Mediolanum Imperio suo conseruarunt.

16 † Poterint etiã se tueri si ex vna parte loci capti fuerit factum incendium magnũ ita ꝙ hostes circuire illud non possint, & totum discurrere exemplo Nabidis regis Spartanorum qui arte tali Romanos impediuit iam ingressos ciuitatem quos ex illa expulit incendio tali. Et volentes Campani obsessi certiorare Romanos de obsidione Annibalis extra ciuitatem miserunt quendam vt captiuum, & literas inscio Annibale attulit Romanis qui arte euerterunt Annibalem ab obsidione.

17 † Possunt etiam obsidentes vinci à populis obsessis in militia doctis, strenuè, & animosè bellantibus, vt in flumina contingit Forliuii: qui vnus Gallorum exercitus fuit interfectus usque ad vnum à bellaci populo Forliuii, se callidè reducto arte, & consilio sui Guidonis Bonati in una parte ciuitatis, & ex Gallis nullus euasit qui fuisset nuncius suorũ excidii: quorum cadauera in puteo magno existenre in foro publico dictæ ciuitatis sepulta fuerunt: & locus ille hodiè nuncupatur Cruceta Gallorum: & in huiusmodi inuasionibus locorum pro libertate, & defensione patrię, personę, & suorum honoris, & rerum: pugnat vterque sexus masculus, & fœmineus indifferenter.

18 † Et vt aliàs dixi contingit regi Pyrrho dum foret in Ciuitate Argiuorum populo pertinaciter pugnante: qui Pyrrhum elephantem interfecit, & bellua mortua impediuit regis discessum in arcta turba, alio Pyrrhi elephante ob mortem sui domini furente in omnes, vulnerato tunc Pyrrho à iuuene quodam Argiuo, cuius mater misit tegulam super caput Pyrrhi qui contra dictum iuuenem quærebat vendicare vulnus quod sibi intulerat: & ob ictũ tegulæ prædictę ab equo cæcidit Pyrrhus in terram, & inde manu Zofiti militis Anthigoni caput illi non sine tremore truncauit: & per Alcionem filium Anthigoni pręsentatum fuit patri, q viso Pyrrhi caput plorauit, & filiũ caput percussit baculo ob impiè factum per ipsum in præsentando Anthigono caput tanti regis· quem cum honore magno sepelliri fecit ut decuit inclyto Imperatori, & Pyrrhi filium Helenum vnà cum suis Epirotis probè reconciliatum cum mira humanitate, & magnis numeribus remisit in Epirum. Et post emisso igne per ciues in dicta ciuitate Argiuorum Flaminius Romanus ingressus in ea cum exercitu fuit ex ipsa expulsus: & Cæsar seruauit Megaram apertis ferris leonum.

19 † Et deserto loco obsesso, portis relictis sine custodia, optimo mero, cerereq;, & Baccho ibidem existente calidè papauerato, vt hostes crapulati dormiant, & inde deleantur, aut capiantur somno sepulti, aut gipsata, seu uenenata farina, vel alia materia cibi, aut potus moriantur: vt olim fecit impius, & improbus quidã Græculus Imperator Bisantii qui farinam gipsatam misit exercitui catholici Imperatoris Germaniæ, & Regis Gallorum iam ducto in Græciam ad recuperandum, & acquirendum regna Christi fidelium occupata per hostes infideles, & ob dictam gipsatam farinam ferè totus exercitus prædictus periit, odio, inuidia, & dolo dicti Constantinensis Imperatoris: qui posteà ob dictum, (vt reor) peccatum imperium suum Argolicum perdidit occulto Dei iudicio, & dicta fraude gipsatę farinæ, aut venenatæ annonæ, data occasione poterint infidi hostes discipari opera Principum catholicorum.

20 † Proderit quandoq; obsidétibus intrantibus loca obsessa portas eorum relinquere apertas: vt obsessis fugientibus tuta detur uia abeundi, aut proclamari facere ꝙ nullus de capta ciuitate lædatur, nisi illi qui arma habuerint, & illa tulerint resistentes contra obsidentes: & si arma proiecerint in terram indulgeatur illis sub certa pęna si contra factum fuerit exequenda in illos qui non paruerunt,

quod utile erit, ne obſeſsi deſperatè certent, & lædant obſidentes, & fęminis ob dictum proclama tolletur audacia, ex alto iactandi lapides in hoſtes.

21 † Et ſi contingerit mittere oratores ad hoſtes, conſilium erit non mittere ignorantes diſciplinam militarem, ſed ſcientes, & expertos in re militari; qui probè caſtra, & loca inimicorum luſtrari, perſpicere, & perſcrutari valeant, & ſæpe arte mittuntur huiuſmodi oratores vt exploratores cauſa ſciendi errores, & archana hoſtium, Scipionis, & Lelii Cornelii exemplo: qui ſeruorum habitu tribunos militum, & cẽturios ire iuſſerũt in hoſtilia caſtra Pœnorum: vt iudicium facerent inimicorum, & eorum ordinũ. Nam hi equum tanq̃ fugientem proſequuti maximam partem circuierũt murorum ualli Annibalis, & munitionum, & annonarum loca: quę cum nũtiaſſent ea quæ viderunt Scipioni, & Lelio confectum incendium fuit in nocte, & belli extitit ſequuta uictoria.

22 † Modus eſt etiam tuendi urbes obſeſſas per oratores miſſos ad obſidẽtes ad pro mittendum quid ſibi dari, aut loca obſeſſa abſq; cauta fideiuſsione, & nõ tuto obſide: ut cõtingit Belliſario duci Cæſaris Iuſtiniani qui ita fuit deceptus ab oratotibus Neapolis, vt firmat hiſtoria, & inde Neapolim habuit Belliſarius, & erga ipſam ciuitatem fuit vſus pietate, ut aliàs dixi pro vt decet bonos Principes qui regnare cupiunt in gratia Dei, qui dat, & tollit uictorias, & Regna.

23 † Eſt eſt præcauendum non ita paſsim mittere ad hoſtes pro oratoribus, & exploratoribus illos qui ſciãt archana ſuorum Principum: quoniam poſſet contingi ipſos auro, & muneribus corrumpi, & ſpontè propallare talia ſecreta inimicis, vel ipſos barbareo more cruciari tormentis, vt ſibi dicant ſecreta huiuſmodi: quorum reuelatio eſſe poſteà poſſet ruina, & perditio exercitus, & Regni.

24 † Obſidente L. Sylla Athenas Ariſtione tyranno illam occupante, & cum fuiſſet relatum Syllæ quoſdam ſenes in cerami co reprehendiſſe tyrannum de negligentia ſua: quòd non probè cuſtodiebat Epidalcum locum intra ciuitatem Athenarum: & quòd facillimè poſſent hoſtes ingredi ciuitatem ex illo loco, & Sylla nõ neglexit tale relatum, & ibi de nocte ſe contulit, & eo uiſo cæpit Epidalcum, & Athenas in obſcura nocte, & populum trucidauit Kalendis martii multò in arctis, & latis locis Athicæ urbis ſparſo ſanguine paucis parcito uiuis: quibus donauerat cadauera ut illa comburerent ad preces duorum exulum Athenienſiũ: qui militabant cum Sylla Midiæ, & Califonis nominibus, reducto tyranno in Pireo parta Athenarum arce: & indè tyrannus opera Curionis propter ſitim, deficiente ſibi aqua in Syllæ captiuitatẽ peruenit maxima tunc urgẽte ſiccitate. Et legitur ꝙ poſtq̃ captus fuit dictus tyrannus, pluuia adeò magna illicò venit ꝙ aqua fluminis Araxis ſuperauit ripas.

25 † Et indè Sylla fecit Pireum pro maiori parte comburi, ubi munitiones, & arma manebant quod opus erat mirandum à Filone conſtructum: quod fecit Sylla vt audatia tolleretur futuris tyrãnis, & animus rebellandi Athico Populo.

26 † Et ſi contingerit annuẽte Deo aliquas infidelium urbes ſe ſpontè dari catholicorum Imperio, & ille tueri non poſſent ob nimiam hoſtium uicinitatem, & potentiam, conſilium erit ne aliqua illis inferatur iniuria, neque malum aliquod ſed omnis erga ipſas utenda eſt humanitas, & munificentia: ut alia inimicorum loca ſe facilius ditioni dedant Imperii catholicorum.

27 † Et quando de ſumma rerũ agitur ſunt mittendi nobiles experti ad cuſtodiã locorum obſeſſorum, & ſeu obſidẽdorum: qui habeant pignora ſua in locis prædictis, & ſint fideles, & de illis locis, & ſeu prouintiis: quia pro gloria, & honore, & pro ſuorum defenſione, & bono nomine fideliter, & diligenter cuſtodient, & pugnabunt ſtrenuè abſque mortis timore, & omnis ab his ceſſabit ſuſpitio proditionis: quæ eſt crimen, & ſcęlus nephandum, & abominabile in cœlo, & in terra: & nobiles prædicti ob genus nobile ſuũ,

& virtutem

& virtutem fugient turpem calumniam proditionis omni æuo damnandæ, & puniendæ in omni seculo sine misericordia vlla.

28 † Nec facilè est credendum dedititiis vt aliàs dixi, nisi primò receptis ab illis armis, & obsidibus ex eorum nobilioribus ex Principum filiis, fratribus, & consanguineis peramatis ab ipsis; exemplo Cæsaris qui nunquàm se confidere voluit dedititiorum fidei propter timorem proditionis, nisi armis prius dimissis, & obsidibus datis de primatibus eorum, non immemor cædis Cannensis, & Numidarum, & Pegorum proditionis.

29 † Et si contingerit vt aliàs dixi tumultũ factionum fieri in locis obsessis habita fide veritatis, habendus erit repentinus aditus ad illa: quia semper nocuit differre paratis: cum loca obsessa tempore defensionum facillimè occupantur: quæ regi non debent tyrannicè cum angariis, perangariis, & superangariis, extorsioni busq; variis, & intollerabilibus, grauaminibus iniustis. Sed gubernari debent cum timore Dei, cui habent reddere rationem Principes suæ vilicationis, vt dictat Euangelium.

30 † Quęro de casu. Si factiosi, & partiales ciuitatum damna multa inferetes, & iniurias aliis; an teneantur ad refectioně damnorum, & iniuriarum huiusmodi, scilicet pars illa quę iniustè regit, & aliã partem oppressit, aut oppimit; Dic ipsos teneri, & ad damna, iniurias, & interesse. c. in nostra, extra de iniur. & famos. libell. & per Ioan. de Imo. & Innocent. in c. fin. extra quod met. cau. & per Bal. in vsib. feud. de pac. iur. firm. in §. Iniuria, col. ii.

31 † Et vltra etiam in foro conscientiæ teneantur de omnibus malis, damnis, & interesse quę inferunt Principes populis suis, & illis quibus casu sui inferuntur per alios.

32 † Quæro de illo qui innuit factionem, & tractatum cum hostibus vt occideret subditum Principis propter odium, & inimicitiam quam habebat cum eo, an incidat in crimen læsæ maiestatis; Dic ꝙ sic, vt in eo qui scripsit literas ad hostes contra rem publicam, vel iuerit ad hostes animo proditorio delinquendi in patriam, habetur latè per And. de Iser. in titu. quæ sint regal. in §. reditus piscatorii, col. viii. in add. Ciuiles dissensiones sunt pestiferę in ciuitatibus quia destruunt illas. l. in bello. §. in ciuilibus, ff. de capt. & postl. reuers. Ideò sunt per Principes omni arte, & iustitia tollendę.

33 † Occurit casus ꝙ duo Principes insimul pugnant, & vnusquisq; eorum habet aliquam factionem, seu partem sibi amicã in populis, & aliam sibi inimicam, vtrũ sit melius ꝙ expellent de ciuitatibus illorum partem quam suspicant sibi inimicam, & amicam hostibus suis. Quidã dicunt ꝙ sic, vt tollatur suspicio, alii dãt pro consilio ꝙ non: & hoc mihi magis placet; & ratio est, quia hostes plures sibi facient extra ciuitates si illos expulerint ex ipsis eorum patriis: & melius est pro Principibus humanitate, munificentia, & iustitia æqua populos in fide retinere. Nam his mediis inimicos sibi reddent amicos liberalitate sua vsa erga ipsos: vt in Nola fecit Marcellus: & tali arte retinuit illam amicam Romanis: quæ posteà obstitit Annibali: qua arte virprudens Petrus Mucenicus Brixiam cõseruauit suis Venetis, spreto cõsilio Bartholomei Capitis Leonis de Bergomo, Perusini Gattæ mellatę Venetę militię Ducum.

34 † Et si dubium fuerit proditionis in populo vt illa tollatur proclamare faciant Duces bellorum existentes in locis obsessis, ne vllus de populo capiat arma sub formidabili pœna magna: vt fecit Marcellus in Nola, & soli milites sui ex teri arma tulerunt iussu sui ducis: & Nolam pro Romanis custodierunt. Alcibiades Atticus existente obsessa eius ciuitate à Lacedæmoniis iussit faces eleuari ab omnibus vigiliis in obscura nocte sub pœna mortis, cum primum viderint per ipsum eleuare signum ignis, & ita factum fuit, & probè ciuitas tuta fuit à non dormientibus ciuibus.

35 † Obsidente Mithridate Ciricenorum vrbem volens L. Lucullus illos certiorare de suo aduentu in eorum suffragium; non valens ob iter arctum, & occupatũ ab hoste per nuncios certiorare amicos: quẽdam in natãdo practicum misit: qui natauit per septem miliaria in mari usq; ad vrbem prædictam, tenens literas Luculli in lutro, à ciuibus in natando monstrum videbatur: qui posteà nouum illis dedit cum literis sui Imperatoris Luculli: qui breui post ibidem affuit cum præsidio, & Mithridatem fugauit.

36 † Regula sit pro obsessis ꝙ nullam præstent fidem dolis, & insidiis, blandiciisq; obsidentium: sed pro firmo debent tenere in mentem dolum subiecere sub blandis verbis hostium qui venenum tenent in mente occultum, vt scorpio in cauda: exemplo Domitii Coruini Romani cõsulis qui dum ciuitatem quandam obsideret, consuetudinem habuit omni die circuire locum obsessum cum parte maiori sui exercitus. Vnde obsessi qui crediderunt id facere causa exercitii, custodias, paucas miserunt ad mœnia, de hoc per exploratores suos cerciorato Domitio, illos acerrimè inuasit, & cœpit.

37 † Et duces quidã callidi habita fide venturi suffragii hostibus suis, quosdam ex obsidentibus induit vestibus, armis, & insignibus hostium cum magna lætitia, & cursu celeri: quibus obsessi aperuerũt portas, & artè tali occuparunt ciuitates, loca, & oppida obsessa. Et quidam alii Duces astuti factis incendiis locorum, & templorum extra, & propè loca obsessa existentium, vel illis occupatis votum obtinuerunt militari exercitio arte capiendi loca obsessa.

38 † Et quia in bellis præteritis, & ab Adã vsque ad præsens naturali, & violenta morte multi migrarunt ab hoc seculo: propterea interrogauit Alexander magnus sapientes vrbis Sabbæ, si plures erant viui, aut mortui, responderunt viuos: quia mortui nihil erant: Quædã delectabilia in pręsenti opere scripsi pro curiosis legentibus, audientibusque: vt dociles, & attenti fierent, & ne in otio permanerent: & vt antiquorum, & nostri memores fuerunt.

39 † Possunt, & deffendi loca obsessa si per amicorum equitatum leuis armaturæ cum peditatu secum portato simul, & disiunctim fuerint obsidentes in dies aggressi: adeò ꝙ ipsis hostibus obsidẽtibus tollatur audatia expugnandi illa pro ut inclytus Epirota probè fecit Alphonsus Castriota Marchio Atripaldi descendẽs vt fertur à Pyrrho Rege Epirotarum in militia doctus, & imitator virtutis sui Pyrrhi: & militãdo pro inuictissima Imperiali, & Catholica maiestate dum existeret Gallipoli cum suo rapacissimo equitatu armis experto Epirotarum suorum tempore nostro: quo Galli obsidebant Neapolim, & regnum ferè totum occupauerant Sicilię citra farum Messinę; Ipse Marchio excellens cum suis Epirotis adeò infestauit Gallos ꝙ totã prouintiam Idrunti ad Imperii votum rebellare fecit à Gallis: quo in loco suus olim Pyrrhus per egregia multa fecerat armis contra Romanos in auxilium vocatus Tarantinorum. Nam Marchio prędictus munificus; & excellẽs literis, cõsilio, & armis, Gallos hostes per dies inuasit, illos carpendo, & occidẽdo, donec Neapolis liberata fuit ab obsidione, arte dissipato exercitu Gallico virtute prudentum obsessorum Imperialium, & dicti Marchionis astu: qui multa alia cum suis Epirotis bello præclara peregit.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De irruptionibus fiendis in hostes. Tractatus.

SVMMARIVM.



1 OBSESSI experti nescientes pati dedecus ob virturem suam incomparabilem inuigilant in horis omni studio, & diligenti cura scire secreta hostium suorum: & ꝙ hostes ignorent sua, & data occasione de nocte cum albis signis, & vestibus, vel alio simili colore; sibi, & suis noto vestimentorum vt proprii milites discernantur ab hostibus, & à suis cognoscantur, ne ab amicis offendantnr: & ex improuiso aggrediuntur hostes animoso marte in primò somno dormientes, tunc vino, & somno sepultos, Græcorum more in obsidione Troiana, & Strati græcorum regis, optimorumq; Romanorum Ducum, & Principum, & populorum Marcialium; aut in Gallacinio, uel in vesperi, aut in meridie, aut tẽpore illo quo cibantur in tentoriis, vel sparsi ocio ludunt, vel quando dormiunt sumpto cibo æstiuo tempore, aut quãdo hostes ad pascua, vel ad potandum in aliquo loco ab exercitu distanti miserũt equos suos: & tunc hostes aggredi, & strenuè offendi marte secundo facilè poterint: quo

niam in ermes, inordinati, & incauti, indigentes belli necessariis peribunt irruptione facta in ipsos per expertos obsessos: & tunc cōburi facillimè poterint hostium machinę, & illorum boardę inclauari, aut illas sibi tolli, & comprimi inertes hostes quos crassa Minerua detinet: & hi fatigati simulato sæpe timore cæduntur ab expertis. Exemplo Pauli Aemilii q. arte facta irruptione à quatuor portis hoste fatigato itinere, aut ficto timore Ligures strauit. Et G. Manglius inclytus Imperator castra sua arte deseruit ficto timore, epulis, & vino repleta contra Istros bellando: qui illa cæperunt, præda lętantes epulando, bibendo, vagando, & ludendo, ignorantes futuros euentus Appii Claudi Manglii collegę: qui superuenit cū legionibus suis consularibus, & illos inuasit, & trucidauit capto Epulone suo rege, & malè parta Istricum cum spiritu reuomuerunt cum sanguine. Post G. Fontæo Crasso existens in Hispania cum tribus milli bus militum ducto in medio ab Asdrubale beneficio noctis per medium hostiū euasit per irruptionem sibi facta via. Publius Decius Tribunus militum sub Cornelio consule in bello Samnico liberauit Consulem colle accepto vt aliàs dixi, & se, & suos seruauit ab hoste. Et idē Decius sub Consule Attilio Calatino ostendit suam virtutem cum ccc. militibus liberato Romano exercitu à periclis. Et Publius Decius tribunus contra Samnites existente Cornelio Cosso consule in locis arctis sibi infestis iuit in colle cum parua militum caterua cum consulis licentia, & hostes relicto consule circuiere collē vbi Decius parua manu militum degebat: qui stricto Cuneo suorum per medium hostium facta irruptione saluus cum suis se ad consulem reduxit: & alia vice hic Decius sub consule Attilio Calatino, reducto per medium hostium in palude cum exercitu per irruptionem per ipsum factam cum ccc. ex suis seruauit exercitum.

2 † Et Titus Titius Albanus arte per irruptionem contra Gallos ab omnibus partibus factam; ipsos Gallos superauit, qui eius vallum occupauerant ipso recuperato.

3 † Et cum Cæsar foret castrametatus, & eius exercitus circundatus fuisset à longa multitudine Gallorum, vim fecit ab una parte in Gallos suorū facto globo, & fortissimo cuneo, & duro ferro per hostes sibi viam præparauit Cæsar, & victor in Gallos extitit, & triumphator.

Pompeius magnus nō solum milites suos liberauit irruptione ab obsidione Dirachii vbi erāt obsessi & circuiuit ab exteriori parte castrū ab eo duplici munime factum, & adeò illud astrinxit ꝙ Cæsar intra obsidentes hostes repertus fuit in medio, & non sine damno, & periculo leui euasit, vt Iulius Frontinus firmat, & alii scriptores rei militaris. Et apud Ildinacum in Asia Fuluius Fimbria contra filium Mithridatis facta fouea magna in fronte sui valli, & reparatione à duabus partibus; iussit suos manere tacitos intra vallum, donec sibi visum fuit equitatum hostilem intra munimenta sua fuisse reductum in arcto loco, & indè exit vallum facta irruptione in hostes; quorum millia sex cæsa permansere. Et certiorato Cæsare à Q. Cicerone Legato suo obsesso à Gallis in Gallia, & qualiter gens Sabini, & Cottę Legatorum Romanorum cæsa fuerat in ipsa Gallia ab Abiorige, prestò fuit illuc Cæsar cum duabus legionibus: & viso ꝙ hostes præparauerant se ad pugnā simulauit timere, & suos retinuit intra vallum, & Galli pro victoria audaces cœperunt munire foueas, & nastare vallum Cæsaris, quod capere, & depredare nitebantur: Et Cæsar tunc ab omni parte impetuosam fecit irruptionē cum suis: & Gallos rupit, & trucidauit.

4 † Consilium est pro obsessis ne per ipsos conuicientur obsidentium duces: neque ipsos obsidentes: sed illos virtute, & exercitio militari superare iuxta illud.

Heu nescis longas regibus esse manus.

Hoc non procedit sine ratione, quia posset contingere ipsos obsessos capi, & indè ex causa dictarum iniuriarum trucidari:

dari: vt fecit Rex Siciliæ Agatocles filius Figuli sua virtute Rex effectus, qui cum obsessis à quibusdam fuisset obiurgatus, & his conuiciatus verbis, ò Figulæ quo parto stipem solues militibus, & ille subridens mansuetè respondit cum hanc cępero ciuitatem: quam posteà sua virtute subegit, & vendens captiuos inquit erga illos memor conuitiis sibi dictis, si conuicio me rursus affeceritis cõqueror apud dominos vestros.

5 † Gloria est maxima in Principe obliuisci iniuriis, vt fecit Cęsar, & quàm plurimi alii Imperatores: Cęsar pepercit Ligoni vrbi Germaniæ: quę sibi fuit rebellis, & illam post cœpit per vim, & deprædari noluit, pepercit. Pompeianis sibi hostibus, & Regi Philippo in obsidione, & expugnatione Amatonæ vrbis fuit euulsus oculus vnus, & capta ciuitate pepercit cleměter ciuibus. Bellisarius Dux Iustiniani Imperatoris pepercit pientissimè Neapolitanis qui ipsum deluserũt, & capta ciuitate ꝓhibuit militibus suis nequid facerent inhonestum: & idem faciebat Anthigonus Rex Macedonũ diuina rectus ratione, & virtute Imꝑatoria.

6 † Et curare habẽt Principes, ut in maxima sint existimatione, & veneratione apud milites suos, & ne illis sint delubrio: & tenentur libenter dare stipendia militibus suis, & non pati illos fore militiæ desertores, & seuerissimè punire deserentes secundum militaria iura: vt eius iustitia ab omnibus sit in timore. Et hæc est perutilis causa retinendi exercitum obedientem pro uictoria habenda in hostes, & ad sedandum seditiones militum, & populorum: & qui crudeles opprimunt, pios exultant, & regnare faciũt cum gloria, tuti stant sub clipeo Dei, cuius gratia sufficit vincere hostes: & postea vlterius non procedere ad vindictã quæ pertinet ad ipsum Deum. Titurus Sabinus consul cõtra Gallos tenens exercitum suum intra castrum, simulans timorem, misso vno ex suis ad hostes ut fugitiuus nunciando illis qualiter cõsul erat in desperatione, & timebat fugam affectando: & tunc Galli cum lignis, & fascibus multis sermentorum, & cum toto exercitu suo iuerunt ad vallum Sabini affectantes implere foueas, & hostes delere: & prudens cõsul suos in acie primo eduxerat, & hostes fuit aggressus, & rupit multis ex illis cæsis, & captis.

7 † Et cum Lutius Sylla obsideret Athenas vnà cum Aristide tyranno populo, illum, & Metellam vxorem Syllæ obiurgante: capta posteà ciuitate populũ trucidauit, & mortuos paucis viciis donauit, & ciuitatem ab incendio liberauit.

8 † Et mortuo Galba successore Neronis ꝑ milites Ottonis quos in Placẽtia obsidẽtes milites Vittaliani obiurgarunt, dicentes illos esse scenicos, ignauos, & speculatores ludorum olimpiorum, & ignorantes militarem disciplinam, & exultari superbia quia caput truncauerat Senis Galbæ, asserendo illos fore imbelles, & non audere exire ad pugnam: quæ verba adeò inflamarunt Ottonianos milites ꝙ illos induxerunt ad irruptionem duce Sputina, quam adeò impetuosam fecerunt ꝙ machinas omnes positas muris destruxerunt: & milites ipsos Vittelianos pro maiori parte perdiderunt audatia maxima, & martiali furore, & insidias Vittelianorum militum, & ducum suorum Cecinnæ, & Fabii Valentis in asperis, & syluestribus locis pręparatas in vanum deduxerunt.

9 † Tempore nebularum densarum capi possũt loca obsessa, & illis apponi scalas: Capta fuit Roma tẽpore nostro per Imperiales de anno. 1527. sexta Maii, beneficio nebulæ dẽsissimæ, & si factus fuerit fumus fętentis alicuius materiæ, aut paleæ madidæ apud muros locorum obsessorum, poterint de facili illis apponi scalę, & super illis ascendere milites, & obsessi nõ valentes resistere fumo capientur murorum deserta custodia.

10 † Fũmo resisti põt si ad os, & ad nasum apposita fuerit, & retenta ligata materia pręparata, vel sæpe madefacto nasistercio in aqua frigida interpolatim infuso, & inde remoto, & reposito ad ora, nasos, & oculos expertorũ militum custodientium mœnia. Ita ꝙ non derelinquent cu

ſtodiam ſuam, & de ſcalis deicient illos in pręcipitem, & perdent qui aſcendent mœnia.

11 † Et ne obſidentes oſtendi poſsint ab obſeſsis per irruptionem, vtile erit vallare caſtra ſua argeribus, & foueis, & illa cuſtodire aſsiduò cauta vigilia, & diligenti cuſtodia ꝑparati obſiſtere hoſtibus ſuis uenientibus de locis obſeſſorum, & amicorum ſuorum, vt in Aſia fecit Flauius Fimbria apud Tidiacum Fluuium contra Farnacem filium Mithridatis, & vallo exercitum ſuum pluries aggreſſum conſeruauit: & arte cunctando ſuperauit hoſtes: & ita pluries Dario cõtingit qui tandẽ victus à magno Alexandro experto Marte, tertia vice periit ſagittis.

12 † Anthigonus Rex Macedonię expulſis Etholiis in loco obſeſſo, & ibi fame oppreſsis qui via fugæ ſibi deficiente decreuerunt illam ſibi quærere obſtinatè, & deſperatè per irruptionem ipſis poteſtatem abeundi prudenter fecit: & ita fracto eorum impetu, hoſtes inſequutus deleuit.

13 † Locrenſes ex deſperatione per irruptionem pugnantes, victores extiterunt contra multitudinem.

14 † Et victi Crothonienſes pro laude poſteà pugnarunt ex deſperatione, & victores fuerunt ira ducti per anguſta.

15 † Fictiones omnes proſunt artè vſæ in bello Macherbalis ducis, Annibalis exẽplo apud Tranſimenum ſequuto conflictu, pluries blãdis verbis decepit hoſtes qui ſe reduxerant in colle per vim armorum: & poſt ordinatos dimiſsis armis deſcendentes ſibi fraude punica, data fide bonis verbis illos aggreſſus fuit recedentes captiuauit. Et Marcus Marcellus reſtrictus à Gallis per irruptionem euaſit mortuo Gallorum rege.

16 † Marchio excellens ille Piſcarię tempore noſtro in Papia obſeſſus à Rege Gallorum per irruptionem de nocte artè factam cum albis veſtibus captiuauit Regem Franciſcum Primum rupto, & fuſo eius exercitu.

17 † Et rupto Aſdrubale apud Methaurum per Claudium Neronem; Liuius ſalinator docuit ſuos volentes reliquias proſequi ne illas inſequerentur, inquiens illos fore tubicines victoriæ Romanorũ.

18 † Et Thebanos incluſos, volentes per deſperatam irruptionem ſibi quærere viã ferro, illis prudenter Rex Agislaus viã conceſsit abeundi, quos poſteà diſperſos ſtrauit.

19 † Et prudens Camillus ne Galli obſeſsi in arcto incluſi ex deſperatione pugnarent, facta per ipſos irruptione viam illis donauit, & alimoniam præſtitit.

20 † Et cũ Romana caſtra abſente C. Manlio conſule occupata fuiſſent ab Etruſcis, & redeunte conſule cum exercitu repertis caſtris ſuis per hoſtes occupatis: quos in caſtris incluſos ab omni parte per deſperatam irruptionẽ rabię fuit aggreſſus, & commiſſo prælio cęcidit cõſul; cuius legati probè conſulti ab omni parte remota ſtatione exitum arte dederunt Etruſcis: qui caſtrum exiuerunt, & illos fuſos auxilio alterius conſulis fuerũt inſequuti per irruptionem facto cuneo fortiſsimo, & ita diſciparunt Etruſcos.

21 † Et apud Nolam Marcellus rupit Pœnos per irruptionem: qui ducti fuerant ab Annibale. De irruptione ſuperius quędam in tractatu de modo expugnandi vrbes, & arces obſeſſas vtilia dixi pertinentia ad præſentem tractatum: quæ ſi relecta fuiſſent non diſplicebunt.

22 † Obſidentes hoſtes multis, & variis modis offendi poſſunt miſsilibus armis iactis in ipſos, ſparſa materia mortifera: & ſi murorum pars diſiecta fuerit obſeſsi loci cum machinoſis inſtrumentis bellicis; fiant vt aliàs dictum eſt foueæ incontinenti, abſque vlla mora, omni exulata pigritia intra locum obſeſſum cum terra, lignis, viminibus, vaſis, vel alia apta materia plenis cum acutis ſtipitibus duris, ſudibuſue præuſtis, & aliis ferratis clauibus, aut cauis igne incendiario artè factis, & cum aliis inſtrumentis tartarei ignis, & machinis extra muros, & vallũ poſitis: ut pernitioſa difficultas fiat hoſtibus venientibus ab illa parte: & ita artè tutabitnr per obſeſſos expertos inclu

ſos: qui tempore data occaſione per irruptionem hoſtes glorioſè repellere poterint.

23 † Et ſi quis ſiſtens in loco obſeſſo defecerit debito ſuo; & cauſa fortè fuiſſet euerſionis illius obſeſsi loci: & de hoc cum bellico tumultu loqueretur; opprimendus eſt illicò, vt tollatur, & ſedetur ſcandalum ad aliorum exemplum: quia tunc iura ſilent inter arma, & furor illa miniſtrat, nec rationibus poteſt tunc ſuaderi armis, in furore bellici tumultus pro maneſtis vrbium defenſionibus.

24 † Maximi effecti eſt irruptio arte facta aut liberat hoſtes, vel illis prodeſt, aut ipſos detinet in timore, vel noceat illis valdè, valdè: adeò ꝙ ſępe victores reddit victos, & captiuos cum dedecore.

25 † In dura proderit vrbium obſidione exiſtentium apud flumina carētium victu, & munitione pro bello: vbi nulla ſit alia via, vel ſpes mittendi illis annonam; & auxilium ſpargere in aquam currentem pro præſidio caſtaneas, cum nucibus, & auellanis, & dolia pice interlinita plena farina, & ſeu materia machinaria ſulfurei pulueris armorum, & inſtrumentorum ad nocendum hoſtibus: & aqua fluminum profluentium propè loca huiuſmodi obſeſſa amicorum, ipſis de hoc primò certioratis: vt illa pro ſuffragio retineant: Romanorum exemplo non valentium ſuccurrere obſeſsis in Caſilino; impedita illis farina ab Annibale nuces ſparſerunt in flumen Vulturni, vt aqua currente ad oppidum defluerent: & tali cibo ſe poſtea reſtaurarunt obſeſsi.

26 † Poterint etiam arte impediri, fraudari, & tolli ſuffragia prædicta ſi ab expertis hoſtibus cuſtodiretur amnis, poterintq́; & hoſtes auro corrumpi, vel ferro deleri per amicos obſeſſorum apto tempore irruptione ſequuta, & ita ſuccurreretur amicis obſeſsis.

27 † Se gloriauit pater Alexandri Magni Philippus, & filius Alexander, ſe omnē arcem, & vrbem quantumq́; munitiſsimam capturum, ſi in ea tuto mittere potuerit ſalmam auri ob quorundam infidorum auaritiam, & auiditatē auri: qui fluxa fide proprium honorem pro auro ſuos, & patriam deſerunt cum perpetua infamia, & continuo dedecore; exemplo fuerunt milites Pompei in Aphrica, & Marci exercitus, qui pro auri auiditate non dubitarunt ingredi flammas aurea vaſa comburentes in Stupea vrbe.

28 † Conſilium fertur fortunatis Imperatoribus vt in deditionibus ciuitatum liberent omnes carceratos, exules, & condemnatos, abolendo crimina tota populorum, & onera realia, & perſonalia tollat illis: quibus concedere habent priuilegia multa, vt conſeruentur in fide, & eorum animus alliciatur ad beneuolentiam, non omittendo aliquod erga ipſos genus liberalitatis, humanitatis, pietatis, & clementiæ: vt noſcat ſe amari à Principe ſuo, & indè regere ipſos cum ęqua iuſtitia.

29 † Summa Scipionis laudatur ſapientia, munificentia, humanitas, facilitas, & & ſuauitas: quibus nil efficatius ad recōciliandum amicos. Laudatur Cæſar in clementia, & munificentia; Et Magnus Alexander in liberalitate; Valerii Coruini, Marii, Sertorii, & Annibalis æqualitas laudatur in militia: ob quam ſuos ſibi amiciſsimos reddiderūt. Catoniſq́; commendatur Q. Cincinnati, Papirii Curſoris, Marci Scauri, Fabii Maximi, Bruti, & Torquati ſeueritas, & imperioſitas quibus ſubditi populi, & milites metu frenantur.

30 † Quæro de iuſto patiente, & tollerante iniurias malignātium infamatorum; an mereatur apud Deum, & mundum; dic ꝙ ſic, quia talis facit miracula in mūdo qui portat patientiam libenter, teſte beato Gregorio qui firmat hunc cœleſtem coronam mereri c. Qui Iuſtus. xi. q. iii.

31 † Noſtras enim & noſtrorum patienter ferre debemus iniurias exemplo Domini noſtri IESV CHRISTI, & ſanctorum patrum noſtrorum: qui ipſius veſtigia ſequuti cum ſumma prudētia fuerunt, & deriſi, & mortui in hoc ſeculo ꝑ Deo: qui illos pro præmio ſuæ patientiæ collocauit in paradiſo eterni gaudii,

& glorię.

32 † In re bellica autem veteres ferendo iniurias, nouæ inuitantur iniuriæ sibi fieri, Laberii consulis sententia.

33 † Quęro de quibusdam inuidis temerariis qui verbis, aut scriptis infamant homines, an sint de iure corporaliter puniendi; Dic quòd sic, c. Delatori. i.q.v. prima q.i. & ipso iure sunt excommunicati, & pro excommunicatis declarandi infamatores huiusmodi c. quidam. v.q. i. Nam hi sunt peiores dirreptoribus bonorum, & facultatum.

34 † Quæro de illis qui per calumniam accusant aliquem criminaliter; & indè probare nequeunt quę falso asserunt; qua pœna teneantur: Dic ipsos infames fieri, & teneri ad interesse, & ad pœnam tallionis. c. i. & ii. secunda. q. iiii. & in c. omnis. v. q. vlti. Nec his parcendum est, ne dolo suo, fraude, & malignitate glorientur, & ne iniuria fiet iustitiæ: quę probè regit orbem, & pacem affert, & tenet in ipso: Nam de cœlo prospexit iustitia, & cum pace osculata est: vt sacra docet litera.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS. EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De antiquis Triumphis, & Tropheis. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Triumphus omnium militarium rerum honor supremus erat.*
Trophea in templis & arboribus ponebantur.
Templa adepta uictoria construebantur, & hostium spolijs ornabantur.
2 *De Pœno Annibale, & alijs Imperatoribus qui pro uictorijs habitis aras & templa erexerunt.*
3 *Triumphos quibus ex causis antiqui fecere.*
4 *Triumphorum quis primus inuentor fuerit. & quis primò triumphum ordinauerit.*
5 *Romani Duces ex decreto Senatus consulti triumphabant: & ex causa sæpe denegabatur triumphus. & quandoque Duces ex causa renuebant.*
6 *Romani quibus pompis in triumphis utebātur. & num. 7.*
7 *Scipio triumphauit victo Annibale, & facta Carthagine tributaria Romanis, à qua uictoria nomen Aphricani sumpsit. & nu. 15.*
8 *Romulus triumphauit occiso Acrone Seniensium rege.*
9 *Et Cornelius Cossus superato duce Tuscorum.*
Et Marcellus occiso Brionato Gallorum et Insubriorum Rege.
10 *De gestis per Annibalem contra Romanos, pro Antiocho Persarum rege. & nu. 11.*
Et qua arte Annibal euasit à potestate Romanorum. nu. 12.
13 *De gestis per Q. Flaminium Romanorum legatum ad Reges Prusciam & Eumenem. & de eius præcogitatione perdendi Annibalem. ac de ipsius Annibalis morte. et nu. 14.*
16 *De triumphis Pompei, & ipsius magnis gestis, à quibus nomen magni adeptus est. & nu. 22. & 25.*
17 *De triumphis Pauli Aemilij ac eorum pompa.*
18 *C. Marij Achaici triumphus. & de triumphis Q. Fabij, & G. Domitij.*
19 *De triumpho M. Antonij habita uictoria contra Parthos.*
20 *De Cæsaris triumpho pro uictoria quæsita contra M. Antonium. & de ipsius M. Antonij nece, ac de morte Cleopatris. nu. 21. & de triumpho pro uictoria habita in Hispania contra filios Pompei. nu. 22.*
23 *De triumphis & morte Camilli Dictatoris. & nu. 24.*

Parta



1 ARTA Victoria va riis modis ouabat, † & triũphabat Antiquitas. Nam triũphus omnium militarium rerum honor supremus erat: & trophea in templis, & arboribus ponebantur. Adepta victoria construebantur templa, & illa induebant, ornabanturq́;, & coronabãtur hostium spoliis opimis, placando Deum variis modis, & sacrificiis, vnde Poeta.

Ingentem quercum, decisis vndique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaq́ue induit arma.
Mezentii Ducis, tibi magnæ tropheũ
Bellipotens aptas rorantes sanguine cristas
Tellaq́; trunca viri, & bis sex torraca petitum,
Pro fossisq́; locis clipeum, & ęre sinistræ
Subligat atque ensem collo suspẽdit æburnum.
Indutosq́; iubet truncos hostilibus armis.
Ipsos ferè duces, inimicaq́; noĩa figi.
Et Iuuenalis.
Bellorum exuuiæ trucis, affixa tropheis
Lorica, & fracta de casside buccula pendens.

2 † Pœnus Annibal habitis pluribus victoriis contra Romanos aram Ioui fecit cum literis Græcis in Brutios, & Cæsar toracem veneri obtulit: & Alexander Lucinæ pro victoria Thebanorũ, cui fictæ Deę Augustus donauit margaritam, olim Cleopatræ, maximi pretii: & vaticinio erexit templum Camillus parta Gallorum victoria: & Marius victis Cimbris Virtuti templum ornauit frondibus viridibus.

3 † Triũphos fuisse distinctos legimus in sanguinoso Marte sequuta victoria, & in victoria obtẽta sine sanguine prudentia ducum, & militum, vel pace sequuta ouabatur sine signo bellico, & cum cantu peano, sed cum sono tubiæ pacis coronati: Mirtella veneri falsæ Deæ consecrata per crassam antiquitatem in ouatione ouis mactabatur, & bos in triumpho; & duces Lacedęmonii olim pro victoria arte quæsita verbis, aut insidiis sacrificabant bouem: & si cum bello fuissent victores Gallum gallinaceum mactabant.

4 † Triumphorum inuentor primus fuit Dionysius qui liber pater dictus fuit, & Tarquinius Priscus filius Demarati primus fuit qui triumphum ordinauit in curru: & quidam firmant fuisse Furium Camillum dictatorem Romanum qui primus fuit qui triumphauit in curru cum quatuor equis albis capta vrbe munitissima Regiorum, & illorum occupata arce per cauas subterraneas.

5 † Romani duces triumphabant decreto Senatus consulti, facta hostium cæde in aliena terra, excedente summam quinque millium hostium interfectorum vna dimicatione: & ex causa sæpe denegabatur triumphus: & Duces quandoq́; ex causa triũphare renuebant, vt fecit Marcus Fabius qui parta victoria hætruscorum triumphare noluit, quia in ipsa periit Q. Fabius eius frater consul, & etiã quia non pugnauerat in aliena ꝓuincia.

6 † In triumphis vtebantur trabatis, purpureisq́;, & palmatis vestibus cum laurea mirtea, roburea, aureaq́; quandoq́; corona: quę fuit variæ materię, & in curru à quatuor equis albis, & ab Elephantis quandoque vehebantur, & ramum lauri in manu triumphando tenuit Cæsar cum auri corona in capite, vestibus magnificis purpureis triumphalibus, auro contextis, & fulgentibus armis, insignis captiuorum, & hostium spoliis, cũ instrumentis bellicis, & elephantorum, tigrorum, & leonum gregibus post se deductis, & diis, statuisq́;, & regibus quoque captiuis ante ipsum portatis, solitis seruatis moribus triumphantiũ in ęburnea, currulive sella, seu sede in maiestate sedentium cum tribunis, taurumq́ue mactando: & propè eum triumphantem existente Reprehensore vilipendente il

lum, ne eleuaretur in superbiam l. i. C. de honorat. vehi. lib. xii. & C. de aur. coronar.

7 † Variis modis triũpharunt antiqui duces: Nam quidam in equis, & quidam in curribus, & quidam in elephãtis, & aliis diuersi, & varii generis animalibus pro tot victoriis habitis: in Hispania non triumphauit Scipio: quia consul nõ erat vrbis prohibente cõsuetudine: Sed post per Consilium in templo factum Bellonæ, ipse fuit Consul creatus, & exercitũ duxit in Aphricam: & victo Annibale triumphauit, facta Carthagine tributaria Romanis.

8 † Pedester triumphauit Romulus dictus à robore, occiso Acrone rege bellace Seniensium, suis direptis spoliis opimis ab opibus dictis, aut ab opera tali: & illa presentauit in templo Iouis feretrii, & cũ ipsis templum ornauit statua Romuli ibi erecta pedestri.

9 Cornelius Cossus superato Tollonio duce Tuscorum, & Marcellus occiso Briomato Gallorum, & Insubriorum Rege, spolia opima dicauit Ioui feretrio; & triumpharunt in vrbe cum cantu Peano victoriæ, & spolia tria bello quęsita Diis suis falsis olim donauit Antiquitas: vt habetur in Numæ commentariis. Nam spolia prima opima Ioui feretrio, secunda Marti, Tertia Romulo dicto Quirino: vnde ab eo dicti sunt Quirites Romani; vt in fastis cantat Ouidius: Poeta Sulmonensis.

Ante tuos ortus are sine honore feretur
Liberet in gelidis herba reperta focis
Te memorant ganges, totoque oriente subacto
Primities magno præposuisse Ioui;
Donec in hæc venit tiriacius arua quottannis.
Tristia Leucadio sacra parata Deo
Illum stramineos in aquã misisse Quirites
Herculis exẽplo corpora falsa iacent
Tu quoque priscorum virgo simulacra virorum
Mittere roboreo sirpea ponte solet
Pana deos pecoris veteres coluisse quæruntur
Archades archadiis plurimis ille Iugis,
Pan erat armẽti, Pan ille numen aquarũ
Mun⁹ ob incolumes ille ferebat oues.
Transtulit Euander syluestria numina secum
Hic vbi nunc Vrbs est, tunc locus orbis erat.

Antiquos Crassa Minerua detinuit, & orbati vera luce Pana nudi colebant, vt in Fastis cantat Ouidius.

Cur, igit curãt, & cur sic currere mos est
Nuda ferunt posita corpa veste rogas
Ipse Deus velox discurrere gaudet in altis
Mõtibus, & subitas concipit ille feras
Ipse Deus nudus, nudos iubet esse ministros
Nec satis ad cursus commoda vestis erit
Veste Deus lusus fallẽtes lumina vestes
Non amat & ludos, ad sua sacra vocat.

Et ut dicam Deo duce de militari ocio ludos quosdam esse permissos, & quosdam prohibitos: vt authen. de consul. §. Quantumq;.

10 † Marte sequuta ruina Carthaginis triumphata Romana virtute, & à patria ingrata exulato Annibale qui accessit ad Anthiocum regem Persarum, quem pluries de bellis futuris contra Romanos cõsuluit: & cum eo multa digna memoratu gessit, & contra Annibalem increpuit Toantis Etholiorum Principis, & aliorum quàm plurimorum Anthioci regis con siliariorum inuidia. Ita quòd Rex plus non curabat Annibalem adesse in consilio regio: & post, Annibale in gratiam dicti regis arte reducto illũ probè consuluit: vt cõtra Romanos in Græciam faceret bellum, & ꝙ honor, & gloria erit sua, ipsum consulendo vt Thesalos, & Macedonum regem Philippum habere pro amicis, & confœderatis suis in hoc bello, vel ꝙ illi ociosi permanerent: & quòd in Italiam bellum moueret cum militibus, & armis Italicis, non parcito auxilio, de hoc etiam certiorata Aphrica: & consilium hoc commendabat

ab omnibus licèt non fuerit acceptum per regem propter adulatores: quorum morsus, & verba sunt perpetua mala regibus aures præbentibus illis. Demũ Antiochus dixit erga suos solum Annibalem habuisse sanum consilium, & veram bellandi astutiã cõtra Romanos, in Ephasum reducto ocioso Antiocho cre dente non sibi oportere timere arma Romanorum in Asia memor consilii Anni balis scientis Romanorum potentiam, & virtutem maximam, & eorum honorem, & gloriam dominandi vniuersum orbem: & sępe Annibal dicebat Antiocho dimoranti in Ephaso, vt ne ociosè maneret, sed cogitaret pro futuro bello cum Romanis Marte inquietis: qui in Asiam ducent arma sua, & ibi experien tur illa, extendentes limites imperii sui vt in Europa fecerunt, & Aphrica.

11 † Et monitus ab Annibale contra Romanam classem Polisenidam in mari sagacem uirum misit cum classe sua, & in Syriam Annibalem vt ipse maximum numerum nauium poneret in ordine, & illas mittere contra Romanos facto Anni bale duce classis vnà cũ Apollonio valdè fatuo ab Antiocho. Et cum nuntiatũ sibi fuisset Polisenidam fuisse victum à Romanis in expeditione nauali prælio Eudiamum ducem Rodianæ classis, sua posita ducali naue, in medio, & victor procul dubio erat Annibal nisi fuisset Apollonius per dextrum cornu versus in fugam: & propterea de manu Annibalis substulit victoriam apud Magnesiã: & sic uictus permansit Antiochus à Romanis nauali bello.

12 † Et indè sequuto fœdere cum Romanis quibus promisit Antiochus dare Annibalẽ in potestatem ipsorum Romanorum, quo perpensato per Annibalem callidè fugit ad Prusiam regem Bithinię primò peruento in Cretam ex qua arte eua sit: & dum habitaret in loco propè mare Bithinię Libisam nũcupato, vbi nautas, equos, & milites exercebat assiduò in laboribus, fabricato ibi palatio cum cauis septem subterraneis ad euadendum vitam, dubitans semper de Romanis per ipsum contra regem Pergami Eumenẽ nauali bello pugnato, vasculis terræ ser pentibus plenis iactis in hostes astu callidi Pœni, classem Eumeni versit in fugã.

13 † Et Q. Flaminius per Romanos missus legatus ad reges Prusiam, & Eumenem vt insimul dictos reges pacaret: qui Flaminius multa bello digna prius fecerat in Græcia, & valdè ibi peramatus erat, & veneratus: hic filius fuit illius Flaminii Consulis qui in Transimena expedi tione interfectus fuerat ab Annibale; & pro paterna vltione semper peroptabat perdere Annibalem: quo peruento Flaminio ad Prusiam egrè ferẽte per ipsum regem teneri Annibalem hostem populi Romani, obtinuit illum sibi dari captiuũ in manibus suis: & Annibal hoc præcogi tauit ob euentum Flaminii, & odium publicum, & priuatum regem facilius sibi complacere: & illicò circuita fuit ab omni parte domus Annibalis: qui pluries tentatus fuit fugere per cauas subterraneas quod facere ab vlla parte nõ potuit: quo uiso per Annibalem accepto veneno præparato, inquit erga venenum solue Romanum Populum ab omni de me mala cogitatione qui mortem peroptat vnius iam extinti Senis; Romanorum illa olim præclara Antiquitas Pyrrhum regem sibi hostem seruauit à morte virtute sua, nec passa fuit illum proditoriè mori, & hi modo sunt in causa quòd hospes hospitem prodit immemor regiæ suæ dignitatis: quam detestando bibit venenum: hoc audito per Romanos multi Flaminium incusabant, vocantes illum crudelem, & indignum facinus commisisse pro affectata morte senis Annibalis de quo nihil erat timendum per Populũ Romanum vniuersi orbis dominum, victorem, & domitorem. Et quidam alii laudabant Flaminium ꝙ hostem de medio tullisset Romani Populi: & quòd licet foret senex, & impotens armis, sanus tamen erat consilio, & in militari disciplina, astutia, scientia, & pericia: quibus potuisset Prusiam concitare ad bellum contra Romanos, & totam Asiam perturbare nouis insidiis, & apparatibus.

Nam vires regis Bithiniȩ magnȩ erant: cuius Rex fuit Mithridates qui contra Romanos longo tempore mari, & terra bella multa intullit, & contra ipsum Romani fuerunt coacti mittere Lucullum, & Pompeium optimos Imperatores qui illum debella runt, & vicerunt.

14 † Mors Annibalis vt legimns non fuit cum consilio Romani Populi, sed fuit priuata cogitatio Q. Flaminii hostis sui qui viuum Annibalem peroptabat ducere ad vrbem pro honore, & triumpho suo.

15 † Et quantum fuerit expertus Annibal in re militari patet per gesta sua, nec Carthaginenses se uictos vnquàm à Romanis fassi sunt, nisi quãdo Annibal fuit Marte superatus à Scipione apud Zarnã in Aphrica, pro qua victoria triumphauit in vrbe Cornelius Scipio Aphricanus, ita dictus, quia Aphricam debellauit, & subegit, Carthaginemq; tributariam fecit Romano Imperio. Nec maior Romanorum victoria, & gloria fuit, & triumphus quàm illa, & illa maximi Scipionis Aphricani: qui totam Aphricam: subiugauit, & vicit eius callidum ducem Annibalem: quo maior inter Barbaros in imperio Carthaginense superbo non fuit, cuius potentiam bello domuit, submisit, & deleuit Scipio. Nam Carthago toti orbi non cedebat, & illum subiugare non dubitabat duce suo Annibale.

16 † Triũphauit in vrbe Pompeius magnus dum esset imberbis pro magnis gestis p ipsum factis cum L. Sylla dictatore, & nomen magni quæsiuit, vt Alexander Imperator Macedonum.

17 † Triumphauit Paulus Aemilius sapientissimus Imperator opulentissimo triũpho in urbe: ut notat Plutarcus pro victoria adepta in Macedonia contra Regem Perseum populo inducto vestibus albis, & triduo durauit triumphus, & vix primo die transiuerunt insignia militaria cum pictis tabulis, & statuis marmoreis quæ vehebantur ducentis, & quinquaginta curribus ornatis. In secundo die multi currus ducti fuerunt in triumpho cum fulgentissimis armis Macedonum, Cretensium, & Thracensium varii generis; & indè sequebantur tria millia hominum portantium vasa aurea plena nummis manibus auri, & argenti trium talentorum pro quolibet eorum: & alii tercentum viri insequebantur qui portabant uasa auri, & argenti cum pretiosis margaritis, gemmis, & lapillis: In tertio die summo mane tubicines incedebant præter ordinem solitum triumphantiũ ad bellum, animos militum incitantiũ: quos sequebantur centum boues cũ cornibus auratis, & ornatis Iuniperæ cum coronis, & indè inciderunt multi adolescentes cum patinis auri, & argenti, & vas portabatur xi. talentorum ornatum lapidibus pretiosis; quod illi sequebãtur qui uasa auri Persei regis portabant Antigoni Seleuci, & Teridȩ: & post insequebatur currus Persei cum ornatissimis armis regiis, cũ corona regis super armis, & indè filii regis Persei cum multitudine seruorum plorãtium cum pedagogis filiorum Persei, qui manus misericordiȩ erga astantes ciues extendebant, & indè Perseus Rex mæstus sequebatur indutus nigra ueste, tenens sotularia in pedibus more patriæ suæ. Et post ipsum multitudo maxima mœsta suorum ductorũ in captiuitatem, adeò quod astantibus cernentibus ad misericordiam inducebant, & ad lachrymas: & indè sequebantur. cccc. coronȩ auri ciuitatum Græciæ: quas Aemilio dederat Perseus pro gloria, & virtute sua. Demum Aemilius sequebatur sup ornatissimo curru triũphali prouectus cum uenerabili præsentia senis indutus veste purpurea auro cõtexta, & palmam auri tenebat in manu, & hunc sui milites insequebantur cum ramo lauri in manibus decantantes laudes sui Imperatoris Aemilii, & glorias, & honores patriȩ suæ secundum ordines, & gradus militares incedentes: & inde thesaurus triumphi reconditus fuit in ærario.

18 † Triumphauit C. Marius Achaicus pro uictoria contra Iugurtam, ducto Rege Iugurta in triũpho: & pro uictoria contra Theotonicos, Cimbros, & Ambrunos,

nos, cum Catulo Luctatio Consule suo collega ducto Brioxio Rege Cimbrorũ in triumpho Iugurtino: portauit ad vrbẽ Marius Arpinas millia septem cum tribus ponderibus auri, & argenti nõ labo rati millia quinque, & septingentum, & octuaginta pondera, cum septem millibus dragmis denariorum, & viginti octo innumerosis societatibus triumphauit. Q. Fabius victis Allogobris, & G. Domitius victis Aruoconis ducto captiuo eorũ rege nomine Battuto, in triumpho.

19 † Habita per Marcũ Antonium victoria contra Parthos, & capto per ipsum rege Armenię hoste, & rebelle Romani Imperii: triumphauit Antonius in Alexandria pro dicta victoria: & ipsum Regem captiuum duxit in triumpho: & quia ꝑ ornamento patriæ triumphare debebat in vrbe, amore Cleopatræ voluit in Aegypto triumphare: quod molestum fuit militibus Romanis, quorum propterea animos alienauit ab ipso.

20 † Cæsar Augustus pro terrestri, & naua li bello victoria quæsita contra Marcum Antonium, & Cleopatram triumphauit: Et Marcus Antonius dum esset victus iussit seruo suo Heroi nomine sibi dato gladio vt ipsum interficeret: & seruus accepto gladio semetipsum in præsentia domini sui occidit. Et tunc Marcus Antonius inquit ò fidelis seruus me docuisti quid habeo facere, & gladio incubuit, anno suæ ætatis. lvi.

21 † Et Cleopatra aspidis morsu venenoso periit dormiendo, anno suæ æta. xxxix. ne duceretur ad vrbem per Cæsarem in triumpho: cuius post imaginem ære inflatam Romam duxit in triumpho, non valens viuam Cleopatram ducere. Et ingressus fuit Augustus patriam Imperatorum vniuersi orbis cum triumpho, & omni exercitu suo, & Antoniano lætissimè decantantes, victorias, glorias, & laudes militares.

22 † Triumphauit Pompeius Magnus pro victoria habita contra Sertorium in Hispania: Sed Crassus quorundam inuidia ouauit tantum pro consequuta victoria Seruili contra Spartacum. Et Cęsar in Hispania cõtra filios Pompei magni: qui maximum ibi exercitum congregauerant, videns acies suas retro redisse, illis se opposuit inquiens vlterius non sit vobis pudor, sed me, me capiatis: & in arbitrium horum adulescentium filiorum Pompei tradite: quibus dictis inflammatus fuit adeò exercitus Cæsaris cum pudore quòd strenuè, pertinaciter pugnauit, & hostes vertit in fugam, millibus triginta ex illis cæsis, & Cæsarianis dumtaxat mortui mille fuere fortissimi viri. Et vnus fugit ex filiis Pompei qui minor erat, & maior permansit occisus in bello: & caput eius fuit donatum Didio qui illud præsentauit Cæsari: qui erga suos inquit hastatos, ò, Confratres Commilitones mei pro honore, & gloria pugnaui in præteritum, hodiè verò pro vita mea certaui: pro hac victoria triumphauit Cęsar, & multos afflixit in vrbe: & indè dictator fuit creatus perpetuus à Senatu, populoq; Romano.

23 † Quinquies fuit dictator Camillus, & quater gloriosè triumphauit in curru ducto à quatuor equis albis ob victorias ꝑ ipsum habitas in hostes Vegios, Fidenates, Capenates, Veienates, Tusculanos, Tirenos, & Prænestinos populos: & Tribunus plebis fuit per sex vices.

24 † Magistrum proditorem filiorum latinorum per Camillum obsessorum virgis puniri per paruulos latinorum vsque ad ciuitatem præcepit: ipsis paruulis libera tis à captiuitate, & hoc pacatos reddidit latinos, demum periit Camillus, anno suæ ętatis. lxxx.

25 † Pompeius Tigranum Iuniorem duxit captiuum in triumpho ad Vrbem vbi triumphauit pro victoria habita contra reges Armeniæ, & Ponti: & Cum Tigranus iunior esset gener Fracartis regis Parthię, qui pro genero misit ad Pompeium oratores ne illum duceret in triũpho, sibi nunciando per ipsos oratores fore dignum finem Eufratem Romano Imperio: quibus respondit Pompeius maiorem curam spectare Tigrano patri habendi filium suum, quàm socero: & quòd fines ipse imponet Romano Im-

perio vbi iustum sibi videbitur. Et relicto Aphranio ad gubernum Armeniæ fuit Pompeius insequ utus Mithridatem per Caucasum mon tem, & in finibus illis vbi sunt Iberii, & Alba ni Populi ma gni : qui Taurum montem incolunt, & Pontum ; & demum triumphauit in vrbe pro victoriis habitis contra dictos populos.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII.

De ludis publicis, Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Ludi & magna festa pro uictoria & lætitia fieri debent, ut G. Lucullus uicto Mithridate & pacata Asia fecit. & Alexander in Phœnicia. nu. 2.*

3 *Ludorum genera sex licitè fieri possunt.*
Clerici qui in scenis lusisse noscuntur ad sacros ordines non sunt promouendi.
Episcopi & Prælati publici aleatores sunt deponendi.

4 *Clericus & pœnitens ac magistratus omnes debent se à ludis & spectaculis cohibere.*
Ludus uoluptuosus pro uitio ascribitur.

5 *Ludus ut pestis est fugiendus.*
Pestis nulla capitalior est quàm uoluptas, à qua omnia mala proueniunt.

6 *Ludi consuetudo & ipsius natura attenditur.*
Et de uariis ludis plura ibidem.

7 *Ludus immoderatus an sit tolerabilis.*

8 *Ludere quilibet debet cum æqualibus suis.*



RACCHVS Lucullus optimus Romanorum Imperator in Ephaso uicto Mithridate, & pacata Asia iocos multos, & magna festa publicè fecit pro lætitia victoriæ : & Lucullana festa dicta fuere. In ludis dictis Troianis pre lætitia ni theatro vrbis factis Cato patiētissimus, calorem, & frigus supportabat, aliis publicè ministrando detecto capite.

2 † Et in Phenicia magnus Alexander ludos maximos militares fecit pre lætitia victoriarum ab ipso, spargendo numos Philippeos vbi populos, & milites reconciliauit arte tali : & vt sui milites nō fierent inertes tunc bellis cessantibus, illos in continuo exercitio detinebat, ne virtus Martialis pigresceret.

3 † Sex genera ludorū licitè possunt exerceri, & delectatur Populus ludis in diebus festorum, vt C. de spect. scen. & lenonib. lib. xi. & in tit. Publ. læti. cōsul. nuntiatores lib. xii. & l. i. & per tot. titu. de aleat, estque ludus interdictus personis ecclesiasticis. Et Clerici qui in scena lusisse noscuntur promoueri non debēt ad sacros ordines c. Maritum. xxxiii. distin. Et deponendi sunt Episcopi, Prælati, presbyteri, & Diaconi deseruiētes ludo alearum, nisi desisterint ab eo c. Episcopos, xxxi. distin. c. i. extrà de vita, & honest. cler. c. clericum. xlvi. distin.

4 † Et quilibet clericus, & pœnitens debet se cohibere à ludis, & à spetaculis c. i. in fin. de pœniten. distin. v. & c. Non oportet, de consecrat. distin. v. c. Qui dux, de consecr. distin. i. iuncto c. Qui dux, de consecr. distin. iii. & c. his igitur, xxiii. distin. Et nedum clerici, & pœnitentes,

ſed etiam magiſtratus omnes ſunt cohibendi à ludis: ludus immoderatus eſt luxuria, & inebriatio vini quæ æquiperantur l. omne delictum. §. Per vinum ff. de re milit. Aqua nocet ebrioſis, & malum ſtomacum facit illis, c. de homine, extra de celebr. miſſ. pro vitio aſcribitur ludus voluptuoſus l. i. C. de expen. ludor. lib. xi.

5 † Fugiendus eſt luſus vt peſtis cum per illud deueniatur ad materiam diſſolutionis, & peccati c. Inter, extra de exceſſ. prælat. Et nulla peſtis eſt capitalior q̃ voluptas diſſolutiua corporis: quæ à cunctis appetitur non rectis diuina ratione, & vim honeſti non habet, nec affert ſatietatis, quę in proceſſu ætatis minuitur radix omnium libidinum, eſtq́; mortis fabricatrix, & inimica rationi mentis, impediens conſilium: & nullum propter cæcitatem ſuam cum virtute habet commertium luxuria quæ eſt eſca malorum omnium, & animę, corpori, & patriæ inducit proditionem, & euerſionem publicatum rerum: auida, & dãnata uoluptas, vt dicebat Archita Tarentinus. Nullũq́; eſſe ſcælus, & facinus ad quod non impellat libido voluptatis: vt de ſenectute ſcribit Orator: & virtus, & gloria Marci Antonii Romani Imperatoris offuſcat̃ equidem propter libidinem ſuam.

6 † In ludo attenditur conſuetudo, & natura ipſius l. Si ex plagis, & per Gloſſam ibi. ff. ad leg. Aquil. vt de ludo cæſtorũ, & de torneamentis in c. i. & per tot. vt in quinto Aeneidos cantat Poeta ibi. Et tu troianos exue cęſtus. Et de Magalenſibus ludis, Circenſibusq́;, & Quirinalibus, Scenicis, Tragicis, Lupercalibus, & funebribus: modò pedeſter, modo Equeſter Antiqui faciebant pro populari lætitia: Ludos falſis Diis dicatos videlicet Olimpiacos Ioui, & Herculeos Herculi, Neptunos Neptuno. Et primus fuit Theſeus qui ludos Neptuno in pugna ordinauit: vt de Hercule, & Lupercales ludi fiebant in memoriam lupæ quæ vt fertur lac prębuit Romulo, & Remo. Et iuuenes nobiles nudi, & vncti oleo currebant cum loris pellium albarum ſe & impedientes illos, in curſu verberantes: & lupercale ſacrificium cum cane hoſte lupis imprudenter. & inſcia faciebat Antiquitas.

7 † Non arguitur interdum ludus immoderatus cum in vita ſit pro requie neceſſarius, vt dicit Ariſtotiles in 4. Ethicorũ: & talis ludus ſubſtinetur in laicos, ſed ritè prohibetur inter clericos, & laicos ipſos, c. Continebatur, & c. lator, extrà de homicidiis.

8 † Et quilibet ludere debet cum æqualibus ſuis, vt dicebat magnus Alexander doctus à Philippo: feſtiuis namq́; diebus eſt imperandum animo, abſtinendo ipſum à voluptatibus, incumbendo diuinis officiis, licet hoc malè ſeruet turba uulgaris c. Cum monaſterium §. in refectorio, extra de ſtatu monachorum.

FINIS.

IVLII FERETTI RAVENNATIS
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS EQVITIS, ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De brauio, & cursu equorum, Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Letitiæ publicæ causa hostiludia fiunt & brauia curruntur. & in multis ciuitatibus ex statuto pre lætitia omni anno fiunt. nu. 2.*

3 *Statuto præmiante illum qui primò uenerit ad brauium, si plures primò ueniunt nullus habebit.*

4 *Statuti uerba diligenter sunt attendenda.*

5 *Currens ad brauium qui fuit impeditus, an brauium consequi debeat.*

6 *Equus qui sine famulo primus uenit ad brauiũ an illud habere debeat.*

7 *Vasallus an potius teneatur iuuare dominum, an patrem, si ambo in periculo mortis eodem tempore extiterint.*

8 *Seruus an teneatur iuuare dominum suum magis quàm proprium patrem.*

9 *Iuuare quilibet tenetur ne quis occidatur.*

10 *Filius quem magis auxiliari teneatur, an episcopum suum uel proprium patrem.*



VARIIS † iam pręteritis bellicis laboribus, & exercitiis : Et pro lætitia publica populorum, militũ, & exercituum: & publicæ lætitiæ ob pacem, aut treugam, vel ob sequutam victoriam hastiludia fiunt, & brauia curruntur, vt C. publi. lætic. & de spectaculis. & scenic. & lenonib. lib. xi. & xii.

2 † Statutum est antiquum in alma patria mea Rauennæ de paliis, & de equorum cursu pro lętitia populi, omní anno in festiuitatibus beatorum Christi martyrũ dictę ciuitatis patronorum Apollinaris, & Vitalis: licet statutum prædictum ob certas causas abierit in desuetudinem.

3 † Quid si lex, statutum, aut consuetudo vigeret in ciuitate quòd ille q primò peruenərit ad brauiũ habeat illud. Duo autem, vel tres ex decem, aut pluribus currentibus equis pro brauio peruenerunt simul ad brauium; & nescitur quis eorum fuerit primus, Quid iuris? an ambo, vel tres habebunt brauium inter se diuidendum, vel nullus eorum. Item an illi duo, uel tres iterum current, vel omnes alia vice; & an posit renouari equus, aut famulus in iterato cursu; Dic post multas Doctorum opiniones conclusiuè neutri duorum, aut trium deberi brauium: quia statutum excludit pluralitatem, & non sumus in actu tendente ad vtilitatem, sed ad honorem, vt vnus honorabilius habeat illud: & omnes admitti debent ad reiterandum cursum. Nec propterea equus, nec homo est renouandus, quia si aliqd adderetur, aut mutaretur non diceretur iste cursus reiteratus, sed nouus cursus semel factus. Nec noui equi sunt ponendi in reiterando cursum prædictum, sed illi tantum qui in tempore, & termino primarum motarum venerunt, & nõ illi qui in dicto termino, & tempore primarum motarum non venerunt: & sic currere poterunt tantum cum illis qui primò cursum fecerunt l. Si fuerit ff. de reb. dub. & per Doct. in §. Discipuli, in prima cõst. ftorum & per Alex. de Imo. in l. eum qui nouissimus, ff. ad trebell. Nec locus esse potest gratificationi quia esset contra tex. & Gl. in l. Si quis seruũ. §. Inter dnos, & per Ang. ibi. ff. de leg. ii. & est tex. in l. cum hic status, ff. de don.

inter

inter vir.& vxor. Quia ita fuit mens ſtatuti.l.qui ſoluendo.ff.de hæredib.inſtituen. & c.cum iniuncto,circa finem extra de elect. Et ratio eſt quia ex præmiſſo caſu eſt dubium quis eorum fuerit primus, † & per incertitudinem etiam viciatur inſtitutio.l.duo,ff. de teſtamẽt. tutel.& per Ang.in §.i.col.viii. authen. de Eccleſ.tit. & per tex. in l. quod filiabus,§.i.ff.de leg.i.

4 †Et attendenda ſunt verba ſtatuti vt notanter dixit Bal.in tractatu ſuo ſtatutorum,fol.xxxvii.& Bar.in l. Hoc articulo,ff.de hęred.inſtit. Nam ſtatutum poſſet determinare qui primus fuerit habeat tot,& ſecundus tot,& ſimilia,& ſic de reliquis gradatim.

5 † Et ſi quis ab alio fuerit caſu impeditus non habebit brauium, neque regreſſum contra impedientem; ſed ſi dolo fuerit impeditus illud habebit, & impediens non habebit brauium: Ita decidit Bal. in l.ii.ff.de donat.ante nup.Ad hoc facit Glo.in l.Neratius.§.i.ff.ad leg.Aquil.& per Bar. in l. ſi ſeruus, ff. de furt. & in l. qui data opera.ff de quib.cauſ.maior. & in l.intra cauſas,§. Non omnia,ff. mandati, & in l.i. ff. de quęſt. & per Lud. de vrbe in l. ſi viro, §. de viro.ff. ſolut. matrim.& per Felyn.in c.Irrefragabili, de officio ordinarii.

6 †Quęro ſi equus ſine famulo venerit primus ad brauium; an illud habebit; Dic eſſe attendenda verba ſtatuti,& ſeruabitur conſuetudo; & mens ſtatuentium eſt quoque attendenda in dubio, quia poſſet eſſe directa in virtute equi, & dabitur brauium equo c. intelligentia, & c.in his,de verb.ſignif.& per Cyn. Dyn. & Bar.in l. Gallus,§. Seius, ff. de lib. & poſthum. Ad prædicta faciunt optimè not.per Reuer.D.Ant.Corſet.Siculum in tractatu ſuo de brauio; & per illuſtrẽ doctorem. d. Alexan. de Imo. in l. i. §. Item aquirimus, col.v.ff.de acqui. poſſeſsio. & in l. cum ſeruus, ff. de verbo. oblig. & per Bar. in l. i ff. de aqu.quot. & æſtiu.& in l.ii.ff. de condition & demonſtrat.& per Doct.in prohœm. digeſtorum in §.Diſcipuli.

7 † Quæro demum de caſu pluries occurente; Vaſallus quidam obligatus iuuare dominum ſuum in prælio, & extra ꝑlium, vt habetur in vſibus feud.in tit. quæ ſit prim.cauſ.benef.amitt.an teneatur potius iuuare dominum, vel patrẽ: quem magis ſi ambo fuerint in periculo mortis eodem tempore: vt puta Dominus,& pater vaſalli currentes pre lætitia in equis, contingit equos in effrenatè currere verſus ripam præcipitoſam, aut profundam cauam, in quibus cadentes præcipitanter ſunt perituri: & valens vaſallus vnum ex illis iuuare, & cum haſta peruertere equum ſuum à curſu periculoſo:quem prædictorum magis habeat iuuare quæritur? Quidam dicunt dominum propter vinculum iuramenti vt in c. quinto, quę ſit prima cauſ.benef.amitt. Contrarium puto verius:quia filius tenetur patri ſuo vinculo naturali ex quo ab eo fuit progenitus, & vinculo ciuili ob ius patriæ poteſtatis, & filius cum patre cenſetur vna, & eadem perſona iuris fictione. l. vlti. cum ſimil.C.de impub.& aliis ſubſt. Et ſic plura vincula ſunt in patre cum filio familiàs vaſallo quàm cum domino.c. de forma,xxiii.q.v.& plura vincula vincunt vnum vinculum; vinclorum attenta qualitate, authen. de conſang. & vterin. fratrib.§.ii. & ratione prioris obligationis confirmatur. Nam primum fuit paternũ vinculum igitur. l. potior, & l.qui balneum.ff.de his qui potior.in pigno.habeantur,& l.veluti.ff.de iuſt.& iur.Nec per iuramentum vaſalli pręſtitum domino tolluntur primæ obligationes alteri quæſitæ: & etiam quia prima charitas incipit à ſe ipſo.l.ſi pręſes.C.de ſeruit. & iura ſanguinis præferuntur, & tolli nõ poſſunt, Inſtit.de iur.nat.gent. & ciuil.§.fin.

8 † Et an teneať ſeruus iuuare dñm ſuum in cuius eſt poteſtate magis q̃ proprium patrẽ in cuius nõ eſt poteſtate; Dic dñm magis.l.i.ff.ad Syllan.& l.vlti.C.eod.

9 † Quęro ſi iuris uinculo quis aſtringatur aliquẽ iuuare ſi poteſt ne occidatur; dic ꝙ ſic ob vinculum diuinæ charitatis

erga proximum suum.l.necare.ff. de liber.agnosc.l.habet.ff. de oper. libert. & l.neqos proculo,ff. de verb.oblig. & per Ioan. de Lign. in lib. suo de bello in c. xcviii,& xcviiii.c.cii.& ciii.

10 † Et si contingerit Episcopum suum, & patrem proprium vno, & eodem tempore esse inuasos,& in mortis periculo:cui magis prędictorum habeat filius auxiliari; Dic secundum Hostien. & alios scribentes quòd magis tenetur auxiliari patri spirituali,quàm patri temporali,& carnali. Dic hoc procedece secundum Glo. in c. Pietatum, xxx. q.i. Tu dic ꝙ in exhibitione temporalium magis tenetur filius patri carnali;in reuerentia autem, & in spiritualibus secus; habetur per Glo. in c.i.xxx.distin. & in c. quiescamus.xlii.distin.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De feriis, & induciis militaribus, Treugą, & Pace. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Induciæ & treugæ militares quæ sint.*
Pax est finis belli.
Victoria post bellum sequitur, & amena pacis tranquilitas.
Pax fit uoluntate,& bellum necessitate.
Pax non queritur ut bellum geratur. sed bellū geritur ut pax acquiratur. & nu.205.
Pacis excellentią quibus sit attribuenda.
Pax ecclesiæ quæ sit. & nu.4.
Pax est danda & seruanda in ecclesia Dei. & num.2.
2 *Principes tenentur procurare pacem, & illam in ecclesia Dei seruare.*
3 *Pax quæ nam sit. & quos bonos pariat effectus. & nu.204.*
4 *Inimici cogi possint ad pacem faciendam.*
5 *Præses prouinciæ curare debet,prouinciam suā pacatam & quietam habere. & nu.25.*
Pax unde dicta.
6 *Deum terminalem colebat antequitas.*
Multa fieri prohibentur, quæ facta ex causa pacis tenent. & nu.7
7 *Fictio retrotrahitur ad impossibilia de iure, in conuentione legitima propter pacem facta. & nu.15.*
8 *Matrimonium per ecclesiam dispensatur inter inhabiles propter pacem.*
Pax propter sui bonitatem à populis communiter peroptatur. & nu.43.
9 *Iuramentum fauore pacis præstari potest die feriato,& ualet præstatio. & nu.15.et 119*
10 *Pœnitentia calumniosa non est propter pacem imponenda. & nu.34.*
11 *Pax est duplex,diuina & humana.*
12 *Animarum & cordium coniunctio ex pace resultat.*
Pax est affectanda pro animæ salutè,& corporis bono temporali.
13 *Pax fit osculo interueniente.*
Pax datur in missa pro Charitate diuina.
Pax quibus casibus à Deo tollitur populis, & illis dat bellum,remissiuè.
14 *Mandatum procuræ factum à uulnerato, pro facienda pace, per ipsius uulnerati mortem expirat. & nu.93.*
15 *Iuramentum cum osculo pacis,iunctis & tactis manibus dexteris interuenire debet.in pace.*
Facta propter pacem legis uigorem habent.
16 *Inuasor ecclesiæ toleratur propter pacem.*
Ecclesia pro bono pacis tolerat depositionem Episcoporum & aliorum subrogationem.
17 *Episcopus pro bono pacis tenetur dimittere Episcopatum.*
18 *Episcopus ob bonum pacis cogit per censuras ec-*

gauit & nu. 182.
Pax facta per minorem, non potest rumpi per eum factum maiorem. & nu. 182.
Pax à minore facta sine decreto iudicis an teneat.
52 Pax est genus, & concordiã est species.
Pacem habere non dicitur qui concordiã non habet.
Pax est perpetua, & concordia potest esse temporalis.
Instrumentum concordiæ non sufficit, cum statutum requirit instrumentum pacis.
53 Pax est ordinata concordia & sedatio discordiæ.
Pupillus an de morte sui patris possit pacem facere sine tutoris auctoritate, & iudicis decreto,
Quid si est doli capax. nu. 55.
54 Tutor uel curator an remittere possit iniuriam pupillo, uel minori, aut patri suo illatam. & nu. 55. & 56.
56 Tutor an possit facere pacem de morte patris pupilli.
Obligatio ad pœnam reputatur damnum.
57 Pax est appetenda quia necessaria, & opus est Iustitiæ & conscientiæ & nu. 81. & 201.
Discordiæ quæ mala pariant. & nu. 59. 81. & 176.
Pax probatur ex legato facto inter inimicos.
Item per salutationem uerbo uel epistola.
58 Pax est testamentum Domini nostri Iesu Christi, quod rumpi non debet.
Filij non tenentur præstare alimẽta patri bannito propter fractionem pacis.
59 Papa ob ruptam pacem iudicat inter laicos.
Iurisdictiones regulariter distinctæ sunt.
Pax quibus de causis bene seruetur inter homines.
60 Adhærentes in pace exprimi debent, aliàs non comprehenduntur.
61 Pacis confirmatio est ipsa uera Iustitia.
62 Pax promissa pro se, amicis, & adhærentibus, intelligitur de præsentibus & nõ de futuris.
Pœna stipulata in pace pro se & filijs an intelligatur de præsentibus & futuris: & si unus ex filijs fuerit offensus an pœna debeatur alijs filijs non offensis. & nu. 63.
Pacis capitula de rupta pace an extendantur ad dantem auxilium.

Qualitas quæ est in maleficio & persona committentis aggrauat maleficium in personam auxiliantis.
63 Statutum tempore belli factum, pace secuta tollitur.
64 Pax an sufficiat haberi ab uno ex hæredibus, statuto disponente, quòd pax ab hæredibus defuncti haberi debeat.
Pax per alium fieri potest, & per hæredem ratificari.
Pax ab hærede particulari fieri potest.
65 Hæredes non uendicantes mortem defuncti hæreditate priuantur.
66 Pacem facere an sit quid hereditarium, & an sit habenda à filio qui patris hæreditatem repudiauit.
67 Pœna in pace facta promissa fisco, non debetur nisi fuerit per notarium stipulata.
68 Offendens primò offendentem non tenetur ad pœnam pacis ruptæ. & nu. 70. & 112
Pacis ruptor quis dicatur, cùm duo insimul & se adinuicẽ offendunt, & quis primus fuerit nescitur. & nu. 184
69 Pœna apposita in instrumento pacis per plures stipulata an rupta pace per unum ex comprehensis in instrumento, debeat ab omnibus pro rata solui, uel in totum ab ipso offendente.
71 Clausula toties quoties, in instrumento pacis uel treugæ apposita. & clausula rato manente pacto, cuius sint effectus. & nu. 203
Clausula toties quoties, impedit nouationem, & per duas vices uerificatur.
Clausula toties opus fuerit, operatur in infinitũ.
72 Pax rupta intelligitur per stuprum commissum cum uidua consanguinea inimici pacati.
Pax an dicatur rupta per stuprum aut adulterium commissum per unum ex pacatis, cũ uxore alterius.
73 Lenocinium commissum per unum ex pacificatis in personam vxoris uel filiæ alterius ex cõprehensis in pace, pacem rumpit.
74 Vasallus concubens cum filia, uxore, uel sorore domini feudo priuatur.
75 Vasallus turpiter cum uxore domini ludes, uel eam inhoneste tangens, aut alia turpia faciens feudum perdit.
76 Lenones sunt de iure ut adulteri puniendi.
77 Pax super adulterio fieri potest ad pœnam minuendam.

Pax

Pax facta à dominis non præiudicat priuatis personis.

78 Furtum faciens ei cum quo pax facta fuit. dicitur pacem frangere.

79 Treuga an rumpatur per furtum, uel per raptum filiæ illius cum quo est facta treuga. & 138.

80 Pacem habens cum aliquo, an offendendo eius fratrem uel consanguineum dicatur pacem rupisse. & nu. 125.

Pax rupta non dicitur per furtum, raptum uel adulterium si ex illius causa facta non fuit.

81 Pax uim habet restitutionis in integrum.

82 Pace facta inter plures partium Guelphæ & Gibellinæ promittentes in solidum se inuicẽ non offendere sub pœna, an uno offenso, omnes ex parte offensi possint agere in solidum. tanquam correi credendi, & omnes ex parte offendentis teneantur in solidum.

Partiales se inuicem offendentes tenentur ad reficiendum damna parti damnificatæ.

83 Prelatus, uel Episcopus an possit facere pacem de iniuria sibi et ecclesiæ suæ, uel Deo facta.

84 Anciani parcere non possunt pro iniuria ciuitati facta.

85 Pax inter duos facta, an altero offendente alterum ex alia causa, uiolata dicatur. & supra. nu. 78.

86 Pax facta de non offendendo an rupta dicatur si in bonis damnum datum fuerit.

87 Familiares dominorum si per discordiam pacẽ uiolant, sunt puniendi.

88 Principes an possint cogere subditos litigantes, ad concordiam uel compromissum seu transactionem.

89 Instrumentmm pacis productum per unum an prosit alteri contumaci.

Instrumentum pacis debet intermino produci, alias non prodest productum extra terminum statuti.

90 Pax an uiolata dicatur ab eo, qui offendit eius inimicũ pacatum, post pacem bãnitum, stante statuto quòd possit bannitus impune offendi & occidi.

Forbannitus an licitè possit ab eius inimico occidi.

Intellectus ad constitutionem Regni Siciliæ incip. pœna eorum. de forbannitis.

91 Bannitus qui ex statuto potest à quocunque offendi, an licitè de iure se defendere ualeat.

92 Pax per accusationem rumpitur.

93 Ad pacem pertinet, ut amicabiliter amicus in secreto conqueratur cum amico superiore.

95 Pax an tollat inquisitionem factam uel fiendam.

96 Bannitus qui ex forma statuti non potest rebanniri, nisi habuerit pacem cum hærede occisi potest habere pacem à filio occisi. qui se abstinuit à patris hæreditate. & supra. nu. 66.

97 Statutum quòd bannitus possit impunè occidi, intelligitur de bannito qui sit hostis patriæ seu ciuitatis.

98 Affinis an posit impunè bannitum affinem suũ receptare, stante prouisione, quòd nemo possit receptare bannitum. & nu. 99. & 100.

Iura sanguinis an excusent receptantem affinẽ uel consanguineum bannitum.

99 Frater fratrem bannitum impunè occidere non potest.

100 Statutum quòd quis possit impunè occidere bannitum, an habeat locum in domino seu uasallo, ac in patre, matre, & filijs.

Filij bannitorum, poßunt parentes bannitos impunè receptare.

101 Pœna stipulata in instrumento pacis, an semel uel pluries comittatur.

102 Pace & transactione facta inter rixantes, an intelligatur remissa pœna fisco quæsita, ex causa ipsorum rixantium incursa. & nu. 113.

103 Princeps non potest ordinario iure, ius tertio quæsitum tollere.

104 Ciuis an perdat ciuilitatem ex priuilegio acquisitam propter guerram superuenienten cum ciuitate suæ originis, & an secuta pace recuperetur huiusmodi priuilegium.

105 Legatarius qui propter inimicitiam cum testatore legatum perdidit, per reintegrationem amicitiæ illud consequi debet.

106 Pax an fieri posit pro absente nemine pro ipso stipulante.

Pacem facere est meri facti.

107 Pax mutua dicitur, si illata est iniuria ab una tantum parte. & pax fiat.

108 Procurator constitutus ad faciendum pacem et concordiam non potest pactum facere, quòd eius principalis non moretur in patria, uel in suo districtu.

109 Trãsigi põt in omni delicto excepto in adulterio
110 Pax per pecuniam facta an teneat.
Hæres occisi faciendo pacem recepta pecunia, hæreditatem defuncti adire videtur.
111 Pax etiam hosti est seruanda.
113 Ius quæsitum fisco aut ecclesię in pœna pacis ruptæ, an remitti possit per partes reconciliatas.
Pactum factum in pace inita inter duas ciuitates, quòd alteri liceat se uendicare, uel fœdera pacis rumpere non ualet.
Pax fieri potest per procuratorem habentem ad hoc speciale mandatum.
Pax facta per filios spurios non existentibus legitimis an prosit occisori: stante statuto ꝙ pax habeatur à filijs occisi.
Pax facta inter duos Principes promittentes adinuicem non offendere eorum ciuitates, an comprehendat eorũ adhærentes ciuitates, ac amicos suos confederatos.
114 Pax fit inter offendentem & offensum in casibus à iure permissis.
115 Miseranda est humana natura & ipsius sunt odenda peccata.
116 Iudicis auctoritate interueniente in transactione super crimine, an possit contra delinquentem super eo crimine procedi ad instantiam alterius uel ex officio inquiri.
117 Pace facta inter duas ciuitates, si aliquis de una ciuitate alium offendit de alia ciuitate pacificata quam pœnam incurrat.
118 Pacis capitulis si dictum sit bannitos cancellari, sufficit quòd uerbo cancellentur.
119 Pax si haberi potest non sufficit treuga.
Pacta pacis & conuentiones omni die pertractari possunt.
120 Princeps pro bono pacis potest alienare & alteri concedere castrum & territorium subditorum.
121 Treuga aut pax ab uno rupta an debeat ab altero seruari. & nu. 126
Treuga an comprehendatur appellatione pacis. & nu. 130. & 131.
Treuga quotuplex sit, & quando sit seruanda hostibus.
122 Pace facta inter duos Reges. si unus ex Regibus pacatis contra tertium Regem intullit bellum, an fœdus cum hoste iniri possit.
123 Pacis fractor an possit à quocunque accusari.
124 Pax in se habet tres comites fidem. Charitatem & Iustitiam.
125 Pax facta pro se, an rupta intelligatᷓ, si eius pater, mater, filius, uxor, uel soror innupta, aut frater offenditur. & nu. 158.
126 Treugam aut pacem ruptam per unam partem, an liceat alteri parti rumpere sine incursu eiusdem pœnæ.
Differentia quæ nam sit inter pacem & treugam. & nu. 127. 128. 129. & 130.
Officialis temporalis an conueniri possit ut perpetuus officialis durante officio.
Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.
Non obseruans contractum qui ex parte alterius contrahentium non fuit seruatus. contra contractum uenire non dicitur.
127 Treugam rumpens qua pœna puniri debeat.
Lex uel statutum loquens de treuga, an locum habeat in pace; uel loquens in pace habeat locum in treuga. & nu. 128. & 129.
Exceptio firmat regulã in casibus nõ exceptis.
Iudicium idem est de treuga sicut de pace.
128 Contra fractorem treugæ an sit iudicandum prout contra fractorem pacis, & nu. 129.
Treuga potest fieri per capitaneum belli.
129 Treuga potest die festo fieri, & iuramentũ præstari. & nu. 131.
Treuga quid sit.
131 Treuga non uenit appellatione pacis in materia pœnali & restringibili statuti.
132 Homicidium commissum durante treuga. per aliquem ex comprehensis in treuga, qua pœna ueniat puniendum.
133 Treuga Canonica quæ nam sit.
134 Statuto disponente quòd occidens occidatur, nisi habuerit pacem ab hærede defuncti, an si plures sunt hæredes, pax ab omnibus fieri debeat.
Statutum quòd nemo extrahatur de carcere nisi primò habuerit pacem ab offenso, an habeat locum habita pace ab hęrede.
Statutum quòd haberi debeat pax ab hærede, an locum uendicet si pax habita fuerit ab offenso.
135 Pax facta de uulnere ex quo uulneratus postea moritur, an intelligatur facta de morte.
136 Pax facta super uno crimine, an rumpatur per accusationem aliorum criminum.
137 Statuta quę puniunt delicta debent censeri facta fauore publico, & esse fauorabilia, &

extendenda sicut in materia fauorabili.
138 Treuga rumpitur per raptum sororis illius cum quo est facta treuga.
139 Abbas cum capitulo potest remittere iniuriam facta monacho.
140 Treuga facta semper est seruanda.
Treugam frangentes mercatoribus, uiatoribus, & alijs quomodo puniri debeant.
141 Subditi possunt per dominos compelli ad pacẽ & ad treugam.
142 Promittens facere pacem qui illam non fecit, sed treugam, an incidat in periurium & pœnam obligationis.
143 Dispositio temporis belli, an concernat ipsius treugæ.
144 Treuga ad tempus facta pax potest appellari.
Duræ conditiones in treuga seu pace appositæ, seruiles esse, & pro seruis factę dicuntur.
145 Iudex an & in quibus casibus possit cogere partes ad pacem, & concordiam. & supra nu. 23. cum seq.
Treugam facere partes compelli possunt, in omnibus casibus in quibus cogi possunt ad pacẽ.
Concordia etiam fit in causis nedum ciuilibus, sed criminalibus, publicis, & priuatis iudicijs.
146 Treuga facta inter Regem Franciæ & Regem Angliæ, & pacto inito, quòd milites Regis Franciæ possint impunè intrare regnũ Angliæ usque ad pascha, & ultra sit unicuique licitum dictos milites ut diffidatos interficere, an miles Regis Franciæ qui iuit in Regno Angliæ, & intra pascha rediens mare ipsum retinuit & remisit in Angliam possit impunè occidi.
147 Pax facta de magna iniuria cum promissione de se non offendendo, uiolata dicitur per illum qui alium reduxit ad calamitatem ob delationem suam, & ad periculum amissę substantiæ & honoris.
148 Conuentio de faciendo treugam per unum annum ualet.
149 Confœderatus cum duobus Regibus, requisitus ab ambobus ut sibi præstet auxilium, cui potius parere debeat.
150 Pax est opus Iustitiæ & necessaria à natura,
Pax qualiter esse debeat,
Pacis uiolatores quomodò sint puniendi.
151 Pax futura tempore treugæ, est pertractanda, & componenda etiam die feriali; nec interim Duces exercituum desistere debent à prouisionibus pernecessarijs futuri belli, si bellare contigerit.
152 Induciæ quare longæ, & quare breues fiant. & nu. 153. & 154
Induciarum effectus qui nam sint in bello.
Induciarum tempore quæ nam sint pertractanda. & nu. 153. & 154.
153 Induciarum quis nam fuerit inuentor.
154 Hostes tempore guerrę non sunt ita passim in exercitu recipiendi.
155 Exploratores quales esse debeant mittendi ad hostes ad explorandum secreta sua.
156 Generales bellorum & Duces exercituum an possint facere treugam & pacem. & supra num. 128.
157 Pax fit osculo, tactis manibus, & per risum reciprocum ac per potum atque esum & similia. & 218.
Inimico reconciliato non est passim credendum. & nu. 191.
159 Vasallus occidens fratrem domini feudi in odiũ domini, amittit feudum.
An autem uasallus perdat feudum aliud homicidium comittendo, uide ibid.
160 Pax facta inter duas ciuitates rumpitur per solam castrametationem unius contra aliam, uel ædificationem castrorum cum merculis & foueis.
Pax facta inter duas ciuitates de se non offendendo perpetuo tempore an rupta dicatur, si una ex dictis ciuitatibus alterius iurisdictioni Regis se submisit. & inde ab alia ciuitate pacata fuit incendio læsa in territorio suo, & nu. ibi. & 162
161 Pax facta per Ducem belli est inuiolabiliter seruanda.
162 Fides per Ducem belli hosti data est ei seruãda.
163 Offendens associantem illum cum quo est facta pax, pacem rumpere dicitur,
Offendens cohabitantem in domo illius. qui habet pacem cum eo, pacem fregisse dicitur.
164 Iniuria facta uasallo aut colono, an remitti possit per dominum.
165 Pax facta pro se & tota parentella sua, rupta dicitur. si aliquis prædictorum offenditur.
166 Pace facta inter duces belli, an refici debeant damna illata, & castra expugnata.
167 Pax facta pro se & complicibus, cum promissione, quod complices illam ratificabunt, an

uiolata dicatur, si unus ex dictis complicibus ante ratificationem offensus fuit.

168 Pax si fieri non potest, et statuto ita disponēte, ex percussionibus sanguinolentis, an possit fieri ex percussione cum pugno facta, qua quis cecidit in terram, & caput sibi cum sanguinis effusione fregit.

169 Pax an debeat haberi à filio uel à seruo hæredibus institutis. aut ab eius patre seu domino stante statuto pœnam remittente bannito, qui pacem habuerit cum hæredibus defuncti.

170 Filius familias non potest facere pacem in patris præiudicium.

171 Fœmina an possit pacem facere de morte patris.

Intellectus ad l. si filius qui patri. ff. de uul. & pupil. & ad l. pro hærede. ff. de acqui. hærede.

Pax fieri potest per filium non hæredem occisi, stante statuto quod pax habeatur ab hæredibus.

Pax facienda est ab eo qui iurauit non facere pacem.

172 Partiales seu capita partium in pace facienda, an omnes interuenire debeant cum sequentibus & adhærentibus suis, uel possint pro eis remittere.

173 Prouisio iurata facta per capita partium in instrumento pacis, pro se & amicis, quos ratificare promiserunt, an illis non ratificantibus reddat ipsos periuros, & faciat cadere in pœnam.

174 Pacem in qua ętate ritè offensus uel hæres, aut filius offensi facere possit.

175 Pax debet esse in Regno prudentum pura & sincera.

Sapientum urbis Sabbæ responsum datum Alexandro interroganti, qualiter habens magnum imperium potest magnam beneuolentiam acquirere à subditis,

176 Pacis fructus & beneficia qui nami sint in regno.

Crimen delectum, ulterius non debet appellari crimen.

177 Iniuriarum remissio quæ sit. & qualiter fiat & an fieri posit transactio super criminibus, remissiuè.

Pax facta cum uno principe, intelligitur etiā facta pro consiliariis suis.

178 Conuenti ones & pacta in instrumento pacis facta an sint ad unguem seruanda.

Intellectus ad l. iii. §. si his. ff. de pulc. uiola.

179 Renuntians iuri suo, pręsumitur in dubio facere renūtiationē & cōcordiam pro iniuriis.

180 Statutum præcipiens pacem fieri percussori, extenditur ad mandatorem.

181 Offensæ remissio an possit per ingratitudinem reuocari.

182 Minor an resti ui debeat aduersus remissionem per ipsum factam de iniuriis sibi & patri suo illatis.

Minor potest facere pacem, nec sibi datur restitutio in integrum.

183 Pars quæ fecit pacem cum inimico, qui posteà fuit offensus in præsentia sua ab alio quem impedire potuerat, ne offenderetur, & non impediuit an dicatur pacem uiolasse & in pœnam pacis fractæ incidisse.

184 Insultus si inter duos factus est reciprocus, & nescitur quis fuerit primus, nullus tenetur.

Inter duos geminos robustior præsumitur primò natus.

Probationes luce meridiana clariores & liquidissimæ esse debēt, ubi de pœna criminali agitur

Præsūptionibus quis damnari non debet. sed est magis absoluendus, si probatio est dubia.

185 Aduocans contra illum cum quo pacem fecit, an pacē uiolaſse dicatur. et nu. 187. 188. et 189

186 Aduocatus uasallus aduocando contra dominū feudi an perdat feudum. & nu. 188.

Consilium dans inimico meo, efficitur inimicus meus.

187 Aduocatus tenetur dare consilia.

190 Inimici qui pacem fecerunt, an testificando contra comprehensum in pace, cadant in pœnā fractæ pacis.

191 Inimicus quilibet an sit à testimonio repellendus, & an sit ei credendum, arbitrio iudicis relinquitur.

192 Pœna in instrumento pacis apposita, cùm non apparet cui sit applicata, an fisco uel parti debeatur in casu ruptæ pacis, & nu. 193

193 Pœnę conuentionales non sunt applicādæ fisco, nisi actum sit & stipulatum pro fisco.

194 Pœna pacis ruptæ an applicetur masculis, uel fœminis hęredibus defuncti.

195 Pœnæ licitè petuntur quando sapiunt interesse.

196 Episcopi tenentur facere ut pax seruetur medio gladij sui spiritualis, & Principes seculares suo seculari gladio.

Pacis

Pacis uiolatores per Principes ecclesiæ & secu li puniuntur.

197 *Fractor secundus pacis an possit petere pœnam fractæ pacis à primo fractore.*

198 *Dolus cum dolo compensatur.*

Partes quæ post pacem inter se uulnerarunt, et inde iniuriam remisserunt, an præiudicent fisco in pœna fractæ pacis.

199 *Vxori an detur actio seu accusatio de iniuria facta marito.*

Vxor an possit pacem facere pro morte mariti.

200 *Pater an possit remittere iniuriã factam filio.*

201 *Treuga & pax est semper seruanda. quia Deus fauet seruantibus illam.*

De nece Thysapherni ob periurium suum.

202 *Cato quare pro treuga & pace orauit contra Cæsarem in Senatu, ut Cæsar daretur in ma nibus hostium.*

2 4 *Federa à quo tempore habuerunt initium.*

Pax quàm bona sit.

206 *Vasallus unus ex pluribus habentibus feudum diuisibile, an possit alios ad diuisionẽ prouocare.*

207 *Infirmus qui in testamento uel confessione iniu riam remisit, an postea reconualescendo, pos sit iniuriarum actione agere. & nu 208.*

208 *Remittens odium an uideatur remittere iniu riam.*

Inimico non petenti non tenetur quis remittere iniuriam, nec sibi signa amicitiæ ostendere.

Pax facta à mortiferè uulnerato moriente non ualet.

Pax in foro pœnitentiali potest fieri inter ab sentes.

209 *Pax facta ab offenso in testamento omnibus ini micis suis eos liberando & absoluendo ab in iuria sibi facta quid operetur.*

210 *Ranchor per osculum pacis datum in ecclesia non uidetur remissus.*

211 *Pœna corporalis uel pecuniaria an remissa in telligatur per iniuriarum remissionem & pa cem secutam.*

Reipublicæ interest delicta non remanere im punita.

212 *Pacem habens ab offenso an possit per alium ac cusari de eodem delicto.*

213 *Offensus an sit cogendus fideiubere offendenti. qui soluit pœnam per ipsum incursam.*

Iudices curare debent ut pacatæ remaneant ci uitates.

214 *Exculpatio uulnerati an prosit uulneranti.*

215 *Iudex potest cogere scandalosos ad fideiubendũ ne scandala incurrant, & illis præcipere, ut se adinuicem offendant sub pœna, neque in iurient uerbo aut facto, eos quoque exulari potest.*

216 *Pacem facientes an uideantur fateri delictum, ita ut per curiam puniri possint.*

Cautela pro facientibus pacem ne uideantur fateri delictum. 1.

217 *Statutum loquens de homicida an extendatur ad mandantem fieri homicidium.*

Statutum seruãdum est in sua specifica forma

Omissum & non expressum in statuto, pro omis so & non expresso habetur.

Mandans fieri, facere & ipse uidetur.

Qui per alium facit per seipsum uidetur facere.

Mandans homicidium fieri, magis delinquit q̃ faciens, & grauius est puniendus.

218 *Iniuriatus comedendo & bibendo cum iniurian te, an tacitè uideatur remisisse iniuriam.*

219 *Iniuria remittitur per pacis osculum.*



NDVCIAE, & seu treugæ feriæ sunt militares, & sunt securitates, & fiduciẹ præsti tæ rebus, & perso nis ad certũ tem pus discordia nõ dũ finita: & Pax est finis belli, ut in titu lo de pace iur. firm. & l. i. ff. de pactis, & l. in bello. ff. de capt. & postl. reuersis.

1 † Et post bellũ uictoria sequitur, & ame na pacis tranquilitas, quæ est vinculum charitatis: & charitas est amor Dei, & proximi c. nouit. & per Doct. ibi de iudi ciis, & c ii. de treug. & pace. l. i. C. de cad. tollen. & l. vnica C. vt pub. læticiẹ. lib. x. per Glo. in c. significauit, in uerbo pla cet, extrà de iudiciis: In voluntate pax esse debet, & bellum in necessitate, bellũ committitur vt pax quẹratur; Pax quæ ritur vt bellum non fiat: sed non ècontra Pax fit vt bellum fiat, sed ut penitus tol latur omnis rancor, & iniuria, & remis sio fiat illius ad inuicem illatæ c. noli. xxiii. q. i. Pax est habenda vt refert Bald.

in l.i.ff de pactis à Deo videlicet, à seipso, ab homine id est, à proximo, & à superiore: cuius quidem pacis excellentia est tantæ virtutis, quòd Deo immortali attribuitur, & mortali Regi Inquit Dominus pacem meam do vobis, & pacem relinquo uobis in terra, pacem omnibus bonę voluntatis donat Deus, & pacem vobis dat Ecclesia spōsa sua, & beatos esse pacificos firmat Euangelium; & de Rege mortali Rex pacificus exprimitur in proœmio Gregoriano.

2 † Et omnes tenentur Principes catholici procurare pacem, & illam seruare immaculatam ecclesiæ Dei c.quādo. xxiii. q.iiii.c.Princeps.lxxiii.q.v.iuncto c.administratores, & c.Regum ibidem, c.nō inuenitur, cum sequenti c.iuncto, c. si ecclesia, xxiii.q.iiii.

3 Et † ut inquit conciuis meus Rauēnas Cassiodorus: Pax est unitas, & salus multitudinis, & desiderabile bonum, propter quam pacem tranquilitas, vtilitas, honor, & uita populorum conseruatur, & custoditur, estq; mater, & decora bonarum arcium, multiplicans genus humanum, & bona sua, mores extollens, & ꝙ bellica clade turbatum est pacis remedio reformatur c.cū pèr bellicā.xxxiiii. q.i.Pax est consolatio viuorum, & requies mortuorum, qui in pace Dei moriuntur in gremio ecclesiæ catholicę extrà quam salus non habetur. xxiiii.q.i. c.alienus.

4 † Et cogi debent inimici ad pacem quando fieri potest sine damno, & scādalo alicuius partis: vt in proœmio Gregoriano Pax enim ecclesiæ, & catholicæ religionis est vnitas catholicorum omnium. l. inter claras C. de summa trinit. & fid. cathol.

5 Ad † Pręsides spectat prouintiarum curare pacem, & quietam habere prouinciam suam, nam semota pace insidiatur vitæ mortalium, & omnis humana perii vtilitas firmat Oldradus de Laude in consi.lxxxiiii.in v.col.& Bal.in l.i.ff. de off. præf.vrbi: & dicta est pax à pacto.l. i.ff.de pactis.

6 Deum † terminalem custodem pacis, & iustitiæ testem Crassa venerabatur Antiquitas, & multa permittūtur fieri propter pacem faciendam, aut factam conseruandam, quæ aliàs non permitterentur, vt aliàs latè dixi in cōsilio quod gratia Dei feci in fauorem matrimonii Serenissimæ Reginæ Catherinę Anglorum; & mali tollerantur pro pace conseruanda c.i.xxiii.q.iiii.

7 Multa † sunt quæ de iure fieri non possunt, & pacis auctoritate legis habent vigorē. Ita Consuluit Bal.in cōsi. ccxiii, incipiente quædam Nobilis in iii.volu. consil. vbi limitat Glo. singul.in l.talis scriptura.ff. de leg.i. quæ dicit ꝙ fictio non trahitur retro ad ea, quæ sunt de iure impossibilia, fallit tamen in conuentione legittima quæ fit propter pacem, & illam Glo.exaltauit Bal.in c.innotuit de electione & in c.cum consuetudinis de consuet & in c.contingit, de dolo, & contumacia, & in l.siue possidetis, C.de probationibus, & in rubrica de procuratoribus in.ii.col.

8 Et † propter pacem inter eos qui sunt inhabiles propter ętatem permittitur contractus matrimonii c.ii. & per Abb. ibi de spons. impuberum, & in pluribus casibus à lege, & à canone prohibitis per sedem Apostolicam dispensari solitis, ꝓ bono pacis matrimonium fit inter puberes vt dixi, vt dicto c.ii. & pax est tam bona, ꝙ à populis peroptabatur communiter c.i.de pac.tenenda.

9 Quæritur † si pro ineunda pace possunt diebus feriatis, & dominicis, & aliis festiuis diebus præstari sacramenta, Dic ꝙ sic pro bono pacis c.i. & per Doct.ibi de feriis, pacis ob fauorem detrahitur à dispositionibus iuris c.hisq; extra de maior. & obe.c.ii.de arb.c.i. de mutuis pe.

10 † Quæro de alio casu, si propter pacem imponitur calumniosa pœnitentia, dic ꝙ non c.accusasti, de accusationibus, & bene consuluit, & declarat Bal.in consi. lviii.incipiente laudatur, in prima parte. Vbi declarat quotuplex sit pax, & quomodo dicatur rumpi, & qualiter pax sit stricti iuris, & an rupta Pax dicatur si occido fratrem meum.

11 Pax † enim est duplex diuina, & humana. Diuina est pro reconciliatione peccatoris ad Deum, & pro salute animarum c. non sufficit de pœnit. distin. i.

12 Ex pace † resultat coniunctio animarū, & cordium c. Nouacianus. vii. q. i. c. pace igitur, de consecr. distin. ii. valde est affectanda Pax humana pro salute animæ, & corporis bono temporali; & si Pax humana tam dulcis est pro salute temporali corporum, quantò dulcior est diuina pro ęterna salute animarum c. noli, xxiii q. i.

13 Pax † fit osculo interueniente, & pax datur in missa pro charitate diuina Glo. est in c. ad Apostolicæ, in verbo pacē, de sentē. & re iud. in vi. quę enumerat multos casus per quos Deus tollit pacē Populis, & illis dat bellum quo tempore furor arma ministrat: & talis furor cessat tempore pacis, notat Bal. in rub. qui admitti ad bon. possess.

14 Est quippè notandum † quòd si quis habuerat mandatum à vulnerato de faciendo pacem vulneranti, & decesserit uulneratus: re integra; regulariter expirat mādatum morte mandantis. l. mandatum. C. mandati, & l fin. ff. de solut. & instit. mandat. §. Item: Limita dictam regulam non procedere in præmisso casu propter bonum pacis, & ipsius fauorem: ita ꝙ dictus procurator etiam post mortē mandantis poterit facere pacem, iuxta tenorem sui mandati: per not. per Bal. in add. ad Specul. in tit. de homic. in vlt. col. & per Hippoly. de Marsil. in singulari suo. xliiii. incipiente Mandatum.

15 Et † debet interuenire iuramentum in confectione, & reformatione pacis cum osculo, & tactu dexteræ manus ab vtraque parte: quæ testes sunt fidei, & pignora pacis c. fundamēta, & ibi per Io. And. de electione in vi & per Lucam de Pen. in l. i. C. de aquæ duc. Et quæ fiunt propter bonum pacis legis habēt vigorem, licet aliàs non permitterentur de iure, nec fieri possent. Consuluit Bal. in cons. ccxiii. incipiente quidam Nobilis in. iii. lib. vbi limitat Glo. l. talis scriptura. ff. de leg. i. quæ dicit ꝙ fictio non trahitur retro ad ea quæ sunt imposibilia de iure: fallit in conuentione legitima, quæ fit propter pacem: quam Glo. extollit Bal. in c. innotuit, de electione, & in c. cōtingit de dolo, & cōtumacia, & in c. consuetudinis, de consuetu. & in l. siue possidetis. C. de probat. & in rub. de procur.

16 Et † propter bonum pacis tolleratur ille, qui longo tempore ecclesiam accepit de manu laicorum c. cura, de iure patronatus, & per Innoc. in c. nisi cum pridē, de renunc. & in c. i. de elect. vbi dat casus & ꝙ pro bono pacis tolerauit ecclesia depositionem quorundam Episcoporū, & subrogationem aliorum præter conscientiam Romani Pontificis.

17 Et † propter bonum pacis tenetur Episcopus renuntiare episcopatum sibi bono dato cambio: vt pax sit inter ipsum, et populum c. quippè. iii. q. vi.

18 Ob † bonum pacis cogit Episcopus per censuras ecclesiæ partes diu litigantes etiam non subditos ad concordiam, quę nutrit amorem inter mortales c. placuit, cum Glo. ibi. xc. distin. c. i. de mut. peti. & per Imo. & Iacob. Butrigarium ibi ꝑ l. æquissimum. ff. de vsufruct. Consuluit excellentissimus Doctor Andreas de Bartholomeo Barbacia nuncupatus in consi. xi. & in consi. xxiiii.

19 Et † pro habenda pace potest Episcopus transferri de vna Ecclesia ad aliam c. qppè. iii q. vi. & per Innoc. in c. nisi cum pridem, de reunnc. & per Roma. in cōsi. cxxv. & Barbaciam in c. i. de homic. & de elect. c. i. iuncto. c. cum inter, ibidem.

20 Et † propter bonum pacis toleratur à canone electio facta contemptis illis de capitulo, licet irritanda, & cassanda veniret: quoniam contempti non curauerūt consentire c. quod sicut, de electione.

21 Pro † bono pacis succedit capitulum vacante cathedrali ecclesia c. de his, de maior. & obedientia c. cum olim, eodem tit. Donec Papa prouiderit.

22 Propter † bonum pacis nō tenetur filius alere patrem bannitum, ne Pax frangeretur c. i. §. si quis hominem, de pac. tenen. Licet aliàs regulariter teneretur alere patrem bannitum: ut in §. i. authen. de

incestis nup. & per Rom. in l. si uerò. §. de uiro. ff. solut. matri. & Bar. in l. si quis à liberis. §. sed vtrum. ff. de lib. agnoscen.

23 Pro † bono pacis possunt cogi per iudicē litigantes ad concordiam. l. ęquissimum ff. de vsufruct. & vbi compositio non tenet, non debet iudex interponere partes ad componendum ne sub spe boni malū sequeretur, firmat Archid. in c. studendum, xc. distin.

24 Et † si potens, & diues litigat cum paupere habente iustitiam, sed eius complementnm Pauper consequi nō potest propter potentiam aduersarii: tenetur iudex curare pro concordia, & partes ipsas reducere ad concordiam, etiam cum aliquali detractione iuris pauperis, tenet Specul. iuris in tit. de prępar. iudiciorū, & Ioan. And. ibidem in add. sua: tenet & Cardinalis Alexandrinus in c. fin. de transact. & Bart. in consi. xiiii. & in alio suo consi. incipiente ciuitatis Pisanę, & in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. Pręs. & Abb. in c. i. de treug. & pac.

25 Pax † est componenda, & reformanda p Reges, Prælatos, Præsides, magistratus, & superiores, & iudices regentes populos c. Regum, & c. Rex. xxiii. q. v. & tenentur propter bonum pacis compellere subditos ad pacem, compromissumq́;, & ad transactionem, & similiter in criminalibus ut concordia fiat tenet; Bart. in l. congruit. ff. de off. Præs. & Alex. in l. i. §. & post operis. ff. de no. oper. nun. quod limita procedere ante commissum delictum. l. denunciamus. C. qui ad ecclesiam confugiunt: habetur per Alex. in d. l. i. licet Bal. dicat in. §. fi. insti. de nup. quòd licet offensus in foro contentioso possit renuere pacem, & concordiam, & non possit cogi ad illam faciendam, etiā si teneatur de scandalo c. discordantes cū similibus ibi. xc. distin. Imo tenentur iudices uindicare, & punire crimina, & eorum auctores delinquētes; quod tamen secus est in foro conscientię: & per Glo. in l. diuus. ff. ad Syllenia. & Bal. in l. i. §. quies. ff. de offi. Pręf. vrb. & per Abb. in rub. de treug. & pac. in ciuilibus autem non arctat iudex, sed amicabiliter hortatur partes ad concordiam habetur per Bal. & Ang. in l. æquissimum. ff. de vsufr. & Glo. in l. i. ff. de no. oper. nunc. & per Bal. in l. abolicio. C. de abolit. vbi per illum tex. dicit quòd iudex pro bono pacis debet magis admittere abolitionem inter cognatos, quàm inter extraneos: idem notanter tenet Bonifacius de Vitelinis de Mantua in suo lib. maleficiorum in tit. de pace, & posse quem compelli ad faciendum pacem cum inimicis suis, si propter illam causam sederetur tumultus in ciuitate per d. l. æquissimum. ff. de vsufruct.

26 Tenentur † boni Principes, Reges, Iudices, & magistratus omnes obuiare scandalis futuris cum cautionibus, cogendo partes iuris remediis c. i. extrà de off. legati in vi. clem. i. de off. ord. etiam si sint pusilla: quoniam ex minima sintilla oriri quandoque solet magnum incendium c. ii. de no. oper. nunc. Et sic tenētur operari superiores ne scandala ueniant Glo. est in dicta clem. i. de off. ord. & ad pręedicta faciunt cumulata per d. Ioan. Ant. de Nigris de Cāpanea Romanorum in suo commento extrauagantis clemētinę Domini mei Clementis vii. de uita, & honestate minorum clericorum, in verbo scandalum generari fol. xxiii. & per Fel. in rubrica de treuga, & pace.

27 Curandum est † quòd aliquo facto delicto primò soluatur pœna antequàm iniuriatus cogatur ad pacem, si pro hoc iudex impellens intendit uitare syndicatum: & si aliter faceret tenebitur in syndicatu, ut in §. Oportet, authen. de mandatis Principum, secundum Bal. in l. continet ff. de integrum restit. & in l. cum affirmes, C. de lib. causa, & in c. i. de pac. ten. & in l. i. ff. de off. Præf. vrb. & p eundē in c. venerabilē, de elect. & in l. ii. ff. ad Sylle. & per Bart. in l. ambiciosa. ff. de decretis ab ordine facien. & per Bart. in l. ex stipulatione. C. de sent. & per Bar. in l. quos prohibet, de postul. & per Ioan. And. in add. ad Specul. in §. Sequitur, de pignoribus, & per d. Homodeum de castello in tractatu suo Syndicatus in duodecima carta.

Queritur

28 Quæritur † modo adhærendo prædictis si iudex potest cogere offensum ad faciédum pacé Bal. tenet ꝙ sic in l. i. §. quies ff de off. Præf. vrb. licet quis sit suadédus ad faciendum pacem, non tamen est cogendus l. ex stipulatione. C. de sent. & interlocut. om. iud. & dicit ꝙ imò debet vindicare, & punire sequuto scandalo, & delicto, licet ante factum debeat obuiare iuxta suum posse, & pro pace curare.

29 Regulariter † est optimè præcogitandũ in pacis firmamento, ne aliqui sub spe fidei, & bonæ pacis illaqueantur: quia illi qui iniquos sociant pace, præparant vires iniquitati: vt supra dixi, cum talis colligatio non sit duratura, & post affligit bonos aliquo tempore: attamen seruáda est, nisi pręcedat diffidatio: vt dicit Ioan. And. in c. pro humani, de homicid. in vi. præcedente autem hostili diffidatione de iure permittitur bellum, vt pax quæratur, & in pace viuamus: vt in consilio primo primi libri consiliorum meorum duelli.

30 Si † duo laici litigant possunt compelli ad concordiam Glo. est in c. placuit. xc. distin. & per Roma. in consil. ccxxiiii. & in consi. cccxxvii. & in c. ii. de sponsalibus impub. & c. causamq́; de test. & c. querelam, de simo. & c. fin. de transf. & l. æquissimum. ff. de vsufructu. & Bar. in l. furti. ff. de his, qui: not. inf. & Glo. in c. potuit. xc. distin.

31 Et † arbiter licet nõ possit apponere manus ad ea quæ non sunt cõtenta in compromisso, & dicta de causa lædere iustitiam partis. l. non distinguemus. §. de officio. ff de arbit. & c. examinata, de confirm. vtil. vel inutil. & l. arbor. §. vestibulo. ff com. præd. fallit in casu pacis, habetur per Bar. in l. Aquiliana. ff. de transac. & tex. instit. de iniuriis. in §. fin. & licet offensus in foro seculari, & contentioso: fallit tamen in foro conscienciæ: Bald in dicto. §. quies. c. nisi de præben. c. de his, & ibi Glo. de maior. & obed. & per Glo. ibi, & per Legistas in l. si de meis. §. recepisse ff. de arbit & in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio.

32 Etiam † pro bono pacis in causa spiritua li fit cõpromissum in clericos tamen, & non in laicos c. ii. & c. ex parte, & c. contingit, de arb. vnde propter pacem potest iudex delegatus decidere casum non sibi cõmissum, ita arbiter propter pacem potest apponere manus ad non cõtenta in cõpromisso c. nisi, de præbend. & sic limitatur doctrina Bar. in l. Aquiliana. ff. de transact. & per Bar. in l. si de meis. §. recipisse. ff. de arbit. Iudices non solum iustitiam habent facere, sed concordiam parcium procurare, & pace litem terminare. c. causam, de test. c. i. de mut. petit. c. querelam, de simon. Possunt etiam iudices cogere partes ad pacem, & concordiam. l. æquissimũ ff. de vsufr. & c. fi. de trãsact.

33 Ciuitas † si inquietaretur ob aliquorum discordias, tenet̃ superior ob pacem illos concordare habetur per Bar. in l. furti. §. qui iussu, ff. de his, qui not. infam.

34 Calumnioso † accusatori non imponitur pœnitentia propter bonum pacis c. accusasti, de accusat.

35 Iudex † debet studere paci si bona est, & æqua, aliàs non: & ante factum debet studere paci: sed post factum tenetur punire absq́; venia: & ritè dicebat Bal. si pax est bona, & ęqua, aliàs sec⁹, & in c. Quintauallis, de iur. iur. firmauit ꝙ si arbiter mandauerit, ꝙ aliqua partiũ exuletur à patria nõ rectè facit, nec tale factum laudatur, si causa cõmissa fuerit sibi de iure terminãda: dicit Bal. ĩ c. venissent de test. ꝙ pro hoc non tollitur, quia concordia terminetur. c. causam, il ii. eod. tit. & c. querelam, de simon. & c. fin. de probat. Et ꝙ iudex habeat curare ꝓ pace est tex. in l. congruit. ff. de off. præsidis, habetur per Bonifaciũ de Mantua in lib. suo maleficiorum in titulo de pace.

36 Remouendus † est iudex ab officio, qui videt aliquos rixantes & se non interponit pro pace: vt institu. de iniur. §. fin. habetur per Cyn. in l. si Seruus. C. de noxalib.

37 Pax † inter malos non est curanda, secundum Oldr. in consi. lxxi. ne sub fide decipiant̃, & offendant̃ boni: Ad hoc faciunt pulchrè not. ꝑ Luc. de Pen in l. i. C. publ. lętic. lib. xii. adde hic quę suprà dixi.

38 Pax † illa est curanda si bona, & æqua sit, & duratura: & est bene firmanda, ne illaqueantur innocentes sub fide, & boni tate sua: vt dicit Bald. in rubro de treug. & pac.

39 †Et iudex ante factum debet studere paci, & pro pace, & post factum punire fractores eiusdem pacis: vt firmat Goff. licet Ba. dicat contrarium in c. Quintauallis, de iur. iur.

40 Quod † si arbiter propter bonum pacis mandauerit aliquem exulari à patria quod non rectè laudat, verius tamen est contrarium, vt in dies probè fit per Præsides prouinciarũ sequentes opinionem Goff. vt scandala, & tumultus, ac factiones sedarentur, & vitarentur.

41 Nec † sunt in confectione Pacis rememoranda odia, & iniuriæ præteritæ: quia pacem turbarent, & impedirent, iuxta illud Catonis. Litis præteritæ noli malè dicta referre: & vt reminiscantur iniurię diuina virtute mortalium: quia sępe relata odia, & iniuria in pacis reformatione, sunt interdum maioris odii concitationes: vbi processit offensa nulla satisfactio ne sequuta. Et cautius puto læsum si queri vult audiri, remuneratione sequente: quia animus eius tunc pascitur vociferatione, & satisfactione sequuta quiescit. Nam concordia dicitur quasi coniunctio cordium c. indemnitatibus, de elect. in vi. Differt tamen concordia à pace, vt prædixi: quia concordia dicitur remissio quædã, Pax aũt est plena sedatio discordiarum, & iniuriarum omnium: & ista duo secundum vsum loquendi pro diuersis accipiunt: Dicit tamen B. Augustinus, Pacem aliud non esse, nisi ordinatam cõcordiã in lib. xii. de ciuitate Dei.

42 Pacem † facere potest Maritus de adulterio vxoris fauore pacis, licet sileat in tali crimine transactio. l. transigere C. de transact. & authen. sed hodie C. de adul. & per pacem, & concordiam minoratur pœna: cõsuluit Bart. in consi. clxxv. incipiente super eo quod à me quæsisti. Nam pax in omni maleficio est licita: vt instit. de iniuriis. §. si & l. fin. & l. si tibi. §. quędam ff. de pactis. Nam temporale beneficium excluditur tempore l. ii. & l. Stichum. §. statu liberum, In contrarium videtur, quoniam quidam sunt termini relatiui vt pater, & filius: isti se inuicem generant, & corrumpunt: nam si pater, ergo filius, & èconuerso: & ideò ille qui iuris fictione non habet patrem, spurius est, vt. C. de cap. & postl. reuers. l. i. Quidam sunt termini contrarii, & tunc vnus tollit alterum, sed non ponit alterum: q̃a posset esse priuatio sine surgenti habitu in casu nostro: Quidam sunt termini dispartiti, & isti inuicem: nec se generant, nec se corrumpunt l. si domus ff. de seruit. vrb. præd. & l. si vnus. ff. de pactis, & ibi per Cyn. & Bal. in proœ. Gregoriano.

43 Pax † potest fieri in testamẽto & pdest, & in eo remitti ois iniuria sicut in contractibus: ita tenet Glo. in §. fin. instit. de iniur. & per Ias. in l. cum antiquitas C. de testam. Bal. in l. i. in fine C. cõmun. de leg. in antiqua lectura. Et vbicunque est publica accusatio, offensus, non potest facere pacem, quæ liberet delinquentem: nisi delictum esset in omittendo, quia tunc posset: Glo. est in l. Diuus ff. ad Sylnia. & ille qui iniuriam non facit alicui non indiget pace: Nec mutua Pax fit, si ex vna parte sit tantũ illata iniuria, vt dicit Iuris Specul. in titu. de treug. & pac. quæ à bonis peroptatur populis c. i. de pac constan. Cõtrarium est verius secundum Bar. in l. i. ff. de iniur. vt aliàs dixi.

44 Et † nisi sit limitatum tempus in instrumento pacis præsumitur in dubio pax perpetua: vt dicit Glo. in c. ad Apostolicæ, de sent. & re iud. lib. vi. & tex. in l. vnica C. de cad. tol. & per Gl. & Ang. in l. i. ff. de pact. & tex. in c. i. de pace constan.

45 Quidã † tenent differre inter se pacem, & concordiã: & seu concordiam à pace, vel pacẽ à concordia: videlicet si quis fecerit concordiã de pœna cũ aliquo; si posteà se adinuicem percusserint non dicatur rupere pacẽ, sed dũtaxat concordiã: vt dicit Glo. in dicto. §. fi. instit. de iniur. & Bal. in rub. de treug. & pa. quoniã vulgus aliter intelligit pacẽ, & aliter cõcordiã de cõmuni vsu loquendi: & per Ias. in l. i. ff. de pact. & in l. de fideicommisso.

C. de transactionib.

46 † Propter pacem habitam per confessionẽ Simplici sacerdoti blasphemias, & alia peccata dimittit Deus, & cum ipso reconciliatur pace, vt cõsuluit Bar. cõsi. clxvii. Et tam frutifera est confessio pro salute animarum facta Deo, & Sacerdoti proprio ore confitentis: vt pluries dixi in libro Clementis vii. nuncupato defensorio Ecclesię & Apostolicæ sedis contra hæreticos. Et Papa catholicus non tolleret confessionẽ: quia est statuta diuino iure; ꝙ ipse seruare tenetur: Dauid Propheta inquit. Dic tu iniquitates tuas, ostende te sacerdotibus dixit Deus Leproso, Confitemini alteruttum peccata nostra dixit Beatus Iacobus Apostolus, & oremus ꝓ inuicem vt saluemini: & Apostolorum Princeps Petrus dedit in pręceptis beato Clementi, ꝙ si forte alicuius cor, vel liuor, aut infidelitas, vel aliquod vllum latenter irrepserit non erubescat ille qui curam gerit animæ se confiteri: hæc illi, qui præest, vt ab ipso per verbum Dei salubri consilio curetur, vt ipse Clemens refert in Epistola sua in Germania impressa. Ad materiã pacis reddeũtes adde quæ dicit ipse Bar. in l. societatem. §. Arbitrorum ff. pro socio de clausula pro bono pacis, & concordiæ.

47 Quæro † de sacerdote si ipse potest recipere pacem, & pro absente stipulari, vt publica persona; dic ꝙ sic, fauore pacis c. Parochiano, extra de sepulturis, & Glo. in §. fi. instit. de iniur. Et dicebat Bal. in tit. de pac. iur. firman. ꝙ si iniuria remissa fuerit in foro pœnitentiali, an possit intentari in foro fori iudicii secularis, & allegat textũ in d. §. fi. instit. de iniur. & distinguit, aut est facta plena remissio iniuriæ, vel rancoris, dũtaxat, vel dubitatur, primo casu tenet non posse agere l. i. §. ius publicum. ff. de iust. & iur. Et inferius dicã, habetur per Guidonem de Susaria, & Bonifaciũ de Mantua in lib. maleficiorum in tit. de pace. Secũdò, aut tertiò casu sic: vt ibi per eũ. Pax enim, & remissio iniuriarũ an fieri regulariter possit pro absente, & absentibus, dic ꝙ sic. Ita probè consuluit Veridicus Doctor d. Alex. in consi. cxxxi. in iiii. vol. col. iii. habetur tamen per Bal. in l. Athletæ, per illũ tex. ibi ff. de excusat. tut. pacẽ absenti fieri non posse, nisi stipuletur per notariũ, & sec⁹ fore in remissione iniuriarũ.

48 Et † pace subsequuta debent tolli illicò statuta tyrannicè facta tempore guerræ. l. vnica C. de cad. tollen. & l. si hominem, ff. mandati. Et ille qui paciscit de iniuriis sibi illatis intelligitur facere pacem, & concordiam, vt dicit Io. And. & Abb. in c. i. de postul præla. per text. in c. ad Apostolicæ, de re iudicata in vi. & vt dicit Glo. in d. l. i. ff. de pact. & per Bart. in l. denique, ff. de damno infecto.

49 Minores, & Puberes † pro bono pacis possunt se obligare, tenet Bal. in c. i. uersiculo facit, & in versic. quærit. Gl. de pa. ten.

50 Et † pax est tam bona, ꝙ causa pacis non impeditur à feriis: quin agitetur feriarũ tempore, Glo. est in c. i. xv. q. iiii. & dicta Glo. ponit plures casus qui possunt agitari tempore feriarum.

51 Maior. † xiiii. annis, & seu minor. xviii. annis: si facit pacem, & iurat non contra uenire an obligetur per iuramentum: dic ꝙ sic: secundum Bal. in c. i. de pac. iuram. firm. an. vers. quærit ergo Glo. nũquid si minor &c. Consuluit Paulus de castro pacem factam per minorem non posse rumpi per ipsum factum maiorẽ in cõsi. cxci. & an sufficiat pacem haberi à minore sine decreto iudicis, habetur per Bal. in l. pactum, C. de pact. & dicã inferius, & per Bal. in l. i. ff. de pact. & per Specu. in tit. de treug. & pac. quæ videas quoniam placebit.

52 Pax † est genus, & concordia est species, & est conuentio partium, & seu cordiũ, & remissio iniuriarum: & est species pacti super inimicis Glo. in l. i. ff. de pact, & de elect. c. de indẽnitatibus, in vi. Estq; notandũ ꝙ ille qui non habet cõcordiã, nõ dicitur habere pacẽ, vt aliàs dixi. Pax enim est perpetua, cõcordia verò esse potest temporalis, & per Ang. de Perusio in d. l. i. qui dicit, quòd si statutum requisiuerit instrumentum pacis, non sufficit instrumentum cõcordię: sed si pax requiratur, sufficit pactum, qđ idẽ est ꝙ pax:

pax vt dicunt Bal.& Pau de castro in d.l. i. firmantes instrumentum pacti prodesse ad beneficium statuti loquentis de pace.

53 Pax † est ordinata concordia, & sedatio plena discordiæ: quam non potest facere pupillus de morte sui patris cum occisoribus sine auctoritate sui tutoris, & iudiciali decreto: dummodo non sit dedecori pupillo, & suæ agnationi: vt firmat Bald. in rub. de treug & pac. & Saly. in l. pactũ curatoris. C. de pactis, & Specul. iuris in tit. de homicid. arg. l. ii. §. Si emancipatus ff. de contratab.

54 Et † potest tutor, uel curator remittere iniuriã pupillo, uel minori, aut patri suo illatam, ut tenet Bal. in rub. de pac. tenen. & contrarium uidetur tenere ꝑ pœna promissa, ut in d.l. pactum curatoris. C. de pactis, & Bal. in add. ad Specul. de homic. & de treuga, & pace, & per d. Antonium de Butrio, & Canonist. in tit. de treug. & pac.

55 Dicit Iason in d.l. pactum curatoris. C. de pact. ꝙ si stat statutum in ciuitate pupillum non posse contrahi sine decreto iudicis, & Affinium presentia, ꝙ poterit doli capax pupillus sine decreto, & affinium præsentia cum tutoris auctoritate facere pacem: cum non sit propriẽ cõtractus, sed remissio iniuriarum secundum Abb. in consi. cviii. in ii. col & per Bal. & per Bart. in l. i. ff. de edend. & ad id quòd dicunt Doct. quòd tutor non posset propter dedecus pupilli, & suæ agnationis remittere iniuriam factam pupillo, vel eius patri, & familiæ: dic esse uerecundiã secundum leges remittere iniuriam in vlctam factam pupillo, vel eius patri l. Miles. §. Socer. ff. de adult.

56 Quod † limitat in tutore Posthumi cuius pater fuit interfectus; donec erat posthumus in utero, cum nundum sit tutor. l. si nemo, la. ii. ff. de testam. tutel. Tu dic ad prædicta ut per Bal. & Ias. & Saly. annotatur in d.l. pactum curatoris. C. de pac. Cõtrarium uidetur tutorem posse facere dictam pacem, & ualere per ipsum factã: quia facere pacem non est aliquod ius ꝑdere pupilli: sed est quodãmodo reconciliari factum: habetur in l. furti. §. pactus. ff. de infam. & non dicitur quis ex hoc perdere, sed lucrari. l. creditor. §. i. ff. mandati: Et quilibet bonus, & diligens Paterfamilias hoc faceret instit. de iniuriis. §. fin: Dic secũdum Iacobum de Arena in l. ii. ff. de in integrum restit. quòd si pax expedit pupillo, quòd possit illam facere tutor: sed si esset sibi damnosa, & dedecus quòd non possit: & si erat guerra periculosa pupillo ualebit pax, & non pœnę stipulatio: quia obligatio ad pœnam reputatur damnum secundum Guidonem de Suzaria in l. si minor. §. fin. ff. de minor. & quod de liquida offensa non poterit, sed de non liquida, & incerta tantum: & per Bald. in d.l. pactum curatoris. C. de pact. & per Specul. in tit. homicidio uers. illud autẽ &c. & an tutor possit remittere iniuriam factam pupillo, notat Bal. in d l. pactum curatoris. C. de pactis, & in l. si Præses. C. de trãsact. Ad hæc faciunt notata per Bonifacium de Mantua in lib. suo maleficiorum in titulo de pace quem uideas.

57 Pax † à natura est necessaria, & est opus iustitiæ, & conscientię: quam boni appetunt sequentes uestigia Dei: & quantũ sit bona, & necessaria bene scit Italia Regina prouinciarum omnium orbis, quæ patitur propter partialitates, & discordias, & odia intestina populorum, & ciuium peruenientia ob zizaniam antiqui hostis seminatam à perfidis linguis, & dolosis detractorum, & ob leuitatem credentium falsa relata c. ii. de pac. tenen. Pax probat ex legato facto inter inimicos tenet Bald. in l. in ipsius C. famil. hercisc. & in l. iii. §. fin. & Bart. ibi ff. de adimend. leg. Item per salutationem uerbo, uel epistola: si iniuria non fuerit à principio in animum reuocata: ita tenet Innocen. in cap. olim extrà de iniuriis.

58 Pax † est Dei testamentum, ꝙ rumpi non debet ab homine c. nisi. xxiii. q. i. Et si pater filiorum quorundam fregerit pacem, & ob hoc fuerit bannitus an filii teneant ipsi præstare aliméta patri bannito, cum ad id filii regulariter teneant alimẽtare patrem etiam bannitũ ut in §. i. authen.

de

de inceſt. nupt. dic tu in caſu præmiſſo fractę pacis contrarium determinari per tex. in c. i. §. ſi quis omnem, de pac. tené. & de eius violat.

59 Et † propter ruptam pacem Papa iudicat inter laicos c. ſicut de iur. iura. & c. nouit de iudic. licet regulariter ſint diſtinctę iuriſdictiones c. quoniam, decima diſtin. c. ſuper quibuſdam de uerb. ſignific. c. ſolitę de maior. & obed. Dicit Glo. in c. ad Apoſtolicę de re iud. lib. vi. & Ioan. de Lignano in trac. ſuo de bello, pacé non ſeruari inter homines ob multas cauſas, quia maleficia quæ fiunt relinquãtur inulta, & impunita, & etiã quia eſt abundantia temporalium, & penuria ſpiritualium: Ita quod contra demones non occupamur in pugna, & non oppugnamur armis diuinis, ſed illis abiectis cum peccato, & ſuperbia: amicitiam tenentes Luciferi perfidi ſedutoris humani generis: Item etiam quia damna non conſideremus antiqui hoſtis bellantis aſſiduo intrinſecus, animam, & corpus tollentis increduli humani generis, non cogitantis de euentu futuri belli, neq; de uictoria ęterna, neq; de uita, & morte ꝑpetua, Item etiam quia non ſeruamus, ut tenemur diuina præcepta c. fin. in fin. extra de reſt. ſpol.

60 Eſt † quoq; notandũ quod ſit Pax quod omnes adhærentes exprimentur in capitulis ipſius pacis, alias ipſi non comprehenderentur c. ad Apoſtolicæ, de re iud. in vi. & per Abb. in c. i. de poſtul. præl. col. viii.

61 Pacis † confirmatio eſt ipſa uera Iuſtitia, ut dicebat Bal. in c. fi. de pac. conſtã. & allegat tex. leg. de uendicta de furt. libro. i. iure longob.

62 Et † Pax promiſſa pro ſe, amicis, & adhærentibus: intelligitur de præſentibus, & non de futuris, & ſi promiſſa fuerit pro ſe, & filiis, intelligitur de filiis tantum natis, & non de naſcituris, niſi eſſet dictum in inſtrumento etiam de naſcituris. l. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur, & per Iaſ. ibi. ff. de uerb. oblig. & ꝑ Bar. in l. fin. ff. de duobus reis, ubi tenet quod omnes poſſunt agere ad pœnam. in cõtrariũ uidetur facere quædam Glo. In l. ſi manumiſſus C. de libert. & eorũ liber. notat lumen iuris Bar. in l. iniuriarum. ff. de iniur. Pacta, & capitula appoſita in inſtrumento pacis eſſe ad ungué ſeruanda: & ſi capitulum ruptæ pacis extendatur ad dantem auxilium, uel fauorem, & ex quo modo committatur contra pacem, & quantum ad auxiliantem, & fauentem: & dic quòd qualitas quæ eſt in maleficio, & perſona cõmitentis aggrauat ipſum maleficium in perſonã auxiliantis. l. utrum. ff. ad. l. Pomp. de Parici. Nam contra pacem ſemper committitur eo ipſo, quòd non ſeruantur capitula pacis, etiam ſi nullum de ea eſſet factum inſtrumentum.

63 Contingit † pacem fieri cum tertio ſub certa pœna pro ſe, & hæredibus ſuis ad inuicem facta ſtipulatione, & cum una ex partibus deceſſerit cum pluribus hæredibus, quorum vnus ſit offenſus, utrum actio aliis competat pro pœna ſtipulata in inſtrumento pacis inſolidum, an illi ſoli offenſo, habetur per Bar. in l. fin. ff. de duob. reis, ubi tenet ut ſupra dixi omnes agere poſſe ad pœnam, & Glo. tenet cõtrarium in dicta. l. ſi manumiſſus. C. de libert. & eorum liber. & per Bar. & Iaſo. in l. eadem, §. Cato in. 15. col. & per dominum meum. d. Carolũ Ruinũ ibidé. ff. de uer. oblig. ubi concludit totam pœnam deberi offenſo. Statutum factum tempore guerræ pro neceſsitate habendarum pecuniarum tolli debet pace ſequuta c. cum ceſſante, de appel. l. unica in prin. C. de cad. tollen. Nã quod belli calamitas induxit pacis lenitas ſoluit.

64 Quæritur † ſi ſtatutum dictauerit quòd ſi non habuerit pacem ab hæredibus defuncti, & ſunt plures hæredes, an ſufficiat eam habere ab uno tãtum, dic quòd non, habetur per Bal. in l. ſi plures. ff. de leg. iii. & in l. ii. C. de libert. & eorum liber. & in l. cum inter C. de fideicomiſſar. libert. & per Bar. & alios in l. iiii. §. Catho ff. de uerb. oblig. Pax poteſt ꝑ alium fieri, & ratificari per hæredem: habetur per Bal. in add. Specul. in titu. de

homic.verſi. ſed pone. Pax ab hærede particulari pro morte defuncti fieri poteſt, & prodeſt; tenet Bal. in l. quoties. ff. de hæred. inſtitué. & in c. i. in princip. & in vltima col. de ſucceſſ. feud.

65 Et † an priuentur hæreditate heredes quia non vendicarunt mortem defuncti tenet Lucas de Pen. in tit. publ. lætic. C. lib. xii. col. xxxi. quòd ſic; & ꝙ applicatur fiſco.

66 Pacem † facere an ſit quid hæreditariũ, & an ſit habenda à filio qui repudiauit hereditatem. Hanc quæſtionem ponit Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & Iaſ. in l. cum filio familiàs. ff. de leg. i. & concluditur ad filium ſpectare facere pacem, ad quem ſpectat facere vindictam ratione ſanguinis, quãtumq; nõ ſit heres patris: quia principaliter ipſum tangit iniuria, & offenſa facta patri ſuo propter ſanguinem, & in l. iiii. §. Cato, ff. de verb. oblig. tenet ius faciendi pacẽ eſſe quid hæreditarium; quod intelligo in heredibus extraneis aliis filiis nõ exiſtentibus interfecti, & per dominum Carolum Ruinum præceptorem meum in dicto §. Cato: Conſuluit Paulus de Caſtro in conſ. lxxii. incipiẽte quia fruſtra diſputaretur ꝙ vna pars veniens ad arma contra pacem poteſt etiam alia pars cõtrauenire, & ibi quãdo videatur diſceſſum à pace, & illa anullata per partes tacitè, vel expreſſe.

67 Quæro † ſi pax facta valet cum promiſſione pœnæ applicandæ fiſco; dic non valere niſi fuerit per Notarium ſtipulata pœna pro fiſco: quia non ſufficit quòd partes promittant ſub pœna fiſco applicanda: not. Bar. in l. arbiter, la. ii. ff. de arbit. & in l. i. in vlt. col. ff. de iur. fiſci.

68 Quæro † de duobus qui pacem fecerunt ſub certa pœna; & vnus offendit alium; an offenſus potuerit offendere offendentem reſpectiuè impunè, dic ꝙ ſic. c. bonæ memoriæ, de elect il. i. & per Abb. ibi: & in c. quemadmodum, de iur. iuran. & per Bar. in l. cum Pater. §. libertus ff. de leg. ii. & per Petrum de Anchar. in c. intelleximus, de adult. & c. ſicut de iur. iuran. vbi dicit ꝙ primus offenſus dicitur ille cui rupta fuit Pax: & ſecundus illam nõ rupit, ſed ruptam inuenit: & latè ꝑ Luc. de Pen. C. publi. lætic. col. xxx. l. qui fidem. ff. de tranſact. Et idem dicit Petrus de Anchar. in c. ſi bos, de iniur. ꝙ ſi duo fecerunt pacem appoſita pœna, & eam fregerunt ſi neſcitur quis eorum illam fregerit, non poterit vnus agere contra alium ad pœnã, & neuter tenebitur: vt voluit Bar. in d. l. cum Pater. §. Libertus. ff. de leg. ii. & Alex. in l. ſi ſeruũ Stichum. §. ſequitur. ff. de verb. oblig. & Iaſ. in l. cum ſtipulati ſumus ff. eodẽ, & tex. cum Glo. in l. qui fidem. ff. de tranſact. & Bar in l. i. ff. ſi quadrupes paup. fecisſ. dicat. ſecus ſi conſtiterit de primo fractore: quia poterit contra ipſum fractorem agere ad pœnam, vt in d §. Libertus. & in l. quero. §. inter locatorem, ff. locati, & in c. peruenit, de iur. iuran. & in l. cum proponas, C. de pact. & per Innoc. in c. mandatum de reſcript. & Glo. in c. dilecti, de arbi. & in l. ſi modo fuerit, ff de iur. iuran. & per Abb. in c. ii. de treug. & pac.

69 † Quid ſi pœna de mille ſit ſtipulata ꝑ plures in inſtrumento pacis, & vnus fuit occiſus ab aliquibus de alia parte; an pœna comittatur in totum, & quibus portionibus, an in ſolidum, & in totum contra quemlibet: ad hoc faciunt conſulta per Alex. in conſ. cxx. incipiente viſo inſtrumento pacis in iiii. lib. & Bal. in l. fin. de duob. re. & in repeti. authen. hoc ita, de duo. reis, & per Ang. ibi, & in l. operę. ff. de oper libert. & per Doct. in l. id quod, de duob. re. vbi concluditur ꝙ ſi plures fecerunt pacem cum pluribus, & promiſerunt ſe non oſtendere ſub pœna mille ducatorum: & ſi poſt vnus fuerit offenſus omnes ex illa parte offenſa non poſſunt agere in ſolidum: neque etiam poſſunt in ſolidum cõueniri illi qui ſunt de parte offendente, & probatur dictis iuribus; & ſic quilibet de parte offenſa poterit petere virilem porcionem: & quilibet qui ſit de parte offendẽte poterit cõueniri pro uirili parte.

70 † Quęro iterum ſi duo fecerunt pacem ſub certa pœna, & vnus offendit alium;

an offensus potuerit offendere offendentem impunè; dic ꝙ sic; quod secus foret in treuga: secundum Ioan. And. in add. ad Specul. in titu. de treug. & pac. quem sequitur. d. Antonius de Butr. in capitulo peruenit il. ii. de iur. iuran. & Ang. in l. ex legati causa, ff. de verb. oblig. licet Ioan. de Imo. dixerit id non probari de iure: sed potius procedere de facto, vbi sit talis consuetudo, & per And. Barba. in c. nouit de iudi. vbi ex illo textu notat differentiam inrer pacem, & treugã, & per Ias. in l. ii. de pact. & Alex. de Imo. in l. semel. ff. soluto matrimonio.

71 † Vbi dicit ꝙ si apposita fuerit in instrumento pacis, vel treugæ clausula, toties quoties cõtra factum fuerit, comittatur pœna; vel clausula rato manente pacto, secundum Bal. Salyc. & Paul. de Castro in l. qui fidem, de transac. & in l. qui seruum, ff. de verb. oblig. & Ias. in l. cũ proponas. C. de pact. vbi ponit multos casus per dies occurentes circa materiam pacis, & treugæ: & facit ibi differentiam inter pacem, & treugam: Dicit Bal. in l. i. C. de his qui pœnę nomi. clausulam toties quoties impediri nouationem, & verificari per duas vices. l. i. de cust. reorũ, & per Rom. in rubr. de arbit. & ꝑ Alex. in cons. cxlv. ii. vol. vbi etiã dicit de clausula quoties opus fuerit, ꝙ operatur in infinitum, & de effectu huius clausulæ toties quoties adposita in instrumento dixi latius in lib. de clauibus portarum vrbium.

72 † Quid si titius fecit pacem cum inimico, & consanguineis suis deinde comitteret stuprum cum aliqua vidua de eius consanguinitate, an videatur rupta Pax, Bar. tenet quòd sic in l. mulier. C. ad leg. Iul. de adul. & ꝙ ob hoc adeoiniuriãtur consanguinei viri defuncti; sicut si duraret matrimonium. Quid si volũtariè stuprauerit, vel adulterauerit vxoré iam sui inimici; an sit pœna comissa fractæ pacis, ad hoc faciũt not. per Luc. de Pen. C. publ. lætic. col. xxii. q. xxiiii. lib. xii. & per excellentissimum criminalistam. D. Hipp. de Mars. in cons. lxxxiii. ii. vol. & per Alex. de Imo. in cons. cxv. iiii. vol. & per Ioan. And. de reg. iur. in vi. & tenent comissam esse pœnam fractæ pacis per multa iura; & per Ias. in l. quid ergo. §. si hæres. ff. de leg. i. & sic poterit fiscus cõuenire fideiussores, vt tenet Bar. in l. verum, ff. de furt. & in l. capitis, ff. de fideius. & in l. licitatio. ff. de publica. l. in omnibus. ff. de pręuaricat.

73 † Nam ex lenocinio, vel adulterio comissο in filia, vel vxore alterius paciscientium, pax violatur: quia iniuriatur parentela pro qua est stipulatum in instrumento pacis, vel treugæ. §. interdum, & §. At vbi, instit. de oblig. quæ ex delicto, & seu malefic. nascun. quia hic non solũ adiuuat ad maleficium comittendũ, sed etiam ad subuertendum bonam vitam, & mores c. si res, xiiii. q. vi. & per Luc. de Pen. in l. vnica. C. vt publi. lætic. in xx. artic. materiæ pacis. Et hoc etiam locum habet si mulier alias esset factura: quia malitia non debet augeri persuasionibus l. i. §. fin. ff. de seru. corrupt. c. sunt nõ nulli, xlvi. distin & l. i. ff. de extraordi. crim. & l. qui domum, ff. ad leg. Iul. de adult. & l. iii. in fin. ff. ad leg. Iul. maest. & §. i. instit. de iniur.

74 † Vbi dicit Glo. hanc esse causam maximam, & egregiam ingratitudinis, vt vasallus feudo priuetur si cum filia, vxore, vel sorore Domini concubuerit vasallus in vsib. feud. in tit. quæ sit prima causa benif. amitt. §. sed et qui delator, in fin. Glo. magnæ, & leno qui interuenit puniendus est, & tenetur sicut adulter secundum Azon. C. de adult. & per Luc. de Pen. in ti. C. ut publi. lętic. co. xxiiii. uersi. & xxv. & C. de spect. l. fin. post Glo. ibi.

75 † Et pariter dicit de uasallo qui lusit cum Vxore Domini, & posuit manus ad pectus eius, uel alia turpia fecit, uel comisit cum ipsa de quo habetur in c. i. in §. Item si fidelis, & ibi Glo. in uerb. turpiter luserit, & per And. de Iser. Bald. & alios scribentes ibi in tit. quib. mod. feu. amitt.

76 Et † vt Adulter puniendus est leno, vt in authen. de lenon. & per Luc. de Pen. in l. fin. & per Glos. ibi C. de spect.

77 † Quęro de casu de quo supra quædã dixi: Si pax potest fieri super adulterio ad pœnam minuendam, tenet Bar. quod sic in cons. incip. super eo quod à me quęsiti, non obstante l. transigere C. de transac. vbi habetur non posse transigi super adult. Quæritur de casu si pax fuerit facta à dominis, an præiudicet priuatis personis. Dic quòd non secundum Bar. Bal. & Glo. in l. Vna C. de in ius uocã. & per Paulum de Cast. in l. ii. ff. de pact.

78 † Quæro si per furtum pax uioletur uide licet si quis pacem fecerit cum Sempronio sub pęna de non iniuriando ipsum, neq; aliquem de eius agnatione, an pax rumpetur si vnus ex paciscentibus furatus fuerit aliquam rem alterius paciscẽtium in pace comprehensum tenet Bar. quod sic in l. licitatio ff. de publi. & l. verum ff. de furt.

79 † Consuluit Alex. in consi. cxiii. ii. vol. treugam non rumpi per furtum, neq; per raptum filiæ illius cum quo est facta treuga l. si libertus artem, ff. de oper. liber. & l. i. §. cum patronus, ff. de offic. præfecti vrbi, & per Aluar. in. §. Si quis uerò temerario, de pac. iur. firman.

80 † Et si quis fecerit pacem cum aliquo, & illi promiserit eum non offendere sub certa pœna, si eum non offendit, sed fratrem: vel consanguineum suum, an incidat in pœnam. Petr. de Anchar. tenet quod sic in c. sciant cuncti, de elect. & Hip. de mars. in sing. suo. cccxxxi. Consuluit Ludoui. Rom. cons. clxiii. incipiente in casu proposito, quòd non dicitur quis fregisse pacem si non offendit ex illa causa propter quam fuit facta Pax sed ex noua. Idem uoluit Bart. in l. aut facta ff. de pœn. & in l. Verum, ff. de fur. & Rom. in l. licitatio, ff. de publi. Et quòd non dicitur Pax rupta per furtum, raptum, uel adulterium si ex illis causis facta non fuisset, ut dicit Ioan. And. de treug. & pac & Bal. in l. cum proponas. C. de pact. & in l. semel ff. solut. matrim. & l. qui fidem ff. de transf. in lectur. Florentina, & per Canonistas in c. Constitutus, de pœnis, & Alexan. in cons. xix. in primo uol. & in cons. cxv. & cxix. in iiii. parte, & Bald. in c. i. de pac. tenen. & Rom. in cons. clviii.

81 † Notandum quòd Pax tanti est effectus ut dicit Bal. in Glo. de pac. tenen. super uerbo priuilegia, quòd Pax non solum habet uim simplicis indulgentiæ, sed restitutionis in integrum, cum sublata guerra per pacem tollatur omnis effectus sequutus propter guerram. Et probè dicebat And. de Iser. in c. ii. de pac. tenẽ. pacẽ à natura esse necessariã, & esse opus iustitię: & quòd Pax est cõscientia, quam appetunt boni, & dissidium affestam mali, & quòd quantum sit Pax necessaria bene scit Italia, quæ patitur propter eius partialitates, & quod belli calamitas, introduxit pacis lenitate, & tranquilitate tollitur.

82 † Quid si plures de pte Gelpha videlicet & de Gebellina cum pluribus de sua parte fecerint pacem abinuicem, & eorum quilibet promisit in solidum se non offẽdere adinuicem sub certa pœna, vnus fuit offensus an omnes de illa parte possint agere insolidum tamquam correi credendi, & an omnes ex parte offendentis possint cõueniri insolidum ut rei debendi, uide Bart. qui tenet quòd non in l. fin. ff. de duob. reis deben. in xiii. col. & in l. operæ ff. de oper. libert. In contrarium uidetur facere quædam Glo. in l. si manumissus. C. de libert. & eorum liber. Est notandum omnia damna quę fiunt per partiales factiosos alteri parti inimicę sunt reficienda, & restaurandæ iniuriæ secundum Bald. in §. Iniuria in tit. de pac. iur. firmanda.

83 † Quæro Si Prelatus, uel Episcopus possit facere pacem de iniuria sibi, & Ecclesiæ suæ, uel Deo facta Dic secũdũ notata per Innoc. in c. contingit de senten. excomun. & per Bal. in l. accusationem C. de his qui accusare non possunt, & concludunt iniuriam propriam remittere posse, sed non iniuriam factam Ecclesiæ Dei, neq; iniuriam ipsi Deo factam c. discordantes. xc. distin. c. ut pridem, iuncta Gl. xxiii. q. viii. tenet Bal. in l. Præses C. de transf. & Bartol. in leg. prima ff. de iniuriis.

84

84 †Quæro de Ancianis si possunt facere pacem pro iniuria facta Ciuitati, ad hoc faciunt not. per Bal.in c.iniuria,de pac. iur.firman.& tenet quòd non, sed requiritur consilium ciuitatis.l. prohibere.§. planè.ff. quod ui, aut clam.

85 † Quid si Claudius & Sempronius fecerunt adinuicem pacem Cladius percussit Sempronium an uideatur rupta Pax, distinguendum puto,aut fuerit ex ueteri causa antecedenti propter quam fuit facta Pax,uel ex noua causa, si ex prima ueteri causa rumpitur Pax. Et si non moritur pœna manus mulctatur: si moritur pœna legis Cornelię de sicariis c. pri. §. si quis alium ,de pace. tenenda l.pri. §.penult.& l.penult.§.quia aliàs ff.ad legem Pomp. de Paricid. qualitate semper attenta delictorum sunt puniendi rei secundũ ꝙ iura disponunt Sin aũt ex noua supueniẽti causa nõ rumpit Pax : Ita cõsuluit Rom.in cons.clxxxiii. & in cõs.clviii.Idẽ tenet Bar. in l. aut facta.§. causa.ff.de pœn. & l.cum ꝓponas.C. de pact.& ꝑ Bar.in l.vertim.ff. de furt.& ꝑ Bal.Rom.& Alex.in d.l.Si mora,ff.solu. matri.& in l.q insulã, & in l.q seruũ, & ꝑ Ias.ibi.ff. de verb.oblig. & ꝑ Alex. in cõs.xix.primi vol.& in cõs.cxv.iiii. vol. & ꝑ Ias.in.l.qd ergo.ff.de leg.i.& in l.si decreto;& ꝑ Bal.ibi. C. de transactioni.

86 †Quid si damnum facta pace datum fuerit an pax rupta dicatur pro parte damnum dantis in bonis alterius,tenet Iacob.de Aluarot.post Bal.in tit de pac.tenen. in §. si quis quinq; , quòd sic, Nisi damnum foret datum ex noua discordia, &causa,quę à principio nõ fuit cogitata.

87 † Et an pax rupta dicatur si famuli dominorum facta pace sunt rixantes,et an domini teneantur pro ipsis,dic quòd sic, & debẽt puniri tamquam uiolatores pacis, si illa uiolaretur propter discordias eorum , habetur per Aluarot. in §.per ministrales, de pac.tenen. & per Bar. in l.i.in.§. familię,ff. de public.& in l ii. ff. ad leg. Iul.repet.& in l.nequid.ff.de incend. ruin.naufrag.& per Bal.in l.obseruare, & per Nicol.de Neap. ibi in §.Proficisci ff.de offic.Pro cons. & lega.

88 Quęrit † Innoc.in c.cum inter,de elec. Si Rex uel Princeps poterit cogere partes litigantes ad concordiam,uel ad compromissum,& transactionem, & tenet ꝙ sic:& per illum tex. ꝙ procedit secundũ Butr.in c.i.de mutuis peticion. in his in quibus Princeps habet liberam administrationem;& non in priuatis iuribus aliorum : nisi ex causa subsistente : & per Abb.in c. Cum pridem de pact.

89 Quæro† de casu, Si instrumẽtum pacis fuit productum per vnum ex rixantibus nunquid prosit alteri qui est contumax : videtur ꝙ sic,in l.i. & ꝑ tot.C.si vnus ex li.appell. & l.ii.§.fin.ff. de minor : ꝙ ex sola post pacis beneficium est: quia productio instrumenti pacis sufficit absque pronuntia iudicis:tenet Bal. in l. omniũ in versic Itẽ nota ꝙ sufficit. C. de testib. Est tamen notandum ꝙ instrumentum debet produci in termino statuti: & si instrumẽtum pacis fuerit productum post terminum statuti etiam de cõsilio aduocati non proderit,ita firmat Bal.in l.iuris ignorãtia,C.q admitti ad bon.posses.

90 † Quæro de alia quæstione quam plures habui in facto : Quidam fecit pacẽ cum inimico suo , & promisit eum nõ offendere demum fuit inimicus bannitus: cum valde fuerit scandalosus:& stat statutum in ciuitate:quòd bannitus impunè offendi, & occidi posit vt hostis patriæ. An iste bannitus potuerit pace nõ obstante impunè offendi, & occidi ab illo qui in instrumento pacis promisit , & iurauit illum non offendere sub pœna inter eos conuenta,& stipulata in instrumento , & quòd pax non dicatur violata: Bar. tenet ꝙ sic ; postquàm bannitus fuit, & ꝙ pax fracta non dicetur ; nec in pœnam aliquam incidet de iure fori;habetur per Alexan.in l. qui insulam,ff de verb.oblig.& in l.qui seruum : & ꝑ Ias. ibi ff.eod.tit. quoniam dictum statutum fuit introductum propter publicam vtilitatem; & ipsi renuntiari non potest:vt dicebat Ang.in §.i.vers. Et istud inducitur instit. de his qui sunt sui., vel alieni iuris; & ꝑ Bar.in l.quid ergo.§. si hæres, ff.de leg.i.& in l.qui Seruum ff.de verb.

oblig.& p Luc. de Pen. in tit. C. vt publi. letic. col. xxiiii. verſ. xxxvi. lib. xii. qui la tè diſputat hanc quæſtionem aliàs diſpu tatam per Oldr. & Pet. de bella Pertica. Prædictis accedit conſtitutio Regni Sici liæ incipiens pœnam eorum; de forbannitis, & foriudicatis: quæ permittit forbannitum, & foriudicatum poſſe impunè offendi. Quæro ſi aliquis ex priua to odio, & inimicitia interfecit inimicū ſuum forbannitum, & foriudicatum, cū tale homicidium ſit tolerabile; non tamen laudabile, attento tamen verbo con ſtitutionis, videlicet impunè: non eſt maleficium id, quod fit impunè: habetur per Bal. in l. decuriones. C. de infami bus l. qui aggreſſores, C. ad leg. Cor. de ſicariis, ibi nullam calumniam metuendam: quibus verbis vtitur lex dum dicit nullā ꝓinde calumniā vereantur: habetꝰ p Ioan. de Anania in c. perfodiens, de ho micidio, & Fely. in c. quæ in Eccleſiarū, de conſtit. in vi. col. & prædicta faciunt ad intelligentiam dictę conſtitutionis, & ſtatuti.

91 Et † quæritur modo ſi bannitus prędictus licitè poſſit ſe deffendere; dic quòd ſic cum defenſio ſit de iure naturali. c. omnis, & ibi Glo. iii. diſtin. & per Ioan. de Lign. in lib. ſuo de bel. c. lxxxviii. & in c. dilecti, & in c. cum inter de except. & ibi per Doct. & per Bar. in l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatiſdare cogantur.

92 † Pax vtrum rumpatur per accuſationē, Dic quòd ſic; habetur in authen. Vt cū, de appell. cognoſ. §. Aliud quoq; capitulum, & in l. ex maiore. §. Sequenti, & §. Accuſaſſe. ff. de bon. libert.

93 † Ad pacem pertinet vt amicus conqueratur in ſecreto, & familiariter, & amica biliter amico, & ſuperiori: habetur per text. & ibi per Card. Clem. vnicæ de iur. iuran.

94 † Mandatum faciendę pacis non expirat morte mandantis, vt hęres non teneatur eam facere vulneranti, tenet Specul. in tit. de homicid verſ. ſed pone.

95 † Quæro ſi per pacem tollatur inquiſitio facta, vel facienda; Dic concluſiuè ꝙ non: Ita tenet Bar. & Bal in l. tranſigere. C. de tranſ. Contrarium tenet Specu. in tit. de accuſ. ibi ſed pone, & Ioã. And. ibidem in additione.

96 † Quid ſi ſtatutum dictauerit bannitum non poſſe rebanniri, & ſeu liberari, aut reuocari ex banno: niſi habuerit pacem cum hærede occiſi; An ſufficiat habere à filio qui ſe abſtinuit ab hæreditate patris: vt dixi ſuperius, nu. 66. habetur per Bar. ĩ l. ſi filius. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.

97 † De bānito intelligimus illo, qui ſit ho ſtis patriæ, & ſeu ciuitatis: vt dicit Bar. in l. meminiſſe, ff. de relig. & ſumpt. funer. & ſic non eſt intelligendum de omni bannito; niſi, & de eo qui ſit hoſtis ciuitatis.

98 † Quæro de ſtatuto prohibente receptari bannitū ſub certa pœna an aſtringantur affines non poſſe receptare eorū affi nem bannitum: Bar. dicit non aſtringi p tex. in l. penult. ff. de poſtul. & per Ludo uicum Pontan. de vrbe in l. i. C. de his qui in ius vocati non iuerint, & in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matri. & per Fely. in c. Cum quidā, de iur. iuran. Iura ſanguinis in hoc caſu an excuſent receptantem à pœna vide quæ inferius ſcripſi de milit. iuſtit. nu. 88. 89.

99 † Nec in fratre bannito habebit locū dictum ſtatutum ꝙ impunè quis poſſit oc cidere bannitum: quoniam frater non te nebitur occidere proprium fratrē banni tū: vt dicit Nellus in tract. ſuo de bannitis in iii. parte, in iiii. liii. & in ii. parte.

100 † Nec locum habebit in domino, ſeu vaſallo bannitis ſtatutum prædictum, ꝙ quis poſſit occidere impunè bannitum: Nam ſi bannitus eſſet dominus occidi impunè non poſſet à ſuo vaſallo, & è cōtra; ſi vaſallus eſſet bannitus non poſſet impunè occidi à domino ſuo ſtante dicto ſtatuto: cum pari paſſu in hoc ambulent propter fidem datam, promiſſamque, & receptam iuribus vulgaribus feudorum: & per not. per Ang. in l. ſi adulterium, §. liberto, ff. de adulteriis. Nec locum habebit in patre, matre, & filiis bannitorum, neque è contra filii non iure debēt bannnitos ſuos parentes occidere, ſed illos receptare poſſunt impunè dictis ſta-

cutis non obstantibus: Ad prædicta facit not. p Bal. in c. i. §. Cōuenticulas, de pa. iur. firman.

101 † Quæro de pœna stipulata in instrumē to pacis an cōmittatur semel, vel pluries; dic semel cōmitti tantū per primā offensam: nisi inesset clausula toties quoties contra factum fuerit. l. si duo, §. i. ff. de arbitr. & per Alex. consi. cxix. & Io. And. in add. ad Specul. de treug. & pace circa finem, & Alex. in cōsi. cxv. iiii. vol.

102 † Quęro de duobus inimicis qui pacem fecerunt, & promiserunt se non offendere, nec illam rumpere sub certa pœna fisco applicata: illam fregerunt, & aliam pacem similem fecerunt stipulata per ipsos pœna pro fisco, remittentes sibi omnem pœnam primæ pacis: an per hoc tollatur pœna quęsita fisco, dic quòd non, l ius publicū, & l iuris gentiū. ff. de pact.

103 † Nec Princeps potest ordinario iure tollere sine causa ius quæsitum, tertio c. quæ in Ecclesiarum, cum suis concordātiis de const. in vi. & per Doct. in l. fin C. si contra ius, vel vtilitat. publ. & in l. ii. C. de in ius vocan. & per Ias. in l. ii. C. de iur. emphyt.

104 † Quæro de ciue qui ciuitatem, seu ciuilitatem acquisiuit ex priuilegio: an perdat dictum priuilegium per guerram superueniētem cum ciuitate suæ originis: & an demum sequuta pace recuperetur huiusmodi priuilegium; consuluit Rom. illum non perdere tale priuilegiū consi. lix. per tex. in l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capit. diminut. & in l. ii. C. de lib. & condi. Ad pdicta facit dictū Lud. Rom. in consi. cccclix. incipiente in proposita consultatione.

105 † Quæritur de legatario qui legatū perdidit propter inimicitiā peruentam cum testatore: an subsequens reintegratio amicitiæ inter testatorem, & legatarium inducat reintegrationē legati adempti, dic ꝙ sic, fauore pacis. l. quod si iterum, ff. de adimen. leg. nam superueniente reintegratione inimicitiæ inter patrem pupilli, tutorem ei designatum extinguit excusationē ab onere tutelæ; quam induxerat superueniens inimicitia.

106 † Quæro de occurenti casu si pax fieri potest pro absente nemine pro ipso recipiente, & stipulante, dic ꝙ sic: ita tenet Bal. in l. si manumissus, C. de libert. & eorum liber. lib. xii. & intellige in foro pœnitentiali: vt instit. de iniur. in §. fin. secus in foro ciuili; quia Pax solemnis non potest fieri nisi interueniente pręsentia illius cuius interest, aut mediante organo stipulante pro absente: per not. in l. illud, C. de sacr. sanc. eccl. & in l. cō sensu, de act. & obligat. & in l. non solū. §. libertus, ff. de liber causa: licet sit arg. cōtra in l. Labeo, ff de iur. iuran. habetur per Bar. in l. non solum. §. iniuriarum, ff. de iniur. Pacem facere est meri facti, sicut contrahere: habetur per Ias. in l. cum filio familiàs. ff. de leg. i.

107 † Si ex vna parte tantum est illata iniuria, & pax fiat: an dicatur pax mutua: Specul. tenet ꝙ non in tit. de treug. & pac. Sed verius est contrarium, vt consuluit Barto. in consi. cc. & in l. Iniuriarum. ff. de iniur.

108 † Quæro de procuratore specialiter constituto ad faciendum pacem, & concordiā, si fuerit pactus ꝙ eius principales nō morentur in patria, vel in suo districtu, vel ꝙ banniantur ab ea, an teneat tale pactum: dic ꝙ non: Ita consuluit Petr. de Anch. in consi. lxxv. incipiente; viso diligenter instrumento procurationis: Ad hoc facit tex. in c. veniens, de iur. iuran. & ꝙ sint seruanda capitula pacis consuluit Idem d. Petr. consi. cclxvi. incipiente intercapitula pacis Ducis Mediolani, & cōmunis Florentiæ, & in cōsi. cclxxxix. de pace facta inter dominos Venetos, & Ianuéses l. i. C. de aser. toll. vbi dicitur pacis lenitatem esse seruandam, & per totum tit. de pac. tenen.

109 † Transigere an sit licitum super omni delicto, dic regulariter ꝙ sic. l. transigere C. de transact. quoniam est licitum vnicuiq; se, & sanguinem suum redimere, & iniuriam suam remittere. l. i. ff. de bonis eorum qui sibi mortem cōsciuerunt: quod fallit in adulterio vt in d. l. transigere, propter frequentiam, & atrocitatem delicti adulterii.

110 † Item quæro si tenet Pax facta per pecuniam, cum debeat Pax, & concordia procedere ex charitate, & non comparari prętio cap. i. extra de colluſ. tenet Bald. quòd sic. in l. abolitio: C. de abolit. & Bar. in l. Athletas, & in l. furti, ff de infam. Dic prædicta procedere ante sententiam condemnatoriam: quoniam post fieri potest etiam recepta pecunia vt ibi ꝑ eum: & hæres occisi faciendo pacem recepta pecunia, videtur adire hęreditatem defuncti: habetur per eundem Bar. in l. pro hærede, in §. fin. ff. de acquiré. hære. Tenet, & Bal. in l. abolitio. C. de abolit. pacem valere factam per pecuniam: habetur per Glo. & Doct. in l. i. C. de pœna iudicis qui male iudicauit, & in l. i. §. Sed & constitutio, ff. de cal. & per Bar. in l. Athletas, ff. de his qui notanť infam. qa si pax; & cõcordia reddiť per pecuniã reddiť de ꝓpria iniuria, & non de aliena. l. si quidé, C. de cõtrahen. vel comitté. stipu. & per Cyn. & Salyc. in l. transigere, C. de transact. & hoc tenent valere in casibus criminum in quibus est licitũ transigere, vel paciſci de iure comuni, aut municipali. l. quãuis. C. ad S. C. Turpill. & l. Serui. C. de adult. & data pecunia ꝓ redimenda vexatione in casibus in quibus non est permissa transactio; Pax tenebit facta pro bono pacis: nam multa sunt quæ non permittuntur de iure fieri, quæ facta postea ex causa tenent: Pax enim semper remanet firma, licet interuenerit pecunia in ea facienda, & contra legã data repeti posset. l. si tibi. §. quædã. ff. de pac. & l. quãuis. C. ad S. C. Turpil.

111 † Et an Pax sit hosti seruanda; dic quòd sic; tenet Bar. in l. i. §. non fuit. ff. de dolo & Iacius dicã in alio loco de fide seruãda.

112 † Quæro de duobus qui pacem fecerunt; & postea se adinuicem percusserũt: an alter teneatur alteri de pace rupta: & similiter teneatur ille qui sub pace percussit alium cum eo pacatum, & ille repercussit percutientem: & quando nescitur quis primus fuerit fractor pacis: not. Bar. & Florian. de sancto Petro in l. i. §. cum aries, & ibi Glo. ff. si quadrup. paup. fecis. dicat. & pet Ang. de Aret. instit. de iniuriis, & in §. hæc actio.

113 † Addo illis quæ supra dixi si tollatur actio iam fisco quæsita per pacem superuentam inter rixantes, & seu per remissionem factam inter offendentem, & offensum ratione iniuriæ latæ offenso; cum propriam, & non publicam tantum remittat iniuriam c. inter. xxiii. q. iiii. & Bar. in l. i. §. si ea. ff. de uent. in poss. mitten. & dicit Ias. in l. si reus. ff. de pact. & in l. i. C. de iure emphyt. Quod si duo nobiles fecerunt pacem, & promiserunt eam non rumpere sub certa pœna applicanda Ecclesiæ; & quanquàm rupta pace se reconcilient, & omnem sibi iniuriam remittant, pro hoc non præiudicatur Ecclesiæ; cui iam dicta pœna erat regulariter acquisita, vt d. l. si reus, ff. de pact. Duæ ciuitates inter se bellantes fecerunt pacem inter se, & apposuerunt pactum, ꝙ alteri liceretvendicare se, aut fœdera pacis rumpere, an valeat tale pactum: Dic ꝙ non, secundum Bal. in authen. Sacramenta, C. si aduerſ. vendi. Quæritur si Pax fieri possit à procuratore; Dic ꝙ sic; si constitutus fuerit procurator cum spetiali ad hoc mandato: habetur per Specul. in tit. de homi. ver. hoc quoque expressè tenet, & Bar. in l. cõuentionum. ff. de pact. c. i. extra de treug. & & pac. c. mandato, cum similibus de procuratoribus. Stante statuto quòd Pax habeatur à filiis occisi, an facta à spuriis occisi prosit aliis: legitimos, & naturales non habentes filios, ita tenet Cy. in l. si quis. C. ad leg. Iul. maiest. & ꝑ Bar. l. ii ff de accuſ & in l. tutelas. ff. de capit. diminuit. & in l. pronunciatio. §. familię. ff. de verb signifi. contrarium consuluerunt Fran. de Rampon. & Saly. in cõs. incipiẽte super primo dubio an filius quos sequutus fuit Ang de Aret. in tractа. suo malef. verſ. in termino deffensionis. Quid si duo Principes fecerunt pacem, & promiserunt adinuicem non offendere eorum ciuitates, an includantur eorum adhærentes, ciuitates & amici qui cum ipsis erant confederati, nisi aliter essent expressi in capitulis pacis, dic non includi: quia in contractibus

bus cessat largissima interpretatio c. cū dilecti, de donat. c. ad Apostolicæ, de re iud. in vi. & Gem. & Innoc. ibi. Ita etiam consuluit Bal. in consi. li. & in c. i. de pa. constan. & sic non descripti in capitulis, & adherétes nō veniunt, nisi exprimantur: Nam pax inita inter duas ciuitates prodest cuilibet ex illis ciuitatibus: vt cōsuluit Raphael. fulg. consi. cxlix. incip. super inquisitione formata: nā bellamus, vt sine iniuria viuamus in pace: bellare enim ē necessitatis c. militari. xxiii. q. i.

114 † Pax fit inter offendentem, & offensum super omnibus criminibus antequàm in iudicium deducantur: & in casibus in quibus est prohibitum pacem fieri deponendus est rancor, & odio habeātur peccata, & non homines c. odio. lxxxvi. dist.

115 † Miseranda est humanæ naturę infirmitas, iniquitas autem peruersorum est habenda odio, & persequenda c. Duo, cum sim. xxiii. q. iiii.

116 † Quid si in transactione super crimine facta interuenerit auctoritas iudicis, an possit contra delinquentem hoc nō obstante procedi de crimine ad instantiam alterius, vel ex officio inquiri per fiscū, & curiam: dic ꝙ sic: c. cum desideres, de senten. excom. & l. ii. iuncta Glo. ff. ad S. C. Syllan. & per Luc. de Pen. in tit. pub. lætic. C. lib. xii. & facit text. in l. iii. in fin ff de præuaric.

117 † Quæro de casu. Si pax fuerit facta inter duas ciuitates: & vnus de vna ciuitate ex dictis ciuitatibus offenderit vnum de alia ciuitate pacificata, in quam pœnam incurrat: not. Bar. in l. i. in fine. ff. ad leg. Iul. maiest.

118 † Quid si in pacis capitulis continetur ꝙ banniti, rebanniantur, vel restituanť cum eorum bonis, & condénationes cancellentur: an sufficiat ꝙ verbo cancellentur. Dic ꝙ sic, l. Emptor, §. Lucius, & Ias. ibi ff. de pact.

119 † Quero de casu de quo supra aliquantulum tetigi, Cū regulariter in diebus festiuis iuramenta non præstentur: an pro pace fienda possint præstari festiuo die videlicet dominico, & similibus festiuis diebus: & an valebunt pręstita in dictis diebus festorum: dic ꝙ sic fauore pacis c. decreuit. xxii. q. v. & quando pax haberi debet, non sufficit treuga: habetur per Ang. & Pau. de Cast. in l. cōuētionū. ff. de pact. adde prædictis quòd tempore treugę, & in omni die etiam festiuo possunt tractari pacta, & conuentiones pro futura pace. l. dies festos, & fin. C. de feri.

120 † Quæro, si Princeps pro bono pacis possit alienare, vel alteri concedere castrū, & territorium subditorū; dic ꝙ sic: quoniam in pace vertitur publica vtilitas ꝓpter quam potest auferre ius priuati, consuluit Alex. consi. xciii. in v. parte, habeť per Bal. in l. conuentionum. ff. de pact. & in l. quicunq;. C. de seru. fugit. & Bald. in l. quęcunq;. C. de fid. instrum. & iure aste fiscalis lib. x. Innoc. & Io. And. in c. in nostra, de iur. iuran. & per Ange. in l. bene à Zenone, C. de quadr. præscript. & in l Antiochensiū C. de priua. credi.

121 † Quid si treuga, aut pax ab vno rumpatur, an teneatur alter seruare illam: & an treuga comprehendatur appellatione pacis: habetur per Ioan. Andr. in rubr. de treug. & pace in add. ad Spec. & per Ias. in l. cum proponas, la ii. C. de pact. pacta enim sunt attendenda treugæ, & pacis contenta in instrumentis. Duplex est treuga ex pacto videlicet quæ diciť conuentionalis inita inter hostes, & inimicos suos: quia ex pacto, & conuentione sumit formam suam vt contractus l. conuentione, cum similibus ff de pact. & est seruanda hostibus vt fides c. Innocens. xxii. q. iiii. & hoc est uerum si hostes seruant tibi fidem, aliàs non teneris tu illā seruare hostibus c. Peruenit de iur. iur. l. cum proponas. C. de transact. & l. quęro ff. locati: alia est treuga communis de qua dixi supra facta inter Principes insimul bellantes: quæ est, & dicitur securitas præstita rebus, & personis ad certum tempus, discordia nundum finita, vt in tit. de pac. tenen.

122 Quæritur † de casu: Duo Reges fecerūt pacem: & inde fuit mota guerra per alterum eorum contra tertium Regem, an iste tertius adhæreat Regi non hosti: an intelligatur & ipse in pace comprehen-

ſus,& cũ eius hoſte pacificatus. D. And. de Bartholomeo ſiculus Barbacia nuncupatus conſuluit ꝙ ſic in conſil.xxxviii. primi lib.habetur & per Io.And.in add. ad Spec.de treug.& pac.in penul.q.

123 † Pacis fractor poteſt à quolibet de populo accuſari, in quantum dimidia pœna fiſco applicatur: tenet Bart.in l.i.in fin.ff de iur.fiſc.& in l.arbitrer.ff.de arb.

124 † Pax ſecum habet tres comites fidem videlicet, charitatem, & iuſtitiam ſine quibus nulla uera,& ſincera pax eſſe nõ poteſt:quia per dictas ſuas comites ipſa fit,& conſeruatur tantum bonum ab omnibus commendatum, & à paucis obſeruatum: bellica quidem dicitur calamitas,& pacis nuncupatur quies, & lenitas.l.i.C.de cad.tollen.

125 † Quæro de caſu, Titius promiſit in inſtrumento pacis non offendere Petrum; & deinde eius patrem,matremq́; filium, vxorem,vel ſororem inuptam,aut fratrẽ offendit,an ſit comiſſa pœna:dixi quędã ſuperius referendo Petr.de Ancha.in c. ſciant cuncti,de elect.habetur per Bart. & Iaſ.in l.ſi ſtipulatus.§.Criſogonus ff. de verb.oblig.& tenet ꝙ ſic: Idem habet per Luc.de Pen.C. vt publ. lętic.lib.xii. & per Ant.de Butr.in c.i.de pa.& treug. & per Bal.in c.i.§.ſimiliter,quibus modis feud amitt.quem omnes ibi ſequuntur dicentes ꝙ illa eſt propriè offenſa,ex qua cõpetit alicui proprio nomine actio iniuriarum,ſed fratri non competit proprio nomine actio iniuriarum, pro tali offenſa:ergo non dicitur offendi,ſecundum omnes in d §.Criſogonus:& verba contractus ſunt bene ponderanda: & de hoc Hippo. Marſ. vt aliàs dixi fecit incontrarium ſingulare.nu. cccxxxi.

126 † Quid ſi pax,aut treuga rumpatur per vnam partem,an liceat alteri parti illã, & ipſe rumpere abſq; nulla pœna, & illius incurſione:dic ꝙ non,ſecundum Io. And.in add.ad Spec. de treug.& pa. & ꝑ Ang.& Imo.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig.& per Archid.in c.illi.xxiiii. q.iii.& Doct.in l.qui ſeruum,ff. de verb. oblig.& per Bald. in rubr. de treuga & pac.in vlt.col.& per Fely.in c.i.eod. tit. & per Hipp.de Marſi.in conſil.xxi.in i. vol. criminalium ſuorum:Dicebat Abb. in c.i. de treug. & pac.ꝙ impunè ille cui eſt fracta pax,& ſeu treuga poterit eandem frangere c.peruenit il ii.de iur.iur. Imò tu dic ꝙ illam non frangit, ſed fractam inuenit,cõtra Abb.tenet Fely. Io. And.& d.Ant.de Butr.in d.c.Peruenit, & Ioan.And.in add.ad Spec.de treug & pac.& Archid.in c.illi qui, xxiiii.q.iii. & per Ang.& Ioan.de Imo.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig. & per Ange. Pau.de Caſt. & vtrumq; Raphaelem in l.qui ſeruum,eod tit.vbi firmant hoc potius procedere de conſuetudine, quàm de iure c.Peruenit,il ii. de iur.iuran.& l. Cum proponas.C.de pact.& c.inter verba.xi.q.iii.loquitur in foro conſcientiæ, vt dicit Ale.in d.l.cum proponas, & d.l. qui ſeruum,& in l.qui inſulã, de verbo. oblig.Idem tenet Imo.in c.Peruenit, de iur.iuran & Abb.in c.i.de treug. & pac. & pro opin. Archid.cõſuluit D. Marian. Sozin.in conſ.xxvii.Incip.Ianuenſium Dux.Propter differentiam quę eſt inter pacem,& treugam:quia pax eſt finis diſcordiæ perpetuò duraturus, ſed treuga fit ad tempus,qua finita poteſt aduerſarius uendicare iniurias ſibi prius illatas: Ideò eſt expectandum lapſus temporis cum poſsit fidem ſeruare infra tempus, & poſt ulciſci,& non ſic in pace: quæ eſt perpetuo tempore duratura:& nunq̃ poſſet offenſus ulciſci iniuriam acceptam ante, & poſt pacem: & neceſſe eſſet fractorem pacis puniri pœna fractæ pacis, offendendo primo uiolatorem fidei:& dari poteſt exẽplum in officiali perpetuo, & officiali ad tempus. Nam primus poteſt conueniri durante officio: quia non eſt dare tempus,ꝙ ſit expectandum, attenta perpetuitate officii, & ſecundus non conuenitur:cum ſit ſaluum ius parti,& cum poſt conueniat finito tempore officii l.Principalibus.ff.Si certum peta. l.pars literarum ff de iud.habetur ꝑ Fel. in c.peruenit,extrà de iur.iuran. & in c. i.de pac.& treug.Nõ improbo opi. Abb. & ſequacium,quæ iuris regulis firmatur l.Cum proponas C.de pact.& c. Perue-

nit, de iur. iuran. & ille qui non facit qđ debet, non recipit ꝙ oportet: habetur in i. Glo. l. si non fuerit de iur. iuran. ff. Nã treuga, & pax quoad fœdus, & ad fidem seruandam equiperantur c. Nouit, de iud. Et licet illa ratio perpetuitatis, & temporalitatis sit inter treugam, & pacem, tamen non iure cauetur, ut non seruanti mihi treugam debeam illi seruare eandem, & expectare post cursum temporis treugæ ad vlciscendum: quoniam incontinenti quòd quis non seruat mihi treugam, & contractum, non teneor in aliquo seruare contractum: cum ultro, citroq; sit obligatorius: & non dicitur quis venire contra contractum, & scripturam l. Labeo, §. contractum ff. de reg. iur. si ex parte alterius ex contrahentium non fuerit seruatus contractus: firmat Innocen. in c. mandatum, de rescript. quem Bald. & Salyc. sequuntur in dicta l. cum proponas, C. de pact. Et circunducta consuetudine de iure est uerior opin. d. Abba. Sed vbi est consuetudo seruaretur opin. Archid. & sequacium.

127 † Quæritur de pœna illius qui treuga durante percussit aliquem de comprehensis in treuga, Dic puniri in pęnam ammissionis manus: vt aliàs dixi. §. coges, aucten. de mand. Principib. col. iii. Ita quòd puniatur in ipso membro cum quo deliquit, aucten. omnes peregrini, C. Communia de success c. i. §. Si quis, de pace tenenda. Quidam dicere possent iura prędicta loqui de pace rupta, & non de treuga, propterea fore extraordinariè puniendum l. fin. ff. de extraordinariis crimi. cum similibus iudicis arbitrio statuti, & contractus attenta forma. Vnde occurrit decidere si lex, vel statutum loquens de treuga habeat locum in pace, vel loquens de pace habeat locum in treuga: Dic ꝙ non regulariter: quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis l. Nam quod liquidè, ff. de penu. legata: Nec obstat ꝙ treuga accedat paci, & quod idem iudicandum sit de treuga sicut de pace c. nouit, de iud. quia responderi potest quòd treuga magis accidit guerræ, quàm paci: Ideò de ea iudicabitur: vt de guerra habetur in titu. de pac. constan. in §. vasalli, & per Bal. ibi: & tempore guerræ non est tutus accessus c. significauit de iud. & per Petr. de Anch. in consi. lxxvii. incip. præmissa facti serie. Vbi dicit tria esse tempora pacis videlicet guerræ, & treugæ.

128 † Quidam dicunt tempus treugę potius dici tempus guerræ, quàm pacis: vt d. c. significauit, de iud. Et quidam alii dicunt treugam esse pacem impropriè: sed propriè esse guerram, incontrarium allegat Glo. de pac. tenen. in §. Si quis hominem: & dicit quod id quòd dicitur in uiolatore pacis habet etiam locum in uiolatore treugæ c. illi q, xxiiii. q. iii. vbi text. dicit Pax uero illa, quam treugam dicimus si fideliter obseruaretur: & dicit Io. And. in add. ad Specul. in rubr. de treug. & pac. treugam magis accedere paci, & guerræ: & aduersatur prędictis opin. Bar. in l. Conuentionum, ff. de pact. vbi dicit ꝙ Capitaneus belli potest facere treugã, & non pacem, neque guerram: Et sic Pax est quoddam tertium.

129 † Distinguendum puto in præmisso casu, aut loquimur in materia fauorabili, & tunc treuga accedit paci, vel in materia restringibili, vel pœnali, & tũc secus: & procedit hoc quando treuga est facta ad tempus: Sed si treuga esset facta perpetuò tunc de ea iudicaretur ut de pace: & hoc casu haberet locum text. in c. i. de feri. Sin autem esset facta ad tempus ex qua agitur de commodo subditorum, videtur dicẽdum quòd possit die festo præstari iuramentum in instrumento treugę, vt præstatur in instrumento pacis: & si Iuris lator considerasset de treuga pro vt considerauit de pace. idem expressisset de ea, prout expressit de pace: Et ad prædicta facit Glo. in l. tale pactum, ff. de pactis: & ea quæ statuta sunt in violatore pacis possunt etiam habere locum in uiolatore treugæ: quia sicut per pacem imponitur finis discordię: ita, & eodem modo treuga operatur tuitionẽ & securitatem populorum pro tempore

illo quo stabilita est c.i. de treug. & pa.

Nā treuga est securitas pręstita psonis & rebus ad tēpus concessa nondum finita discordia: & uocatur fœdus, seu induttiæ l.Postliminium.§. induttiæ,& l.non dubito,ff de capt.& postl.reuers. Pax verò imponit finem discordię vt probat tex.in c.significauit, de iud. eundem esse effectum pacis, & treugæ, licet pax sit perpetua, & treuga temporalis pro eo tempore quo facta est treuga, & idem firmat Aluarot.in c.i.in §. si quis hominem,de pac.constan.& per Abb.in rubr. de treug.& pac.ubi dicit quòd in omnibus casibus in quibus possunt partes cōpelli ad pacem,ꝙ in eisdem casibus compelluntur ad treugam.

130 †Vnde licet propriè, & strictè differant treuga,& Pax vt in rubr de treug.& pac. cum copula quæ ponitur inter diuersa, vt in Gl.& rubr.de iur.& fact.ignor.considerato tamen effectu,& omni moderamine uendicat sibi locum in casu nostro dispositio c.primi de feriis, tam in pace, quàm in treuga c.i.ad finem iuncto principio de treug.& pac.ubi ille tex. treugā appellat pacem: & tex.in c.nouit.§.Postremo,de iud.treugam factam ad tempus appellat pacem.

131 † Et si treugę sunt inuiolabiliter obseruandę poterit ut pax treuga fieri die festo,& in ea iuramentum præstari:& tex. d.c. circa ferias honorandas æquiperat nominando treugam,& pacem: & quippè hoc reputatur fauorabile, & negari non potest ꝙ treuga non sit Pax temporalis in eo tempore determinato quo durat securitas ex ea:In materia tamen pœnali,& restringibili statuti,appellatione pacis non ueniret treuga: habetur per Alex. post Pau.de Cast. Ang. & Imo.in l.conuentionum. ff.de pact. & in l.:si ex legati causa,& in l.qui seruū.ff.de verb. oblig. quoniam treuga non dicitur esse solida pax c. Nouit,de iud.& tex.in c.i. de feri.prohibet abstinere ab opere illicito:sed cum treuga fuerit, & sit opus licitum,& pium,vt euitentur discordiæ, & rixæ:ergo ille tex.vendicat etiam sibi locum in treuga.

132 † Si quis durante treuga commiserit homicidium contra hominem in treuga comprehensum,qua sit pœna plectēdus: Dic ut aliàs dixi videlicet pœna mortis naturalis l.penul.ff.ad leg.Pomp. de parricid.& si aliter deliquerit pœna debita punietur secundum iuris dispositionem est,& treuga.

133 † Est & treuga Canonica inducta à canone: quæ seruanda est sub pœna excommunicationis c.i. & ii.de treuga, & pace: & Episcopi tenentur operari, ut seruetur Ecclesiasticis personis, peregrinis, mercatoribus, & personis rusticanis dū sunt intenti agriculturę: Et vnus Episcopus tenetur fauere alteri, aliàs priuaretur dignitate c.Si quis Romipetas.xxiii. q.iii.cum similibus.

134 † Statuto cauetur ꝙ occidens occidatur, nisi habuerit pacē ab hęrede interfecti; decessit offensus cum pluribus hæredibus,an debeat habere pacem ab omnibus:Dic sufficere maiorem partem hæredum fauore pacis: Idē tenet Bonifacius de Vitalinis de Mantua in lib.suo male. in tit.de pace.Vel ꝙ nemo extrahatur de carcere,nisi primo habuerit pacem ab offenso:& si fecit furtum an debeat habere pacem,vel dictet statutū si habuerit pacem ab hærede: & an sufficiat eam habere ab offenso,& nō ab hærede, dic ꝙ nō: cū statutum sit introductū in fauorem, & honorem hæredis secundum Bart.in l.iiii.§ Cato,in ult quæst.de verb oblig. & per Bal.in l.si manumissus, col.iii.ibi hoc iusta quero C.de liber.& eorum liber.& in l.licitatio.§.qui illicitè ff.de publi.& in l.damni.§.Sabini, & per Barto. ibi ff.de dam.infect.

135 † Vbi etiam dicit Bar. ꝙ si Pax est facta de uulnere ex quo quis est mortuus: an intelligatur facta de morte, & decidit ꝙ non,nisi in instrumēto pacis dictum fuerit de uulnere, & de omni eo quod ex ipso accedere possit, & etiam de morte si sequeretur,& per Luc.de Pen. C.vt publi.lætic.col.xxviii.lib.xii. & per Bonifacium de Mantua in lib. suo malefic.in tit.de pac.col.ii.

136 † Et si facta fuerit Pax super uno crimine

ne an partes potuerint se accusare super alio, & seu aliis criminibus, exceptis illis in quibus regulariter possunt: videlicet læsæ maiestatis, & hæresis, multis ommissis quæ dici possent, Dic tu breuiter, aut zelo iustitiæ hoc faciunt, & tunc poterint accusare, aut ex odio, vel rancore, aut liuore, & tunc non poterint: & pacem fregisse dicuntur: & in dubio est iudicandum, iuxta qualitates personarum: habetur per Luc. de Pen. in tit. vt publi. lætic. C. lib. xii.

137 † Et dicit Bar. in l. quemadmonum, circa medium per Glo. ibi C. de agri. & cés. lib. vndecimo: quòd statuta quæ puniunt delicta debent censeri facta fauore publico, & esse fauorabilia, & extendenda sicut in materia fauorabili.

138 Quæro † si treuga sit rupta, si unus in treuga comprehensus cognouerit carnaliter sororem alterius etiam in treuga ex aduerso comprehensi. Item an rupta treuga dicatur propter raptū filiæ illius cum quo facta est treuga: tenet Alex. de Imo. ꝙ non in cōsi. cxiii. Incipiente viso instrumento treugæ. Ego autem contrarium consului, & teneo ꝙ sit rupta treuga ob uerecundiam honoremq; violatū dictæ sororis, & offensam ipsius, & eius cognationis factam propter violationem dictæ sororis, & seu ob raptum filiæ: & maior iniuria esse non potest q̃ tollere alicui honorem suum: qui vitæ comparatur: & pro hac parte consuluit Hipp. de Marsi. in consi. lxxxv. ii. vol. consiliorum suorum crimina.

139 Quæro † de Abbate si potest vnà cū Capitulo remittere iniuriam factam monacho suo Bal. tenet ꝙ sic in l. Præses prouinciæ. C. de transact. l. sed si vnius. §. i. ff. de iniuriis, & l. furto. §. penul. ff. de infamibus, & per Glo. in d. l. sed si vnius, & quod fit per Abbatem, & capitulum videtur fieri per dominum l. Iubemus, & per aucten. ibi positam C. de sacros. Eccles. & per Glo. notabilem in c. potuit de locato.

140 † Treuga si facta fuerit inter duas ciuitates, & seu Principes potētissimos est seruanda inuiolabiliter: & qui illam frangit viatoribus, mercatoribus peregrinis, & agrorum cultoribus auferēdo animalia, & instrumenta agrorum infames fiunt ipso iure: & quadruplum refundant damnorum passis, & vltra personaliter puniri possunt, & debent l. fin ff. de re milit. Sin autem treuga facta fuerit inter priuatas personas semper est seruanda vt fides, dummodo fuerit illis seruata c. Peruenit, de iur. iuran. l. si diuersa, & l. cum proponas. C. de transact.

141 † De Treuga, & ipsius statutis à canone ordinatis, & an illi qui habent liberam administrationem possint compellere subditos ad pacem, vel ad treugam: habetur clarè ꝑ Abb. de treug. & pac. in princip. & sicut possunt superiores cogere subditos ad pacem, possunt & magis eosdem cogere ad treugam; & habent curare potentiores ne afficiant contumeliis minores. l. Illicitas. §. Ne potentiores. ff. de offic. Præs. & per Abb. in tit. de treug. & pac.

142 † Quid si quis promiserit non ire nisi facta pace sub pœna, & iuerit facta treuga an incidat in pęnam, & periurium: Dic ꝙ sic. c. ꝙ olim de iudę. & per Abb. in c. significauit, eodem titulo.

143 † Item quæro si dispositio concernens tempus belli, cōcernat tempus Treugæ, quia guerra non est penitus extincta ꝑ treugam: & tempore treugę curandum est ne fiant noua hostium fędera, & ipsis subsidium veniat: habetur per dominum Abb. in præallegato loco.

144 † Treuga ad tempus facta pax appellari potest temporalis c. nouit, de iud. vbi habetur quòd Rex Francorum non seruauit fędera pacis vsque ad tempus statutum: vt notat Ioan. Andr. in c. i de treug. & pac. & per Guidonem de Suzaria in tract. suo malefi. in titu. de treug. & pac. Duræ conditiones in treuga, seu pace appositæ seruiles esse, & pro seruis factæ dicuntur, & non per liberis uiris, sententia Xenocratis philosophi.

145 † Dubitat Romanus post Ang. in l. ii. §. ex his. ff. de verb. oblig. ꝙ licet partes nō compellantur ad concordiam quando discordia tendit solum ad eorum incom-

modum:vt ibi not.Bar. tamen vbi ex ea causaretur rixa,vel probabiliter dubitaretur ne uenirent ad arma : tunc Iudex compellat eos ad concordiam l. æquissimum ff.de vsufruct. & per Imol. in d.§. ex his. Si tamen fuerit dissentio inter personas insignes:ex qua dissentione turbatur respublica possunt compelli tales personæ ad pacem,& concordiam l.si qs ingenuam.§. in ciuilibus , ff. de capt.& post l.reuers.& per Bald. & Ang. in d.l. æquissimum ff.de vsufr.& in l.furti.ff.de his,qui notant infam.& in l.1.ff.de offic. pfect. vrb.& in l.cũ affirmes.C.de liber. causa,& Bar.in l.Ambitiosa ff.de decret. ab ordi.facien.& in d.§.in ciuilibus , & ibi per Alex.& per Ioan.de Anania , & Abb.in c.i.de male. & per Abb.in rubr. de treug.& pac. Et quando discordia tendit ad incõmodum alterius potest iudex suo officio uti partibus etiã nolentibus : & pro pace capitulabit iudex ignorantibus hoc facere partibus. habetur ꝑ Bar. & Alex.in l.de die ff.qui satisd.cog.& in omnibus casibus in quibus partes possunt cogi ad pacem,possunt, & compelli ad treugam:habetur per Abb.in rubr.de treug.& pac.Dicit Glo.in c.studendum, xc.distin.ꝙ partes inducuntur ad pacẽ, quando ciuiliter agitur de crimine , vel dum agitur de crimine iniuriarum ; secus merè criminaliter: & idem dicit Gl. in c.i.eadem distin.& sic in priuatis criminibus potest induci concordia,& non in publicis:hoc idem tenet Archid.in dicto c.studendum , & ponit Corsettus in notabilibus suis de pac. num.lxv. ꝙ vbi Iudex non poterit dispensare , siue sint Ciuilia , siue criminalia ibi non potest compellere:non enim potest dispensare, vel componere: vt vir facto diuortio cũ vxore possit aliam accipere c.fin.de transact. habetur per Bald.in l. ex stipulatione,C.de senten.Dixi aliàs in lib.meo de iusto, & iniusto bello an tenerentur dãna dantes ad restitutionem nume.118. Quęritur modo si pro pace facta potest cõmune remittere damna subditorum : de quo casu tetigit Innoc.in c.in nostra, de iniur. Dic posse si singuli consenserunt statuto , & iurarunt in casu d. capituli in nostra.

146 † Quæro de casu:Facta fuit olim treuga inter Regem Franciæ,& Regem Angliæ facto statuto : ꝙ milites Regis Franciæ possint impunè intrare Regnum Anglię vsque ad pascha:& ꝙ vltra sit licitum dictos milites vt diffidatos interfici ꝑ quoscunq;. Contingit militem vnum Regis Francorum iuisse in Angliam , & cum rediret per mare ventosum Anglicum intra Pascha:mare retinuit illum , & remisit ipsum in Angliam , & seu regnum Angliæ:an iste poscit interfici dicto stante statuto:dic ꝙ non,per tex.in l.Cæsar, ff.de public.licet quidam dicant contrarium,cum ille se forte nimium arctauerit in dicto regno,& sibi imputari debet l.Idemq;,ff.ad l.Aquil.de prædicta quæstione habetur plenè per Bart.in d.l.Cæsar.ff.de publi.col.iiii.

147 †Quidam fecerunt pacem solemniter de magna iniuria:& promiserunt se non offendere:an Pax uiolata dicatur per illum qui alium non aliter offendit in personam:sed illum reduxit ad calamitatem ob delationem suam,& ad periculũ amissæ substantiæ,honoris,aut dignitatis;dic ꝙ sic l.neq; infantes,ff.de fideicomissar. libert.& per Lucam de Pen.in tit.vt publ.læt.lib.xii.col.xxii.vers.xxi.& xxii.

148 †Quæro de quodam domino habente guerram cum alio domino sibi vicino, conuenit cum quodam Rege de faciẽdo treugam per vnũ annum cum tali Principe , an valeat conuentio talis : Dic ꝙ sic secundum Abb.in c. Nouit, de iud.

149 † Quid si unus Comes,aut Baro,vel ciuitas fecerit confœderationem cum duobus regibus, aut ciuitatibus : & ipse confœderatus pariter requirarur ab ambobus Regibus,aut ciuitatibus : cui primo habeat parere:Dic ipsum teneri obedire illi qui potentius ius habet,& iustitiam: ita consuluit Lud.Roma. in consi.xlvii. incip.in Christi nomine , uisis necessariis pro habenda veritate thematis l. in fraudem ff.de testam.milit.& l. non aliter,& l.ille aut ille.§.Cum ex verbis. ff. de leg.iii.

150 †Pax est opus iustitiæ vt aliàs dixi, & ne cessaria à natura, estq; optima, à bonis peroptata, & à malis neglecta: quę esse debet uera, simplex, pura, & sincera, & nō dolosa, neque insidiosa: sed perpetua, firma, & inuiolabilis. Et puniendus est seuerissim è uiolator pacis cum effectu realiter, & personaliter: & si fugerit capienda sunt ipsius bona; ut scribūt And. de Iser & Bal. de pac. tene. & idem And. in constit. reg. Siciliæ incip. Pacis cultū de cultu pac. & in Glo. constitutionis cō munis de guerra mouenda: ubi dicitur bona confiscari uiolancium pacem: & ip sos puniri morte naturali, & hos nemini est licitum receptare dicit Bal. in. §. conuenticulas in tit. de pac. iuram. firm.

151 †Et pro bono pacis est curandum tempore treugæ, & pertractare de pace futura: & si fuerit possibile componere illā durantibus dictis induciis, & seu ferial li militiæ tempore treuga nuncupato l. Dies festos C de feri. & ualde peroptatur Pax à bonis Populis c. i. de pac. tenen. & eius uiolatoribus, & c. i. de pac. constan. Nec interim propterea desinetur prouidere ad necessaria futuri belli si bellare contingerit. Nam prouerbium est uulgare militū: quod intra pacem, & treugam tristis est ille qui releuat uulnus, uel funus ab hoste: & uulgo dicitur, Intra la pa pace, & la treuga tristo è quello che releua.

152 †Et arte sępe longa fiunt induciarum, & & seu militiæ feriarum tempora: ut fœdera fiant cum amicis: & ut hostes reddantur amici: & breuis quandoq; fit treuga hostibus insidiando, ut aliqui ex militibus astutis, & valdè in militia expertis occidere possint ad hostilia ca stra ad explorandum ibi: & ut illi sub spe amicitiæ potent, & bibent cum aliquibus ex hostium uiris fortissimis, Laudautes suum Imperatorem ualde in uirtute, & munificentia dignum laudibus magnis, pollicentes illis aurum, & diuitias multas, ut fierent amici suo inclyto Imperatori, & ut ad illius stipendia accedant, & illi seruiant, reducendo prędictos uiros fortissimos ad uotum sui Principis, ut transfugæ fiant hostium.

153 †Et tales breues induciæ, & seu feriæ militares etiam arte fiunt, ut interim prouideatur exercitui circa necessaria ipsius: : & ut noua gens suis augeatur, & congregetur cum armis, annonis, munimentis, & bellicis instrumētis: Legimus Laocontem fuisse inuentorem induciarum in bello Troiano, de quo meminit Virgilius. Laocon ardens suma decurrit ab Arce &c.

154 † Et sanum est consilium vt nullus hostium miles recipiat ita passim in exercitu catholicorum induciarum tempore, ne exploret secreta exercitus, & ne calli dè insidiaretur tempore in illo feriarum militarium: quo durante augendum est imperium amicitiis prudentum exemplo Antiquorum Imperatorum: qui arte tali muniti necessariis, & amicorum præsidio uictorias reportarunt.

155 † Et est perpensandum ꝙ sæpe in otio, & mora nimia induciarum parantur insidiæ: quę arte tolluntur frequenti, & celeri motu, & exercitio Sapientum militiæ Ducum: qui diurno, & nocturno nō parcunt labori, neque auro sua sophia procurando exactissima diligentia scire secreta hostium suorum: & quòd ipsi ignorent sua: vt clades suorum euitetur, plures mittendo exploratores variæ nationis, & lingue: faciendo sanum iudicium de eorum relatu: & an sint fidi, & cōcordes aut discordes exploratores: curando ne se cognoscant ad inuicē exploratores prędicti: quia possent contingere, quòd eorum aliquis caperetur ab hostibus, vel auro corrumperetur, aut tortus fateretur: & alios reuelaret in damnum exercitus, vt alio libro diximus de exploratoribus, & excubiis.

156 † Occurrit ꝑ dies quęstio, an Generales bellorum, Duces Principum qui capitanei nuncupantur possint inducias, & seu ferias militares, & pacem facere, & componere: de quibus habetur in l. postliminium ff. de capt. & postl. reuers. & in l. conuentionum. ff. de pact. c. Innocens. xxii. q. iiii. Mancini exemplo Romani Consulis: qui fecit inducias cū Numan-

tinis absque Senatus auctoritate, & fœdus non tenuit, puto esse distinguendũ in prędicto casu si Duces bellorũ in suis facultatibus sibi datis &c. talem habent auctoritatem faciendi inducias, & pacẽ: vt olim habuerunt Excellens Magnus Capitaneus Inclyti Regis catholici Hispaniarum in Italia bellando in, & pro Regno Neapolis: & Prudens Bartholomeus de Capite Leonis nobilissimi ac incontaminati. Senatus Veneti Capitaneus generalis: Dic posse inducias, fœdera, & pacem firmare: aut non habuerint tale mandatum: sed expediat fieri pro necessario commodo, honore, & utili Imperii ipsorum Dominorum, seu Principũ pro quibus geritur bellum, aut ita requirit, & exigit status belli, & necessitas maxima: & pręcipuè ad breue tempus & idẽ est dicendum si bona fides intercessisset, aut non est ad necessarium commodum, neque ad utile, neque ad honorem ipsorum suorum Principum: & tunc facere id non possunt l. pactum ff. de pact. & l. non omni, & l. Cum plures. §. ii. & iii. ff. de administ. tuto. & l. qui fundum, ff. pro emptore, & per Fely. in c. super literis, extra de rescrip. & per Alex. de Imo. & vtrũq; Raphae. Cum. & Fulgo. in l. cõuentionum, ff. de pactis.

157 † Pax fit regulariter osculo pacis interuentu, & tactis manibus, & per risum reciprocum, & potum, & esum, & similia: habetur in l. ipsius C. famil. hærciscun. & per Glo. instit. de iniur. §. in summa, & per scriben. in l. i. ff. de pact. & Bald. in l. Epistola. C. de fideicõmiss. In domino feudi non habet locum osculum. dicebat Bald. in titu. de pac. constan. quòd tempore treugę non est tutus accessus ad alios aduersarios, ad quod facit clemen. pastoralis, de re iudic. & in titu. de pac. constan. in. § Sententiæ. Idẽ tenet D. Pręposi. Alexandr. in c. Ius gentium, distin. i. forte dici posse facta pace omnimodo Pax illa esset recens: Nam non est confidendum de recenti amico, id est nouiter reconciliato, uoluit Glo. in uerbo capitales, in c. Perpetuas, il i. de simon. & in c. accusatores. iii. q. v. & Innocen. in c. cum oportet, de accusat.

158 † Quæro de casu: per dies occurẽti, Quidam fecit pacem pro se sub certa pœna stipulata in contractu, an incidat in pœnam occidendo patrem, aut fratrem illius cum quo fecit pacẽ: tenet Bar. quòd non in l. Siquis stipulatus in. §. Crisogonus. ff. de uerb. oblig. & Vterq; Imola in l. si de uectigalibus ff. de damno infecto, quòd limitat Ioan. de Imol. non habere locum dictum Bartoli si talis offensio facta fuerit contemplatione illius cuius pater, uel frater fuit offensus: quia tunc talis Pax rupta intelligeretur: motus per doctrinam And. de Isernia in c. i. §. Item si fratrem, quibus mod. feudum amit.

159 † Vbi dicit quòd si uasallus occidit fratrẽ domini feudi in odium domini & ut dominus iniuriareť quod perdit feudũ, cũ talis felonia respiciat de directo personam domini. Et an uasallus perdat feudũ si aliud homicidiũ fecerat, habetur ꝑ Alex. de Imo. in d. l. si finita, de dã. infec. ubi distinguit an ꝓditoriè occidit, uel nõ, & an ĩ oĩ casu ꝑdat feudũ, & an tũc sit apertũ feudũ dño, & ad ipsũ redeat feudũ uel ad agnatos ubi me remitto breuitatis gratia, & ibi etiã habetur circa publicationẽ bonorum dominorum, & uasallorum delinquentiũ, & qualiter de iure seruetur.

160 † Quæro si pax rumpitur per solam castrametationem ab vna vniuersitate contra aliam: quæ insimul fecerunt pacem, vel per ędificationem castri muniti fossatis, & merulis, seu barbacanis; dic quòd sic: ita tenet Bar. in rubr. de metat. lib. xii. Pax enim facta inter duas ciuitates de non se offendendo perpetuo tempore vna ex dictis ciuitatibus se dedit Regi cuidam habenti statum ibi vicinũ; & vna post ex dictis ciuitatibus pacatis dãna, & incendia multa intulit in territorio alterius, an rupta dicatur Pax: Dic quòd sic, arg. leg. seruitus, ff. de seruit. rust. præd. & l. si quis filiabus. ff. de testam. tut.

161 † Quæritur de pace facta inter bellantes an debeat esse firma; Dic ꝙ sic: & adeò

debet esse roborata firmitate quòd nihil insit quin seruari debeat necessario iure: & hoc in tantum est verum, ꝙ si Dux belli aliquod pactum cum hostibus fecerit nedum ipse tenetur seruare, sed omnis eius exercitus not. Glo. in l. i. §. non fuit de dolo.

162 † Quid autem si à Duce belli nō esset Pax facta, sed fides data; an sit fides hosti seruanda: Dic ꝙ sic; c. noli. xxiii. q. i. & in in l. i. ff. de dolo: facit tex. cum Glo. in l. conuentionum, ff. de pact. vbi not. Bal. ꝙ hoc nō licet fieri sine iussu populi, & eo inconsulto; firmat præposit. in c. ius militare, in xx. notab. distin. i. Dicam lacius in alio libro de fide seruanda.

163 † Quæritur de occurenti casu: An Pax rupta dicatur si offenderis associantem illum: qui tecum habet pacem, Dic ꝙ sic secundū Ioan. And. post Specul. in add. in titu. de treug. & pac. & per vtrunque Imo. in l. si stipulatus, ff. de verb. oblig. & per Ang. in l. iiii. §. Cato. ff. eod. tit. Et plus dicebat Bal. in l. i. C. de Episcop. & Cler. ꝙ habens pacem cum Sempronio, si offenderit cohabitantem cum ipso Sempronio pacem fregisse dicetur.

164 † Quæro de iniuria facta vasallo, familiari, aut colono, an per Dominum vasalli, familiæ, & coloni remitti possit pro pace; ad hoc facit tex. in l. i. §. Idem ait. ff. de iniur. quem videas.

165 † Quæro de pace facta per Claudium ꝓ se, & tota parentela sua; & aliquis ex Claudii parentela, vel eius parte per illum offenditur, an rupta Pax dicatur: Dic ꝙ sic secundnm Alex. de Imo. in l. si finita. §. si de vectigalibus. col ix ff. de dam. infect.

166 † Facta pace inter duces belli, an in dubio refici debeant damna, & castra expugnata, & restitui: dicebat Ang. quòd nō, in l. sed si hac §. ꝑtor, ff. de in ius vocan. Contrarium tenet Bal. in l. fin. C. de cōdit. ob turp. caus. opin. Ang. magis iure comprobatur quàm Bal. in pręmisso casu, si iustum fuerit bellum.

167 † Quid si fuerit facta Pax inter se, & suos; & pro complicibus, & sequacibus apposita pœna de non se offendendo antequàm ratificetur per sequaces suos: & vnus ex prædictis sequacibus fuit offensus an dicatur pœna commissa; cum non habuerit ratum dictā pœnam; & an possit eam dicta sequuta offensione habere ratum, & sibi prosit; dic quòd non committitur pœna prędicta cum tempora nō sint habilia, & res non integra l. bonorū, ff. rem rat. hab. Nec rupta Pax esse potest cum non fuerit prius ratificata: vt tenet, Alex. in l. quod meo. ff. de acquiren. possess. per d. l. bonorum ff. rem. rat. hab. & per Ant. de Butr. in c. Accedens, de præben. & Bal. in l. vlt. C. ad Maced. Senat. consul.

168 † Pax si prohibita fuerit fieri per statutū dispo nens quòd de percussionibus sanguinolentis non possit fieri Pax, si quis aliquem percusserit pugno, vel manu ꝓpter quam percussionem ceciderit in terram, & fregerit sibi caput cum effusione sanguinis, an potuerit Pax fieri dicto stāte statuto: Dic quòd non, secundū Ias. in l. nō dubium, C. de leg. quoniam dolo fuit percussus l. Cum autem. §. Excipitur, ff. de ædilit. edict. & l. i. & per Ang. Bal & Paul. de Cast & per Ias. ibi. ff. de legibus.

169 † Pax an debeat haberi à filio, vel à seruo hęredibus institutis, vel ab eorum patre, aut domino stante statuto pœnam remitti bannito si pacem habuerit cum hęredibus defuncti: & hanc quæstionem ad longum disputauit pro vtraque parte Ias. in l. cum filio familiàs, ff. de leg. i. Et concludit per patrem, aut dominum, in quos omnia iura vtilia, & directa patrię, vel dominicę potestatis respectiuè habēt mediante filio, aut seruo translata: & filius, & seruus non possent adire hæreditatem sine iussu patris, aut domini: Ideò de patre, & domino intelligi debent, & non de filio, & seruo l. i. §. hæc verba, ff. quod quisque iur. & c. relatum, de cler. non residen. & cum hęres idem sit quòd dominus. §. penul. instit. de hæredi. qual. & differ. & cum addita hęreditate filius, & seruus transferat omnia iura hæreditaria in patrem, & dominum; ergo ipsi non erunt domini; sed Pater, & domi-

nus de quibus propriè loquitur statutũ prædictum : & per not.ꝑ Bar. in l. filius qui patri,ff.de vulg. & pupil. substit. & & in l. damni ff. de dam. infect. & in auꝺten. de iur. iuran. à moriente præstito in principio.

170 † Filius familiàs iniuriatus an possit facere pacem in præiudicium patris : cui actio sit quæsita ; Dic quòd non : ita tenet Paul.de Cast.in l.in personam,ff. de pact. & idem dicas de vxore pro qua cõpetit actio marito, & an sufficiat habere pacem à parte, vel requiratur quòd habeat ab omnibus.l.i. & ii.ff. de iniur. & l. quæ de crimine. C. de accusat. & per Bar. in l. Patri.ff.de iniur. & in l.Lucius, ff.solut. matri.

171 † Quæro de casu, Quidam Pater familiàs fuit interfectus relicta vna filia, & seu pluribus filiabus hæredibus suis sibi succedentibus ; an spectabit ad ipsas filias facere pacem ; & videtur dicendum quòd non ; sed ad masculos tantum ad quos spectat facere vindictam, & non ad fœminas per Glo.in c.i §. hoc autem,ad finem,qui feud.dar.poss. & per Bal.ibi dicentem quòd illa Glo. facit ad statuta loquentia de pace facienda ab hæredibus defuncti:& quòd illa Glo.procedit secundum ius longobardum secundum quòd fœmina non potest remittere faidiam,id est iniuriam ut l. i. in longob. de iniur. lib.i. & bene Bald. innuit ibi quòd illa Glo. non est vera de iure cõmuni Romanorum:& est vnus de casibus diuersitatũ iuris Romani, & Longobardi:vt aliàs dixi in tractatu cõtrarietatum iuris Rom. & Longob.Bal.in l.titia.§. Lutius. ff. de leg. ii. & singularem reputant, & tenent Ang.Imol.Raphael Cuman. & Paul.de Cast. in.iiii §.Cato.ff. de verb. oblig. & in l. Si filius qui patri, & ibi per Franc. de Aretio.ff.de vulg.& pupill. & in l. ꝓ hærede,§.fin ff. de acquiren. hæredit. & consuluit etiam Ang non spectare ad filias facere pacem pro morte patris defuncti in cons.xxii etiã si non extarent masculi, cum ad ipsas non spectent facere vindictam sanguinis,& per Bal. in l.pro hærede,§.Papi.ff.de acquiren.hæred.vbi dicit quòd satis est quòd habeatur Pax à masculis hęredibus, licet fœmina cõtradicat:quia fœmina non leuat feudum vt not.Glo. in tit. qui feuda.§. penul. & in titulo an mutus.§.i.& per Ang.ibi.Contrarium tenet Roman.in l.i.§ potissimè, ff.ad S.C.Syll per tex.ibi,& l.i.ff.de his qui se defferunt,& per Ang.ibi,& Bal.in l.Dominus,ff.de in ius vocan. Teneas tamen tu contra dictam Glo.in casu præmisso : quia illa procedit secundum ius longob. & non secundum ius Romanũ, & in loco seruaretur, vbi seruatur ius longobardum,vel vbi esset statutum, vel consuetudo quòd fœmina possit facere pacem : Sed quòd tantum ad masculos pertineret, & vendicaret sibi locum in loco vbi ius longob.seruatur, & non in loco vbi ius Romanum locum habet,& seruatur per not.per Ias. in l cum filius familiàs,ff de leg.i.& per Rom.in l.i.§ potuisse per illum tex.ff ad S.C.Syllani.& in l.iiii.§. Cato,& per Alexan. ibi.ff.de verb.oblig.Et ita intellige.l si filius qui patri,ff.de vulg.& pupil.& l.pro hærede, ff.de acquiren.hæred.Dicebat Bal.in l.si filius qui patri in fin.de vulg.& pupil.pacem posse fieri etiam per filium non hæredem occisi stante statuto quòd Pax habeatur ab hęredibus: & similiter ibidem tenent Bar. Ang. & Imol. cum sequacibus.Et dicit Specul.in tit.de prępar.iud. in fin. pacem fieri posse etiam ab eo qui iurauit non facere pacem nõ obstante iuramento,& tenet fauore pacis.

172 † Magnates quidam Capita partium secum trahentes amicos,& consanguineos multos,& sequaces suos : qui bello,& in rixis cum ipsis interfuerunt : an omnes interuenire debeant in compositione pacis,Dic quòd sic, & si non interuenerint ipsi personaliter tenebuntur , si non per se personaliter per procuratores saltem suos interuenire habentes, ad hoc ab illis speciale mandatum l. mandato. ff. de procur.c. per tuas extra de arbit. & per Reuerendum Gugli.Durantem in tit.de treug.&pac. in versi hoc quoque ipsam pacem.

173 † Et licet capita, & Magnates huiusmo-

di pro se. & ipsis promiserint, & iurauerint pro illis se agere, & curare ꝙ ratificabunt pacem : & si non ratificabunt ob hoc illi qui non interfuerunt paci, non incident in pœnam, neque in periurium aliquod, nec accusari poterunt de pœna violatę pacis cum obligati non fuerint. Nemo enim obligatur nisi ꝑ se, vel per alium de suo mandato.l.inter sti pulantem. ff.de verb. oblig. Neque Magnates, & seu caporales partium stante dicta promissione incidēt in periurium, aut pœnam si operam dederunt in eo q̄d facere potuerunt, vt illi ratificent pacem per alios obseruandam.c.ex rescripto,in fin.de iur.iuran.& c.vlt. xxxi.q.iii. arg. l.cum seruus.ff.de verb.oblig.& c.sicut, & c. ex literis, de spons. & per Luc. de Pen.in tit.vt publ. lętic.col xiii.lib.xii.

174 †Oēs aūt decimo octauo anno vsq; ad septuaginta regulariter tenent seruare pacē, secundū cōstitutiones feudorum Dn̄i Friderici primi Imperatoris de pac. iur. firman.& de pac. tenen. & extra de pac. & treug.in vi.eod.tit.& de pac.constan. in quibus iuribus pœna imponitur violatoribus pacis, & impedientibus illam fieri, & præter mortem naturalem bona publicentur, & domus destruentur violatorum pacis. Et Antiquitus ad hoc militia fuit inducta pro pace publica inuenienda, & tuenda iustitia: Adde quæ infra dicam.nu. 182.& reuideas quæ supra dixi,nu.38.42.43.44.45

175 † In Regno Pax vera, sincera, pura, & tranquilla est : vbi nullus de iudicis iniquitate formidatur, & sapientes vrbis Sabbæ responderunt Alexandro Magno illos interrogāti:si vnus qui haberet māgnum Imperium,qualiter posset magna beneuolentiam acquirere à subditis videlicet si formidatus non fuisset : beati sunt pacifici quia filii Dei vocabuntur. c.noli. xxiii.q.1.

176 † Inęstimabiles sunt pacis fructus siue diuinę, & æternæ, siue temporalis: & mundanæ:nam per spiritum charitatis, & pacis omnis tollitur occasio scandalorum, & superbiæ, & peruenitur ad æternam gloriam.c.licet.xlv. distin. & quæ parua sunt augentur beneficio pacis : & per discordiscordiam quæ magna sunt destruuntur Imperia, idem attestante Crispo Salustio Romanę historiæ scriptore : & longum quidem foret enarrare optima, & pręclara Pacis benefitia,nam per pacē omnes delentur iniuriæ, & in amore, & charitate viuitur, & ita fieri sincere debet, Exemplo Domini nostri Iesu Christi qui pepercit crucifigentibus ipsum,& pro illis orauit:& peccatoribus pœnitentibus pro peccatis confessis parcit Deus, & illis delet peccata, & de ipsis peccatis semel confessis Deo,& sacerdoti ore proprio vlterius non recordatur: sed illa reminiscitur,& in vltione venire plus non patitur: peracta de ipsis pœnitentia:nam deletum crimen, vlterius appellari non debet crimen. c. si illic, xxii.q. iiii. & c. quid durum. xxxiii.q.i.

177 † Remissio simplex iniuriarum quę sit, & qualiter fiat, & an fieri possit transactio super criminibus habetur latè per Luc. de Pen.in tit. vt publi. lętic. C. lib. xii.col.xv. facta pace cum vno Principe facta illigitur etiam pro consiliariis suis not.Bal.in marg. sua in verbo liberatio.

178 † In omnibus regulariter est attendendum,vt generaliter conuentiones,& pacta seruentur: quę attendenda sunt in quantum cernant priuatam vtilitatem, vt ff.de pact.per totum : secus si tenderēt ad publicum præiuditium : quia publica vtilitas pręfertur priuatę.l. Vtilitas. C. de priuileg.lib xi. c.licet,de iur. iuran c c.cum qui. §. in popularibus, & l. iuris gentium,ff.de pact.in §. si paciscar,& ibi sunt Glo. quæ procedunt nisi paciscens, aut tangens qui poterat duplici uia experiri ius suum,remisit vnam tantum ex dictis viis, seu remediis : & sic intelligitur tex. in l.iii.§. si his. ff. de sepul.viol. aliàs secus.

179 In † dubio autem præsumitur quis simpliciter remittens,& renuntians omni iuri suo renuntiare sibi competenti: & qui facit pactum de iniuriis sibi illatis intelligitur facere Pacem, & cōcordiam Glo. est in l.i.in §.i. verbo pactū,ff.de pact. Et ob hoc satisfactum foret statuto requi-

renti pacem, & concordiam vt bannitus rebanniatur, vel accusatus nō puniatur.

180 Quid † si dixerit statutum pacem fieri percussori, an dicto stante statuto possit fieri mandatori criminis; Dic quòd sic secundum Bal.in l. transigere.ad finem C. de transact. & l.si seruum in.§.Pretor,ff. de acquiren.hæredi.

181 †Quæro de casu: Si offensæ remissio possit propter ingratitudinem reuocari.Luc. de Pen.tenet quòd non.C.vt publ.lætic. lib.xii.col. xvii. quoniam accusatio primò competens per pactū, & renuntiationem fuit sublata ipso iure, ita quòd per contrarium pactum non posset resuscitari l.si vnus.§. si pactū.ff.de pact. & quòd per renuntiationem, uel pactionē expressam fieri non potest minus per ingratitudinem: quæ pacti, & conuentionis tacitæ instar habet,& consequitur effectum. l.ii.C.solut.matr. & l. eum qui certarū, ff.de verb.sign. Sic est in actione furti.l. si donationis, C. de donationibus l. non obstante vlt. C.de reuocan.donat.& l iii. C.de Episcop. audien. cū aliis ibi tribus legibus similibus: quæ videntur tenere contrarium in hoc casu.

182 † Quæritur de minore qui expressè remisit aut tacitè accusationem, an possit petere restitutionem in integrum contra eam: Nam dictat Euangelium si dimiseritis peccata eorum,dimittet & vobis Pater vester peccata, & delicta vestra: & è contra c. qui emendat, cum sequen. c. xlv. distin. quod intelligitur in rancore, vel quòd tangatur ex remissione vindictæ: sin autem propter aliquod interesse pecuniarum minoris quod posset conse qui ex persequutione iniuriarum: tunc posset peti restitutio, & puto eam concedi debere.l.i.& ii. C.si aduersus transf.& per And.de Iser.in consti.Feder. Imper. obscuritatem incipiente de restit.min.& per Luc de Pen.in xii.col. C. vt publi.lætic.lib.xii. Subdo si Pax fieri possit à minore, & sibi datur restitutio aduersus pacem factam per ipsum:tenet Dyn. minorem posse facere pacem, nec sibi dari restitutionem in integrum,ff.ad S. C. Syllaniam. in apnstill. & Paul. de Cast. in consf.cxci. vbi ponit an Pax facta per minorem possit rumpi per eum factum maiorem.

183 † Quæro de casu,facientes,seu reformantes pacem promittunt sibi adinuicem data dextera,& osculo pacis interueniente, & per ipsos iurato se non offendere adinuicem:contingit post quòd vnus eorum offenditur ab extraneo altero præsente,& impediri valente,& non prohibente imo permittente: vtrum intelligatur ex hoc pacem violasse, & videtur quòd non l.i. §.sed in eo,ff.ad S.C. Sylla. cum similibus,& c.culpa,& per Dyn.ibi de reg.iur. in vi.Contrarium facit, C.de Episcop.& cler. l.ad declinandam,vbi paria sunt legem violare, vel permittere quòd violef. l.fin.C.de cursf.publ. Concludit Luc. de Pen. in x. col. C.vt publi. lætic. in hac quæstione fore distinguendum attenta personarum qualitate si est solitus ab huiusmodi offensis, & violentiis eripere, & hoc nō fecit quòd præsumatur in hoc nequitia, & odium manifestum, & videbit tunc violasse pacem propter iuramentū dexteram datam, & osculum quæ præstiterit.l.si in lege.§.penult.ff.loca. sin autem fuerit homo pusillanimus, ꝙ inhabilis, ac debilis, & insolitus iurare huiusmodi offensos, & tunc non præsumitur violesse pacem;in dubio videtur in culpa si non defendit cum fecerit contra legem naturæ:quem est iuuare parem.

184 † Quædam etiam superius dixi quòd si vnus fregerit pacem prouocatus, & nescitur quis primus fuerit, & nullus prædictorum reperitur, qui teneatur ad pœnā fractæ pacis,dic nullum teneri.c.i. versi. sed quæro de treu.&de pac. Allegat,Bar. in l.cum Pater.ff.de leg.ii. & per Ant. de Butr.in c.constitutus, de pœn. & p Bar. in l.i.§.eum arietes iuncta,Glo.ff.si quadrup.pauper.fecisſ.dicat, & l. scientiam. §.iustam.ff.ad leg. Aquil. dicit tex. in l. si ii qui inuicem,ff. de donat. cau. mort. quòd si duo qui donauerant sibi adinuicē causa mortis moriantur:& nescitur quis eorum prædecesserit,non debetur donatio hæredibus not. Bar. in l.si seruum.§. sequitur.ff. de verb. obligat. & Alex. ibi

dicens

dicens hoc cõmuniter teneri, & per Bal. in l.vim ui.ff. de iust. & iur. & in l. i. C. vnde ui,& per Ang.in disputatione reno uata guerra,& per Ioan de Anan.in c. si gnificasti,de homicid. vbi pariter firmãt quòd si inter duos factus fuerit insultus reciprocus, & non appareat quis fuerit primus,nullus quantum ad interesse par tis punitur: pro interesse tamen fisci non fit compensatio doli cum dolo, & not. Felyn.in c.i.de treug. & pac. dicens fore cogitandum quòd si vnus ex insultantibus esset robustior,& audatior altero prę sumeretur illum incepisse per not. per Floria.de Sancto Petro in l.i.§.cum arie tes,ff.si quadr.pauper. fecis. dicat. ita limitando illum tex. pro quo facit lex qui duos,in §.si maritus, ff. de reb.dub. cum concord.quas decidit,ponens quòd inter duos geminos robustior præsumitur pri mo natus:hoc tamen non affirmat,neque ego affirmo,quoniam in dubio in pœnali bus promptiores esse debemus ad absoluendum,quàm ad condemnandum: quia vbi agitur de pœna criminali saltem capi tali probationes esse debent luce meridiana clariores,& liquidissimæ.l.sciant,C. de probat.& l.qui sententiam,C.de pœn. vnde ex præsumptionibus non est quis damnandus,sed magis absoluendus si ꝓbatio est dubia,l.absentem,ff.de pœn. ha betur per Alex.in cons.xv.incipiente viso processu in prima parte.

185 Quæro † de aduocato qui fuit tibi inimicus pro aliqua iniuria, & offensa,& tecũ habet pacem firmatam osculo, & iuramento:an possit contra te aduocare absq; eo ꝙ non incurrat in pœnam fractæ pacis,vel dicatur rupisse pacem si contra te aduocauerit in causis magnis ciuilibus, aut criminalibus: Respondeo sanum fore consilium dictum aduocatum se abstinere ab huiusmodi aduocatione : quia hinc inde sunt opiniones , & quòd fregerit pa cem si aduocauerit contra te dictus aduo catus est Glo.in c.de forma xxii.q.v.

186 † Quidam tenent aduocatũ vasallum per dere feudum aduocando contra dominũ feudi,habetur per Luc.de Pen.in l. milites, C.de re milit.& in l i.col.xxi. versi. xix.quæritur. C. vt publi. lætic. lib. xii. Nec dicitur seruare vinculũ Sancti Spiritus in vinculo pacis. c.fin.vii q.vlti.c, vlt.extra de postul. c. quod olim, de iud. vbi habetur ꝙ ille qui dat consilium inimico meo efficitur inimicus meus.

187 † In cõtrarium videtur quòd aduocatus tenetur inuitus ratione sui offitii publici dare consilia.l.sancimus,& l.aduocati, C.de aduocat diuers.iudic.& l.prouidendum,C.de postul. & l.ii.C. de proximis sacri.scrin.lib.xii.cum similib. Nam immunem ab omni pœna reddit illum necessitas offitii l.ii.& ibi per Luc. de Pen. C.de delator.lib.xi.

188 † Tenetq; Andreas de Isernia in tit, de form. fidelit.in lib. feud. vasallum aduocatum non prohiberi postulare,& seu ad uocare contra dominum feudi, nec domi num contra vasallum:Tu dic conclusiuè aut constat ꝙ ex necessitate offitii postu lauerit, consuluerit, aut aduocauerit : & tunc excusatur.l. post legatum, ff de his quibus vt indig.aut ex odio, & dolo malo id fecerit,vel postulauerit, cõsuluerit, aut aduocauerit cõtra illum:& tunc intel ligitur violasse pacem .

189 † Aut est dubium,& tunc non præsumitur ꝙ illud fecerit ex odio cum non præsumatur ꝙ quis sit immemor æternæ salutis.l.Sancimus,C.ad leg.Iul. repetun. & hæc vera sunt , nisi aduocatus ipse dedita opera sub prætextu necessitatis offitii,patrocinium susceperit:vt d.l.Post legatum,§.his qui, ff.de his quib. & indig. & in l.& qui data, ff.ex quib.cau.maior.

190 † Et possent prędicta etiam adaptari in testibus qui habuerũt pacem cum aliquo ; & fuerunt testificati contra ipsum vt supra dictum est in causis criminalibus,aut ciuilibus magnis, qui criminalibus assimiliantur : An ob hoc dicantur fregisse pacẽ : & videtur quòd sic.c.meminimus, extrà de accusat. vel fuit necessitate astrictus per c.i.& tot.tit. de testib. cogen. & tunc non dicetur rupisse pacem , aut ex odio,aut sponte testificatus fuerit, seu de dita opera deposuerit, & tunc pacem fregerunt ex præallegatis,& puniri possunt de pœna fractæ pacis : Ad prædicta facit

Alex.in consi.xix.prim.vol.vbi dicit si est idoneus testis ille qui habet pacé cũ eo.

191 † Et quia regulariter inimici repelluntur à testimonio,& idonei testes nō sunt; nec admitti debent ad testificandum contra inimicos suos, nec illis aliqua fides est adhibenda iuribus vulgatibus: An omnis inimicus stante dicta regula repellatur à testificatu: dic hoc esse relinquendum iudicis arbitrio an sit credendum vel non: & tale arbitrium iudicis debet regulari secundum iura.l.i. §. quæstionem,ff.de quæst.c.cum oportet extrà de accus.c.in literis,de testib.& in c.p tuas extra de simon. & in c. in summa, & in c.accusatores.iii.q.v.

192 †Quæro si Pax violetur per illum qui promisit seruare illam, & non contrauenire sub pœna mille aureorum & pacta, & legem conuentionis postea non seruauit,& in instrumento pacis non reperitur cui dicta pœna veniat applicanda: Dic tu breuiter tacitè videri actum inter partes pœnam applicari parti obseruanti l.si quis maior,in versi.mox quomodo imputabuntur eis qui intemerata pactorum iura seruauerint, C.de transact. Et sic illi obseruanti pacta applicari pœnam ex tacita conuentione partium. igitur non applicabitur fisco,cum inclusio vnius sit exclusio alterius.l.cum Prætor,ff.de iudic.& l.maritus,C. de procurat. & ita Bar. & alii sumant illum tex. l.qui fidem,ff.de transact.& l.arbiter, ff. de arbit.& l.i.per Bar.ibi,ff.de iur. fisci.

193 †Et sic pœnæ conuentionales non debét applicari fisco,nisi actum sit, & stipulatum pro fisco in contractu per partes, aut per Notarium ita stipulantem pro fisco.c.literas de præsumpt. & per Bald. in d.l arbiter certo die,ff.de arbit.& per Bal.& Glo.in l.rescriptum.§.si pacto,ff. de pact. & per eundem in l.i. ff. de his, qui pœnæ nomine,& in l.vxoré.§.agri, plaga,ff.de leg.iii.& per decisiones Bar. in.l.ii.ff.ad Trebell.

194 †Vbi loquitur de statuto prohibente fœminas succedere,& intelligi id masculis applicari, & non fisco, & per Bal.in l. maximum vitium, C. de filiis preter. & c.si hæredes,& c. nos quidem, extra de testamentis.

195 † Et pœnæ possunt licitè peti quando sapiunt interesse, & non sapiunt vsurariã prauitatem.l.Iulianus.§. idem Papinianus,ff. de actio. empt.& l. cum alleges, & ibi per Doct. C. de vsur. & l.stipulatio ista.§.altera,ff.de verb.oblig. & Gl. in c illo vos, ff. de pignor. & l. pœna, ff. de vsur.& per Archid.in c.cum deuotissimam,xii.q.ii.& per d.Ant. de Butr. & Abb.in rub.de iud. Et sic est tenendum parti, & non fisco. applicari pœnam in casu quòd pœna non sit pro fisco stipulata vt supra.

196 † Ad Episcopos spectat facere,vt Pax inuiolata seruetur gladio suo spirituali,& ad Principes, & iudices seculares suo seculari gladio: quia ex ea multa infinita bona proueniunt, vt in tit.de pac. constan.& Glo. ibi, & in aucten. quomodo oportet Episcop.in §.i. & in tit. de pac. tenen.§. si clericus, & in titul. de pac. iur.firman. vbi per Principes Ecclesiæ, & seculi puniuntur violatores pacis, & in c.i.de treug.& pac.

197 † Qnædam superius dixi si Pax rupta fuerit facta inter duos, & constiterit de fractore, & tunc primus agere nō potest contra secundum: sed secundus contra primum pro pœna pacis fractæ, quoniã primus illam fregit. l. cum Pater, ff. de leg.ii.& l.quęro.§.inter locatorem,ff.locati,& Glo.in c. dilecti, de arbitr. Nam secundus qui primum fractorem offendit nō tenebatur seruare pacem primo, ex quo primus illi non seruauit eandé: quoniam promittens pœnam, vel quid aliud,intelligitur promittere in quantũ alius seruat quod promisit: Vnde si ille non seruat promissum,non tenetur iste ad obseruantiam.c.peruenit,il.ii.de iur. iuran.& c. frustra, de reg.iur.in vi. Sed primus incidit in pœnam violando pacem,seu treugam; Igitur secundus non tenetur:tenet Abb. in c. quemadmodũ, de iur.iuran.& in c.bonæ memoriæ, de elect.& Bal.in c.sicut,il.iii.extrà de iur. iuran.tenet Ioan.And. & Specul. super rub.de treug.& pac.Bal.Iacob.de Aren.

Imol. Alex. Roma. & Paul. de Cast. in l. semel mora, ff. solut. matri. & licet secundus non puniatur rupta, quia illam ruptam à primo ruptore reperiit, punietur tamen de offensa illata. l. vulneratus, ff. ad l. Aquil.

198 † Quæritur de quæstione dietim occurrenti; Regula est ꝙ dolus cum dolo compensatur. l. i. & vlti. ff. de iniur. Quid si duo adinuicem se vuulnerarũt an fiscus compensabit dolum cum dolo, dic quòd non; sed vtrumque puniet, etiam si remissio fuisset facta inter ipsos delinquentes per pacem, & mutuam compensationem, vel per pactum, & conuentionem: quia dicta remissio non habet obesse iuribus fisci. l. si Paciscar, ff. de pact. & per Bar. in l. i. ff. de iniur. & per Bald. in l. si creditoribus, C. de manc. pig. dato manum. & per Ang. in l. qui cætu, §. nascentẽ, ff. ad leg. Iul. deui publi.

199 † Quæro si vxori detur actio, & seu accusatio de iniuria facta viro; Dic ꝙ non. l. i. §. idem ait. ff. de iniur. & sic non sufficeret habere pacem ab vxore quod limito, nisi vxor esset accusatrix de morte viri sui: tenet & Bal. in l. ii. C. qui accus. non poss. & Paris de Put. in tracta. sui synd. in verbo vlti. quoniam videretur dicendum in casu præmisso ꝙ si alii non extarent consanguinei mariti defuncti: quod eo casu posset vxor facere pacem de morte sui viri: & hoc procederet in omni alia iniuria facta viro, & vxor superesset viro mortuo, & ei vt hęres, & successor succederet vniuersalis aliis nõ existentibus coniunctis. l. i. C. vnde vir, & vxor.

200 † Quęro de patre si potest remittere iniuriam factam filio, tenet Bar. quòd sic in l. Patri, ff. de iniur. & institut. de iniur. §. Pater, & in l. sed si vnius, ff. de iniur. & in l. Lucius, ff. solut. matri. & in l. Pater. ff. de minorib. Et sic filius vlterius non accusabit: qđ limitatur nisi iniuria esset facta à persona coniuncta per not. in l. Lucius, ff. solut. matr. & in l. Papinianus, ff. de officios. test. & per Imol. & Lud. de vrbe in d. l. Lucius, & per Bar. in l. personam, de pœnis, & per Innoc. in c. non dubium, de sent. excommuni. Dicebat Bar. in l. Labeonẽ, §. filio, ff. de iniur. quòd quando Pater est vilis persona non potest remittere iniuriam factam filio, & si Pater remitteret iniuriam factã filio pro vili re, vel pro modico componeret illum qui iniuriauit filium: remissio talis non valebit: & ibi etiam tetigit Bar. de filio mancipato, de quo etiam habetur per Bal. in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad S. C. Trebel.

201 † Treuga, & Pax est semper seruanda vinculo roborata iuramenti: quoniam Deus fauet, & est in auxilio obseruantibus illas: Legitur Tysaphernem Ducem Regis Persarum promisisse subiuramento, quòd Rex Asię faciet treugam per tres menses cum Rege Agislao: qui illi fidem seruauit non suo obstante mendatio, & periurio: & nullus imposterum Græcorum, & Barbarorum dedit fidem Thysapherno ob periurium suum: & cũ fuisset Thysaphernes nouo cõgregato exercitu magno eleuatus superbia, & nũtiasset Regi Agislao ꝙ ciuitates, quas Græci tenebãt dimittere vellet, & quòd illicò discederet ex Asia nuntiando sibi bellum: & Rex Agislaus respondit Thysapherno ꝑ oratores quòd sibi dolebat Thysapherne fuisse mendacem, & periurium, & propterea Deos sibi hostes, & iratos fecisse: & quòd gaudebat illos Græcis propitios reddidisse, & pluribus commissis pugnis per Thysapherne contra Regẽ Agislaum victus Thysaphernes permansit, & superatus ab Agislao virtute sua: & demũ Thysaphernes fuit iussu regis Asiæ, & Persarum decapitatus manu Tritraustæ sui ducis: quia Deos sibi hostes fecerat ob mendacium, & periurium suum, ob treugam, ac fidem ruptam Regi Agislao, & ne Regis Asiæ, & Persię gerenda vlterius procederent in sinistrum ob tantum facinus Thysaphernis: qui hostes sibi Deos prouocauerat.

202 † Et dum vota fierent in vrbe pro victoria habita per Cæsarem contra Hypasios, & Tenteritos Germaniæ nationum: qui inuaserant Galliam, Cato inquit il-

lis fuisse ruptas indutias à Cæsare, & propterea Cæsarem dari in arbitrium hostium, vt perfidiam illam purgaret propriam: & vt contra Cęsarem blasfemiæ verterentur: qui causa fuit ꝙ non placuit populo: & per quindecim dies factæ fuerunt in vrbe errogationes votiuæ pro tali uictoria.

203 † Quæro quid operatur clausula apposita in instrumento pacis rato manente pacto: Dic operari ꝙ vnus potest petere pœnam ruptę pacis, & venire contra pacem secundum Card. Zabarel. in c. potuit, de locato: Et clausula prædicta æquiperatur iuramento vt dicit Bar. in l. si quis maior, in ii. & vlt. col. C de transact. & per Alex. de Imo. in l. ita stipulatus, in fine, ff. de verb. oblig. Adde hic illa quæ diximus supra nu. 70. incipiente; Quęro iterum cum sequenti in libro de clauibus portarum in vlt. questione.

204 † Et in quantum scripserit Liuius Patauinus nullam inueniri fœderis memoriā ante Romanos, & Latinos: qui inierunt fœdus inter se, in libro tamen sexto naturalis historiæ notat Plinius Theseum ante Romanos fœdera inuenisse: quæ prosunt in re militari, & populis bonis pacem magis quàm bellum peroptantibus, iuxta illud Poetę. Sed votis præcibusq; iubent exposcere pacem, & alibi, Paceq; per aras exquirunt: quoniam in ea proficiunt, & vtilitas gentium custoditur, & multiplicantur homines, & facultates in pace, quæ est decor, & mater bonarum artium, mores extollens, & virtutem: & tā bona est, ꝙ nihil ea melius, graciusue, & desiderabilius, rationalibus mortalibus terrenis inueniri potest.

205 † Et fuit repertum bellum, vt Pax quæratur, & in ea viuamus, & non è contra reperta fuit Pax vt bellū fiat: sed vt bellū extinguatur sequuta pace ut aliàs dixi.

206 † Quæro de pluribus uasallis habentibus feudum diuisibile ex forma inuestituræ an vnus vasallus possit prouocare alios ad diuisionem: Dic ꝙ non nisi tale pactum esset in inuestitura: ꝙ vnus possit alios prouocare ad diuisionem: sed iure feudorum, si feudum est diuisibile debent se omnes concordare, & venire concorditer ad diuisionem. l. Imperialem, §. Præterea, de prohib. alien. feud. per Frider. & per Doct. ibi aliàs non valeret diuisio sine omnium consensu.

207 † Quæro de quęstione quam ponit d. Paris de Puteo in solemni tractatu suo syndicatus, videlicet de vulnerato qui in mortis articulo constitutus remisit, & pepercit vulneranti in foro pœnitentiali: an ista remissio sit adeò valida, & sufficiens quòd possit vulnerans per curiam componi, vel mitius puniri, vel pœnam minui: Ita ꝙ non puniatur corporaliter habita pace ab offenso, & remissione iuxta prouisiones ciuitatū, & capitula Regni Neapolis; Dic ꝙ non: quia per istam remissionem in foro pœnitentiali, non dicitur remissa iniuria, neque delictum, sed solum ranchorem, & animi maleuolentiam, & odiū quod habebat offensus contra offendentem: habetur per Bar. & Alex. de Imo. & Paul. de Castro in l. si tibi, ff. de pact. & l. non solum. §. iniuriarū, ff. de iniur. & per Alexan. in l. i. de pactis vbi dicitur quòd remittens iniuriam in foro pœnitentiali non prohibetur petere iniuriam, & damnum sibi datum, & rem ablatam: habetur ꝑ Ang. de Aret. in lib. malefit. in verbo in termino defensionis.

Et si infirmus remiserit iniuriam in testamento, vel in confessione, & conualescat: an possit agere actione iniuriarū, tenent Canonistę quòd nō in c. veniens, de accus. Tu dic secundum Bal. in §. iniuria, in tit. de pac. iur. firman. quòd si plena est facta remissio, non potest amplius agere: quia per presbyterum, vt per personam publicam potest acquirere absenti. c. Parochianos, de sepulturis. l. i. §. publicum, ff. de iust. & iur. Vbi autem est remissus ranchor, vel est dubium de tali remissione, & agere potest, quoniam non est præsumendum quòd quis donet existimationē iniuriæ sibi factæ: sed maleuolentiam animi: Timorati autem Dei perfecti viri contondentes pectora sua dimittunt iniuriam; Iuxta illud dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Et

208 †Et si quis coram Presbytero in extremis laborans remiserit iniuriam, & iura uerit eo conualescente poterit agere actione iniuriarum: habetur per Ioan. And. in addit. ad Specul. in. §. Nunc aliqua in tit. de instrum. edit. Quòd secus foret si esset remissa actio iniuriarum l. in ipsius ff. famil. hærciscun. l. Diuus ff. ad S. C. Syllania. quòd ista remissio facta sacerdoti in mortis articulo ualet in foro fori, & poli; Cyn. tamen in dicta l. Diuus. in. §. fin. tenet ualere quantum ad rancorem, & idem tenet Innocentius in c. Iniuria, de iniuriis, & dicit Bal. in dicto. §. fin. quòd siquis dixerit sacerdoti, remitto odium quòd iniuria sit remissa. Guglie. de Cuneo tenet contrariũ quòd remittendo odium non uidetur remittere iniuriam l. Si domum, ff. de seruit. vrb. præd. & non petenti inimico nõ tenetur quis remittere iniuriam, nec ostendere sibi signa amicitiæ secundum Ang. in d. §. fin. & in d. l. si tibi, ff. de pact. Ad prędicta faciunt not. per Canonistas in c. ii. de homic. in vi. dicebat Bal. in l. ii. C. de liber. & eorum liber. perd. l. Diuus. ff. ad S. C. Syl. Pacem non ualere factam à mortifere uulnerato moriente: & quòd in foro pœnitentiali potest fieri Pax inter absentes arg. §. fin. instit. de iniur. sed non plenaria Pax solutionis, nisi interuenisset præsentia', & vox organizata.

209 † Quid si testator in suo testamento dixerit ego facio pacem omnibus inimicis meis, & eos libero, & absoluo ab omni iniuria mihi facta, in l. i. C. communia de leg. ista uerba operari beneficium statuti loquentis de habenda pace ab offenso, & quòd hæres cogitur stare remissioni prædictę, & seruare pacẽ, arg. l. Si ego §. primo. ff. de iure dotium: quoniam est sublata hæredi actio ad uindictam per dictum tex & omnes actiones pecuniariæ: non tamen est sublata pœna fisci. l. Transigere C. de transacti. habetur per Paridem de puteo in tractatu syndicatus in uerbo compositio. §. ult. & in uerbo tortura. §. mandauit Rex: & Alexander & reliqui scribentes in l. quarta. §. Cato, de uerb. oblig. ff. & in l. Transigere, C. de trãsact. & per Luc. de Penna in l. quid quid. C. Publi. Lętic.

210 †Et per osculum pacis datum in ecclesia non uidetur remissus rancor, firmat Bal. in c. i. quib. mod. feud. amit. & per Canonistas in capitulo olim de iure iurando in vi.

211 †Occurrit pacem, & remissionem pro omnibus iniuriis, & occisionibus, & criminibus fieri per hæredes, & partes, an per dictam remissionem intelligatur remissa pœna corporalis: & pecuniaria fisco quæsita, & supra de hac quæstione etiam tetigi in uariis locis: Dic quòd nõ: quoniam per pacem, & pactum priuato rum non potuit tolli ius fisco quæsitum neq; iniuria facta reipublicæ ob delicta commissa quin puniantur per curiam superinde, pro facienda Iustitia deputatam l. ius publicum, & l. Iuris gentium. §. Si paciscar ff. de pact. Nam interest rei publicę ne delicta remaneant impunita l. Item uulneratus, ff. ad leg. Aquil. l qui cætus, ff. ad leg. Iul. de ui publi. cap. i. de colusion. l. licitatio. §. quòd illicitè, ff. de publ. Fallit si statutum, uel consuetudo foret in ciuitate, & seu loco dispo nens quòd per pacem tolleretur omne ius quæsitum fisco tam pro pœna pecuniaria, quàm corporali, & ultimi supplicii, & talis prouisio, seu consuetudo seruaretur; l. constitutionibus. ff. ad muni cip. l. Diuus ff ad S. C. Syll. l. non aliter, ff. de leg. iii. Et idem tenet Guido de Suzaria, & Bonifatius de Mantua in libro suo maleficiorum in tit. de pac. per l. rescripto, ff. de munerib. & honor. in. §. Si quis accusatorem non habeas. Et est communis omnium sententia à qua in iudicando, & consulendo non est recedendum.

212 † Dicto circunducto statuto, Quęro Si quis habuerit pacem ab offenso uulnerato, an potuerit per alium accusari de eo dem delicto: dicebat Guglielmus de Cuneo ꝙ non potuerat: quia si parti actio non competebat, neq; fisco competebat: quia ꝑ pacẽ erat præclusa uia omnibus aliis accusandi l. Eum qui. §. in popula-

ribus, ff. de iure iuran. & l. Sepulcrum ff. de sepulc. uiol. & l. si cui §. hisdē. ff. de accusat. Dic contrarium esse uerius, ut firmat Bonifacius de Mantua in lib. suo malefic. in tit. de pace, per d. l. qui cętu ad leg. Iul. de ui publ. & per l. Si maritus, ff. de Adult. in. §. Si negauerit, & per d. l. Ius publicum, & l. Iuris gentium, in. §. paciscar. ff. de pactis.

213 Quæro † de offenso an cogi potest ad fideiubendum offendenti: qui soluit pœnam per ipsum incursam curiæ pro offensa facta, habetur tit. de accusat. extra, & per Doct. ibi, & Dic teneri l. Denuntiamus, C. de his qui ad ecclesias confugiunt, & l. Cum usufructu. C. comuni diuidundo: cum iudices habent curare, ut pacatæ permaneant ciuitates l. æquissimum ff. de usufructu, & l. Congruit ff. de offi. Pręsid.

214 Quęro de casu. † Sempronius uulnerauit lætaliter Antonium qui asseruit examinatus à quo fuit uulneratus, & dixit se non fuisse uulneratum à Sempronio, sed ab alio: an Iudex potuerit inquirere per curiam contra Sempronium: quidā dicebant quòd non propter exculpationem uulnerati: Dic opinionem prædictorum esse ueram quantum ad iniuriam uulnerati: & plus dicit Bal. in l. i. in ult. col. uersi. pone testator, C. Comunia de de leg. & Alex. in consi. xxiiii. ii. uolu. quòd talis exculpatio excusat exculpatum indiciatum à tortura, limita tu posse inquiri per curiam contra Sempronium exculpatū pro iniuria publica facta curię: quæ non habet permittere ꝙ delicta maneant impunita l. Ita uulneratus, in fin. ff. ad leg. Aquil. & l. Si quis in graui, §. i. ff. ad S. C. Syl. & l. licitatio. § quod illicite ff. de publ. c. ut famæ, de sentent. excommunicat. Limita etiam non procedere dictam exculpationem quando liquidè constat exculpatū comisisse maleficium: quoniam non obstante tali exculpatione poterit puniri: Ita tenet Bal. in d. l. i. col. fin. C. Comunia de leg. & Aretinus in tractatu maleficiorū in uerbo, qui Iudex ad probationem.

215 † Per sæpe occurrunt in ciuitatibus esse quosdam guerrantes, rixantes, & scandalosos, & impacatos: quos iudices habent corripere, & fideiussionibus cautare curiam pro pace, ne scandala occurrant, & illis sub pœna pręcipere ne se ad inuicem offendent, & iniurient uerbo, nec facto. l. cōgruit, ff. de offi. Præsi. l. si fideiussor, ff. de his qui satis d. cog. & postest illos etiam exulari, & bannire, & dare illis confines si pacem facere nollunt l. i. ff. de offic. pręfecti vrb. arg. l. fin. & l. Relegati. § solent, & §. iudicare ff. de interdic, & releg. & habent parere iudicibus suis, ut in titu. ff. Si quis ius dic. non ob.

216 † Facientes pacem an uideantur fateri delictum, ita ꝙ possint puniri per curiā absq; aliis probationibus pro delictis confessis in pace: Dic ꝙ sic l. fisci, cum similibus ibi ff. de iur. fis. l. Quoniam. ff. de infamib. & arg. l. ad solutionem, ff. de re iud. Cautela bona est quando fit Pax ꝙ delinquentes negent se deliquisse, & ꝙ notarius scribat tales fecerunt concordiam, & pacem de quibusdam iniuriis, uulneribus, & offensis: quæ dicuntur tales fecisse, & intulisse adinuicem, quoniam tunc non uidentur confiteri, sed negare l. Pomponius ff. de neg. gest. & l. Qui mutuā, ff. mand. Sed si in pace scriptum fuerit de uulneribus, & offensis factis, & illatis adinuicem tunc fatentur delictum, & poterint puniri ut supra dictū est puniri: Ad prædicta faciūt not. per Bonifacium de Vitelinis de Mātua in lib. suo malefic. in ti. de pac. in iii. col. ibi Sed quid duo fecerunt.

217 † Quęro de occurrenti quæstione. In Ciuitate Bononię dicit statutum homicidæ non prodesse pacem quin puniatur de homicidio, an dictum staturum extendatur ad mandantem fieri homicidium, ita quod Pax non proficiat ipsi mandanti, pro ut non proficit homicidæ, dicto stante statuto. Quidam dicebant dictum statutum esse stricti iuris, & non extendi: & si uoluisset idem esse in mandante dixisset l. i. §. cum ergo, de extraordin. crimin. ff. & leg. i. §. ne autem, C. de cad. tollen. & leg. non aliter

aliter ff. de leg. tertio. & forma statuti est seruanda in sua specifica forma leg. Constitutionibus, ff. ad municipal. Et id quod non est expressum, sed omissum in statuto pro non expresso, & omisso habetur leg. Quidquid astringende, ff. de uerb. obliga. & diuersitas est in uocabulo, ergo & in effectu C. de cod. leg. Si idem, & leg. Expressa de reg. iur. cum similibus. Contrarium facere uidetur Glo. in leg. Tale pactum, ff. de pactis: quę dicit statutum extendi propter identitatem rationis si statuentes fuissent interrogati, idem statuissent de mandante pro ut de occisore statuerunt: nam qui mandat fieri facere, & ipse uidetur leg. Non solum, §. Si mandato, ff. de iur. iuran. & leg. Qui mandat. ff. de solut. et qui per alium facit per se ipsum facere uidetur leg. prima. §. deiecisse, ff. de ui, & ui armata cum similibus, & plus deliquit ille qui mandat fieri homicidium, quàm ille qui facit, quoniam in se peccat, & in alium quem peccare facit. Vnde est grauius puniendus leg. in hoc modo, ff. de seru. corup. leg. si tibi, cum similibus ff. quod ui, aut clam, & hoc uerius puto secundum dominũ Bonifaciũ de Vitelinis de Mantua in suo libro maleficiorum in titu. de pac. per iura ultimo loco allegata leg. Non ideo minus C. de accusationibus. Et licet statutum dicat solum de occidente, uerba illius debent reduci ut idem sit in mandante iuris interpretatione l. ut gradatim. §. sed si lege, ff. de muner. & honor. Ad hoc faciunt not. per Ioan. de Imo. in leg. Gallus, §. Et quid si tantum, ff. de liber. & posthu. & per Alexan. ibi, & in leg. Si quis id quod, ff. de iurisd. om. iud. & in l. qui aliter. §. fin. ad finem ff. quod ui. aut clam, & in l. verba de Adult. & in consil. lii. iiii. uol. habetur per Florianum de Sancto Petro in. leg. Ita uulneratus, ff. ad leg. Aquil.

218 Quæro † de iniuriato qui postmodum comedit, & bibit cum iniuriante, an tacitè uideatur remisisse iniuriam, Dic quòd sic per tex. instit. de iniur. §. fin. habetur per Hostien. in c. olim, extra de iniur. Vbi dicit pro salute uidetur remissa iniuria per iniuriatum bibentem, & comedentem cum iniuriante, nisi iniuriatus recepisse iniuriam ad animum, & lis iam fuerit contestata: habetur per Bal. in l. In ipsi. C. famil. hercis. & in le. filio quem Pater, ff. de liber, & posthu. & in c. 1. §. Iniuria, de pace iuram. firmand.

219 Demum † Quæro si per osculum pacis remittatur iniuria, Dic quòd sic secundum Glo. in c. Pacem, in uerbo præbuisse de consecrat. distin. ii. & in c. Adrianus, lxiii. dist. & idem est dicendum per tactum manus, habetur per Ang. in l. i. ff de pactis per Glo. ibi per percusionem palmarum, quia præsumitur dilectio per tactum manum. Ita firmat Glo. fin. in c. i. de sponsa duorum, & Glo. in c. fundaměta, in uerbo Dexsteras, de elect. in vi. Sed est notandum prædicta non procedere quãtum ad repellendum quě ab accusatione, sed locum sibi tantum uendicare quantum ad extimationem iniuriæ, ut dicit Innocentius in c. I. & A, de re iudicata.

FINIS.

IVLII FERETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS EQVITIS, ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

De obedientia, & pace seruanda in exercitu Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Discordia arte in hostes seminata sæpe uictoriam parit*
Principes & duces bellorum quomodo milites suos ac urbium suarum populos in pace et cõcordia tenere habeant.
2 *Milites præceptis ducum suorum aquiescere debent.*
3 *De Alexandri magni recuperatione equi sui Bucefali ex manibus Barbarorum uirtute sui proclamatis.*
4 *Miles in exercitu rixosus, an & quomodo puniendus.*
Bruti seueritas damnatur.
Cesar qua de causa à Bruto & aliis occisus.
5 *Ira & odium in Principe esse non debent pro regni conseruatione. & nu.8*
6 *Narseti Eunuchi facta explicantur. & nu.7*
8 *Princeps tanto prudentior & excellentior esse debet, quanto maior est.*
9 *Fotionis laudes, & de statua per Athenienses erecta pro eius gloria.*
10 *Fotionis sententia. dum Alexander magnus subiugaßet Thebanos. & ab Atheniensibus petyßet Demostenem Ligurgum, Iperidem & Caridemum, qui ibi fugerant, ut illos occideret.*
11 *Milites tumultuantes qua pæna sint puniendi.*
12 *Tumultus quando puniendus.*
13 *Seditio quid sit, & unde dicatur & de gestis à Principibus pro sedandis seditionibus. & nu. 14. 15. 27 28. & 29.*
16 *Ligurgi consilium datum ciuibus suis petentibus modum repellendi hostes.*
Ciues sunt coronæ pretiosæ ciuitatum.
17 *Tumultus uis & importantia.*
18 *Homicidium pro sedando tumultu quandoq; toleratur.*
Miles qui per clamorem, aut uociferationem uel querelam fuit causa tumultus, militia spoliatur.
19 *Verecundiæ proximorum parcendum est.*
20 *Multitudo delinquens an sit punienda. & nu 21 22. & . 24.*
21 *Actus illicitus quandoq; ex causa toleratur.*
23 *Thebani inordinati aggreßi exercitum Alexandri, fuerunt cæsi, & eorum ciuitas destructa.*
25 *Milites mittendi pro custodia locorum obsidendorum de his esse debent, qui in eis pignora fidelitatis ratione sanguinis habeant.*
Italorũ militum uirtutes & laudes explicãtur.
26 *Italiæ laudes narrantur.*
29 *Seditionis uis & potentia.*
Rebelles & proditores perpetua notantur infamia, morteq; puniuntur, ac eorum bona fisco applicantur.
30 *Achilla Dux exercitus Aegyptiaci, quomodo fugatus, à Cæsare.*
31 *Proditores ut hæretici sunt in uita puniendi, & post mortem eorum memoria est damnanda.*
32 *M. Marcellus qua arte Nolam à proditione conseruauit.*
33 *Proditor quis dicatur, et quis transfuga. & nume. 34.*
34 *Milites & subditi euntes ad hostes sine licentia suorum superiorum, sunt grauiter puniendi.*
35 *Rixæ in exercitu sunt tollendæ pro eius salute & uictoria.*
Rixa propriè fit inter duos & plures, & plerunque oriri solet ex litibus & contentionibus.
36 *Concitantes populum, seu milites contra Principes suos, uel eorum consiliarios & magistratus arma inferentes pæna ultimi supplicii sunt plectendi. Qua etiam pæna punitri*

uiri possunt priuati tumultuantes.
Conspirator à testimonio repellitur.
37 *Contumacia aduersus præsidem commissa capite punienda est.*
38 *Pugnantes contra hostes sine licentia Principum exercitus sunt morte puniendi, Exemplo Manilij Dentati, & aliorum Ducum qui proprios filios percusserunt, & nu.39. et infra in tracta.de militari iustitia n.53.*
39 *Mandata Principum non seruantes puniendi sunt.*
Bonum sequens non excusat malum præcedēs.
40 *Dux belli potest militibus propter eorum uirtutem delicta militaria remittere.*
41 *Marius Arpinas & Cato, quo ordine milites suos inordinatos ad ordinem reducebant.*
42 *Manlius Torquatus quomodo tale nomen sibi uendicauit.*
43 *Obedientia quantæ sit uirtutis & potentiæ, & nu.44.45.& 52.*
46 *Toleranda plura sunt in bello quàm in pace,*
47 *Bellorum delicta an recipiant emendationem,*
Pœna statim sequitur errorem.
48 *M. Licinius qua arte dignitatem & libertatē suā seruauit ab Aristonico Thraciæ Rege.*
Lisimacus quomodo captus ab Andromachea,
49 *Inobedientia quàm maximum sit peccatum,*
50 *Princeps licet peccet præcipiendo subditis suis iniusta: non peccant subditi ei obediendo.*
Obedientia est maioribus debita.
Milites suis maioribus præstant obedientiæ iuramentum.
51 *Obedienti Principi suo parcitur licet male faciat,*
Principis sui præceptum contemnens, ut sacrilegus est puniendus.
52 *Miles an possit impunè de exercitu sine sui ducis licentia discedere, pre uisitando affinem infirmum.*
Deo & Sanctæ religioni, Principibus & parentibus ac patriæ parendum est.
53 *Vasallus, uel emphyteuta, aut debitor, qui propter paupertatē non soluit uasallagium, seu canonem debitum, non cadit à iure suo, nec debitor in periurium nec pœnam incurrit.*
Impossibilitas contractus excusat ab obligatione & periurio.
Paupertas excusat appellantem à prosecutione appellationis.
Impossibilitas excusat ab excommunicatione, & mandato iudicis.
54 *Legitimatus an succedat in feudis,*
Princeps ius alteri quæsitum auferre non pōt.



1 DISCORDIA in hostes † arte seminata victoriam sæpe parauit prudentibus bellorum regibus: qui illam virtute sua hostibus insidiando seminarunt, & hii habent curare studio omni, diligentia, & exactissima cura: vt milites sui vniti, & pacati permaneant sui exercitus, & vrbium suarum populi in dulci concordia, quascunq; ipsorum sedando discordias, laniendo, & mulcendo feroces militum animos ad pacem, & concordiam, placidis verbis redigendo illos, non exasperando iniuriatos, & contumeliis affectos: sed ipsos arte placando, & moliendo blando sermone; vtendo munificentia erga benè meritos. Nam concordia augentur parua, & discordia dilabuntur illa quę magna sunt.
2 †Et tenētur milites acquiescere pręceptis, voluptatiq;, & postulationibus Ducum suorum. quæ pro mandatis habentur de iure parendis: & vt dicit And. de Iser in c.ii. de feud. sine culp. non amitt. Maiorum Principum præces in subditis fusas sunt species violentè iubendi c.ii. de maior. & obed. cum Glo. ibi.
3 † Et dum Alexāder magnus subiugasset Irchaniam vbi Barbari equum suū Buccifalem ex manibus quorundam seruorum ipsius cœperunt, emisso per ipsum proclamate cum formidab. li pęna recuperauit illum, aliàs Barbaros omnes magnos, & paruos deleuisset: vt in proclamate præceperat, nisi equum reddidissent pro vt illicò reddiderunt.
4 † Et si aliquis militum fuerit rixosus in exercitu non odio, & inuidia suggerentium, sed prudentum consiliariorū consilio: sedato tumultu puniatur, vt pœna illius transeat in aliorum exemplum l. Ita uulneratus, ff. ad leg. Aquil. vel prudenter alibi mittatur ad custodiam si sibi tunc periculosa videbitur punitio ta-

lis;ne scandalum veniat in exercitum, sententia Casſii Romanorum Principis: quia humanitas, & clementia sæpe proſit vſa secundum tempora: & in hoc Brutum damnabat Casſius,quia nimis erat ſeuerus in omni tempore:Et Brutus Casſium monuit vt eſſe vellet cum ipſo ad occidendum Cæſarem dictatorem,prout fuit pro libertate patriç,& iuſtitia . quoniam Cæſar fouebat delinquentibus, & opprimebat patriam vt perpetuus Imperator.

5 † Et tenentur Principes cauere ab ira, & odio ſuorum pro regni conſeruatione : ne vt cæci cadant in foueam , neque ſe iraſci habeant principes in publicum aduerſus aliquos:quoniam Imperatoria virtus eſt maxima non iraſci, & hæc ſeperat reges ipſos ab aliis , & regna ſua conſeruat:nec ſeruanda ſunt odia inteſtina alio tẽpore vt dicebat Themiſtocles: ſicut Deus confeſſa peccata remittit , & obliuiſcit,ita Principes remitti, & obliuiſci habẽt per ipſos remiſſa delicta,ſi ſibi à Deo ſua remitti volunt peccata per Deum ſibi iam remiſſa propter confeſſionem per ipſos factã ore proprio Deo, & ſacerdoti poteſtatem habenti ligandi, & ſoluendi.

6 † Legitur Sophiam Auguſtam optimi Imperatoris Iuſtiniani vxorem imprudenter affeciſſe iniuriis , & contumeliis in conſpectum multorum procerũ Narſetem Eunuchum ducem egregium , armis expertum: qui iuſſu Iuſtiniani Imperatoris tunc Biſantium incolentis in Italiam miſſus cum exercitu cõtra Gottos pugnauit , quoniam Italiam occupauerant:quos bello poſt Narſes ſuperauit Venetorum , & Longobardorum ,præſidio,& ipſam Italiam liberauit:& plures Venetiis vir ſingularis Narſes eccleſias conſtruxit ex Gottorum ſpoliis : & ob iram poſt laceſsitus verborum dictæ Sophiæ in dedecus prolatorum egregii Ducis Narſetis Eunuchi, & literarũ contra ipſum ſcriptarũ, & aduerſus ipſius virtutẽ,& natalia &c.pro fide obcęcatus Narſes Italiam poſt in prædam tradidit Longobardis:qui ipſius Narſetis ſuaſione ex Pannonia cum magno exercitu duce Albono Rege Longobardorum in Italiam venerunt: per ipſum Narſem certiorata Sophia exiſtente in Biſantio cum viro decrepito Iuſtiniano , vt ipſa veniret ad rumpendum tellam quam ipſe ordinauerat ob iniuriam quam ſibi fecerat Sophia natalium ſuorum.

7 † Nec fuit prudentis ob iram petulantis hominis maculare virtutem , & honorẽ proprium in æternum dedecus ſuum, & contra iram benè cantat Venuſius Poeta Horatius in.ii.Epiſtola ſua. Et qui nõ moderabitur ira in effectum nollet eſſe dolor,quod ſuaſerit,& menſ.

Dum pœnas odio per vim feſtinet in vlto.
Ira furor breuis eſt,animum rege qui niſi paret
Imperat tunc frenis , tunc tu compeſce cathenis.

8 † Ad Regiam quidem ſpectat ſapientiã non iraſci,neque aliquid dicere, vel facere contra aliquem,niſi prius quatuor,& viginti elementorum literas mente percurrat,Athenodori philoſophi conſilio, viri ſingularis vitæ, & doctrinæ : qui ita docuit,& conſuluit Octauianum Auguſtum:& vehemens animi concitatio alia transducta parui temporis momẽto languesceret,& ſuper indè ſanctam protulit legem Theodoſius Imperator l. vendicari C.de pœn.quam legẽ quilibet bonus Princeps in mente ſemper habere tenetur. Et quantò maior Princeps eſt,tantò prudentior , & Excellentior eſſe debet,vt omnibus ſit exemplare ſimulacrũ ſplendore culminis ſuę coronæ.

9 †Focion vir fuit inclytus,Doctus,iuſtus, & prudẽs Imperator Atticus pro cuius gloria memoria,& virtute, Athenienſes ſtatuam cupri ſibi de publico conſtruxerunt: hunc peramauit Antipater virtute ſua,& odio habuit Xenocratem licet continentem,& modeſtũ philoſophum.

10 † Et dum magnus Alexãder duro marte ſubiugaſſet Thebanos in cãpis , & petiiſſet ab Atheniẽſibus Demoſthenẽ,Ligurgũ,Iperidem,& Caridemũ, vt illos occideret:& dum hoc fuiſſet nunciatũ Athe

nienſibus per illos Thebanos qui fugerant Athenas: & oẽs tunc Attici reſpiciebant in ſolum Focionem quẽ pluries vocarũt, vt proferet ſuper hoc ſententiam ſuã Et Focion tandẽ inquit, Publicã vtilitatem eſſe præferendã priuatæ, & victori Alexandro eſſe dandos petitos ciues qui fuerunt in cauſa lingua ſua maliuola irritare Alexandrũ contra patriam noſtram, vlterius etiam proferens, & ſi ego pro patria, & illius ſalute mori deberem me felicem putarem, quantũq; me pręmat amicorum Thebanorum, & ciuium noſtrorum miſericordia: qui ſub fide, & vmbra noſtra tuti ſunt; & ſufficere Athenienſibus plangere ſolam Thebarum ruinam, & prouidere ad ſalutem patriæ, cuius cõſilium exequutum fuit ob prudentiam tanti uiri: quẽ Alexander magnus, & pater eius Philippus, & Antipater habuerunt ſemper in veneratione ob virtutem & conſilia ipſius Fotionis.

11 † Quæro de tumultu imprudentũ militum qui non habent de iure tumultuare, neque diſſentire à voluntate ſui ducis: & tumultus eſt & dicitur ille qui ciuili ſeditione concitatur, & tumultuare dicitur qđ vulgò dicimus abuttinare: & puniri debent tumultuantes, ſiue populare tumultum facientes pœna vltimi ſupplicii l.i. C. de ſedic. l. aut facta. §.i. ff. de pœn. vt de Virgineo occiſo ꝑ milites tumultuantes habetur ff. de orig. iur. & per Doct. in c. venerabilis, de teſt. cogen.

12 † Nec debet tumultus pertranſire in vltus: videlicet auctor tumulti principaliter facto tractatu ex quo proceſsit ſæditio, vel animo fuit operatus popularem, vel militarẽ tumultum cõmitti aliàs ſi ob aliquod factum ciuili, uel militari diſſentione eueniret accidentaliter impunibilis foret l. Si quis ingenuam; §. in ciuilibus ff. de capt. & poſtli. reuer. & l. ſi qs nec cauſam, ff. ſi cer. pet. ad quæ faciunt not. ꝑ Bal. in l. i. §. vltim. ff. de iuſt. & iur.

13 † Seditio eſt militum, ſeu ciuium diſſentio, & eſt dicta ſeditio quia ſeorſum alii ab aliis eunt quaſi ſeorſum icio, vel eo. Et propriè eſt quando in ciuitate cum armis pugna inducitur tumultuoſa c. Perpendimus, extra de ſent. excom.

14 † Et pro tollenda ſeditione militum vtile fuit quibuſdã Principibus illos qui ſeditionem fecerunt offerre periculo, cuius timor illos vnitos reddit, & virtus ducũ, & excellẽs extimatio ſua cauſa eſt tenere vnitos milites ſuos, exemplo Annibalis qui eo præſente ſuos ſemper retinuit unitos, & parabiles ipſius preceptis: & vt hoc ſequatur oẽs ſunt artes vtendæ, in pireneis ſaltibus deleuit Annibal illos oẽs ex ſuis qui animum habuerunt redeũdi ad ꝓprios lares, ad vxores ſuas, & filios ne forent in cauſa perditionis exercitus, & gloriæ tanti ducis: qui pre gloria non parcebat alicui ex deſertoribus ſui exercitus, propter ea palmas multas habuit ſuorum obedientia militum.

15 † Et dum foret Scipio ægrotus in Hiſpania, tumultuãte exercitu ſuo quorũdam ſuaſione firmantium Scipionẽ Imperatorem ſuũ eſſe mortuum, conualidatus poſteà, ꝓbè pacauit exercitũ ſeditionis auctoribus punitis ſine uenia: & pre pudore tãti erroris exercitus Romanus cócionãte Imperatore ſuo Scipione in noua Carthagine, ibi uocatus, & congregatus pro habẽdo ſtipendio oculos tenebat in terrã: quem poſt pacatum, & in Aphrica ſemper habuit & obedientẽ. Ideò victor, & triũphator glorioſiſsimus fuit.

16 †Sanũ conſilium dedit Ligurgus ciuibus ſuis petẽtibus modũ repellẽdi hoſtes, & impetũ eorum: vʒ ꝙ ſint parati patiẽter ſufferre paupertatẽ, & ꝙ dimittant eorũ ſeditioſas cõtentiones: & ꝙ nõ muris, ſed viris fortibus ſit ciuitas circũdata. quia ciues ſunt coronæ pretioſæ ciuitatum l. i. C. de metrop. berito. lib. xi.

17 † Et eſſe poteſt bellũ, vt tumultus nõ ſit, quando bellum eſt vniuerſale: ſed tumultus eſt ſpecialis q eſſe nõ poteſt ſine bello: & tanta eſt vis tumultus, & turbatio vt maior timor oriatur, & dicitur tumultus quaſi timor multus, ſeu multorum.

18 † Et quãdoq; permittit, & toleratur homicidiũ ꝓpter ſedandũ tumultũ, ne maius ſcandalũ ſequat, vel augeatur tumultus, ſed vt ceſſet inceptus l. pen. ff. ad leg. Cor. de ſicar. Quod non permittitur in

bello in quo si seditio excitata fuerit inter milites, & ex indè foret sequutũ aliquod malũ atrox, seditionis excitatores dũtaxat morte naturali puniunt. Et si propter clamorem, seu vociferationẽ, vel querelam alicuius militis oriatur tumultus, auctor ille spoliat militia l.iii. §. qui seditionẽ ff. de re militari.

19 † Verecundię est parcendũ proximorũ, & maximè sacerdotũ ꝓpter Deũ omnipotentem, & patrẽ misericordiarum: & ne fiat obrobriũ sponsæ ipsius Ecclesiæ catholicæ c. Rursus, xi.q.iii.c.fin.lxxxii. distin. Et prudẽter dimittit illud Imperator quod est corrigendũ ꝓpter tempus aucten. quo.opor. Episcop. §. Sed neque: & cum tempus sit incipiendum à maioribus c. vt purgabit, l. distin.

20 † Et vbi multi delinquunt, & non contemnitur disciplina rei publicæ, sed patienter substineat, tunc ferienda est multitudo c. Non potest, xxiii.q.iiii in fin. & c. fin. de pœnit. dist. vi. nisi ꝙ secus est vbi timetur de multorũ scandalo, & strage, vel strages iacet pluriũ: quoniã tunc rigor iuris mittigatur in pœnis c. vt constitueretur l. distin. & c. nõ potest. xxiii. q.iiii. & c. Miramur. lxi. distin. & c. Per tuas extra de Simon.

21 † Et ex causa tolerat' quandoque canon actum illicitum, & illum non punit c. de niq; distin. iiii. Nam comedentes carnes in nocte dominicæ carnis priuii, vel in nocte vltimi diei carnis priuii nõ puniuntur ibi in canone ꝓpter multitudinẽ, & scãdalum sicut aliàs permittit adulteriũ vt vitetur homicidium c. quid veneris. xxxiii.q.i. & tamen est illicitum adulterium per legem sic permittentẽ: sed actu manẽte illicitò remittit pœna quandoq; tollerando auctoritate legis: habetur per d. Io. d̃ Lig. in lib. suo de bello c. lxxxviii.

22 † Et videns Pompeius milites suos ire ꝑ Siciliã in ordinatos, & ambulare ineptissimè cũ tumultuaria discordia, sigillauit enses, illis præcipiẽdo ne amouerẽt sigillũ sine iussu suo, & castigabat oẽs qui illesum sigillum non conseruabant.

23 † Thebani inordinati fuerunt contra voluntatem sui ducis aggressi tumultuariè exercitum Alexãdri qui illos arte interceptos, suorũ acie instructa militari ordine superauit, millibus sex ex Thebanis cæsis, & millibus triginta captis, & venditis: capta eorum ciuitate, & deprædata per Alexandrum marte secundo.

24 † Et cum contigisset tumultuariter per milites Cæsaris interfici duos ex prætoribus exercitus Cæsaris Cosconicũ videlicet, & Galbã: nõ aliter illos tunc reprehendit Cæsar, sed conciues suos vocauit ipsos, vt tumultũ sedaret, & exercitũ pacaret, & donauit vnicuiq; ex militib⁹ suis mille dragmas, & fortè inter illos ṗdia, & possessiones plures Italiæ distribuit.

25 † Optimum est consilium mittere citò milites in locis obsessis, uel obsidendis pro ipsorũ custodia: vbi eorũ sint aliqua pignora fidelitatis ratione sanguinis, vt puta parentum, aut bonorum quia in huiusmodi locis fortiores redduntur milites. Et vtile erit pro martialibus militibus Italis extra ipsam Italiam bellare: quoniam concorditer, strenuè, & impigrè pugnabunt, & regna quæcũq; subiugabunt virtute sua: nec contra ipsos vis ulla poterit resistere: vt de Romanis Italis legitur qui extra Italiam vniuersum orbem ferro aggressi palmarii, victores, & triumphatores extiterunt omnium nationum: quoniam tempore in illo vnio viguit, & concordia dulcis in Italia, & inter ipsos Italos sua virtute præditos ignota erat seditio, & stabat tunc sepulta discordia, dulci regnante concordia: quam posteà turbauit inuidia duce malo spiritu hoste antiquo humanæ naturæ, vt perderet animas, & euerteret regna sua.

26 † Italia illa gloriosa, & præclara prouinciarum omnium Regina madesit à Mare Ligustico, & à Tireno versus occidentẽ, & à fluctibus aduersis Adriatici, & Ionii versus orientem: quæ si vnita foret, & concors, nõ quidem posset à mortalibus subiugari, nisi in ipsa Italia, & cum eiusdem Italiæ viribus: ut ferox ille Pœnus Annibal consuluit Anthiochum cogitantem inferre bella Romanis. Nam ipse Annibal pluries peruenit

in

in Italiam cum exercitibus bellando cō tra Romanos, & victorias plures adeptus fuit quorundam semper Italiorum auxilio: demum à suis vocatus in patriā per C. Scipionem ferro inuasam, & deuastatam superatus marte fuit in patria sua à Romana virtute: quæ Aphricam tunc sub ditione sua posuit, & Carthaginem tributariam fecit, & post rebella tā destruxit, & triūphi gloria patriā Romā decorauit Cannēse vindicata clade.

27 †Legitur Marcum Curium Romanum Consulem ex Italia expulisse Regē Pyrrhum martiali virtute, & in bello Dardanico legionem sui exercitus seditione tumultuantem acriter punisse apud Dirachium ex illa, sorte decimata multitudine delinquentium militum: quos securi perdebat antiquitas secundum regulas iuris, & disciplinæ militaris. l. omne delictum, ff. de re milit. Marcus Curius auri pondus sibi donatum à Pyrrho Rege spreuit sua virtute, dum foret in parua villa sua: & fictilibus rapas comederet coctas in igneis prunis, inquiens prudenter Romanos malè aurum habentibus imperare, quàm id habere, & esse contentos virtute sua: & ter gloriosè triumphauit Curius pluries ouando.

28 † Et Iulius Cæsar ora militum obturauit orta inter ipsos seditione paucis percussis: & ita castra sua sedauit, & fidē arte reparauit militum suorū: quorū sacrilegos priuauit militiæ cingulo.

29 † Nam solitum est seditionis discipare exercitum, & euertere funditus vrbes, populos, & regna depauperare, & perdere: Idcirco sunt radicitus extirpandę seditiones, vt rebelles, & proditores: qui perpetua notantur infamia, etiam morte sublati, sibi confiscatis bonis, fisco sibi succedente, alio hærede carentibus ob tam nephandum, & exacrabile facinus. c. periculosè, de pœnit. distin. i. & l. proditores, ff. de re milit.

30 † Et cū Achilles Fotinus Eunuchus cū Achilla duce exercitus Agyptiaci sub spe pacis, & amicitiæ ordinasset insidias contra Cæsarem, quo percepto Cæsar Fotinū occidit, & ob hoc fugit Achilla ad exercitū suū: et cōtra Cæsarē postmodum bellū intulit habentē paruū exercitum, cui fuit impedita aqua, et tandē Cæsar arte fugauit Achillā inquiens Aegyptiacis vt insidis non esse credendum.

31 † Proditores vt hæretici puniendi sunt in vita, & post mortem eorum memoria damnanda est hærede carentium sibi fiscò successo. Et ii sunt amarissimi fructus: quos damnata gignit seditio, & soror eius proditio.

32 † Marcus Marcellus munificentia sua Nolam à proditione conseruauit Romanis Lutio Blandio ab Annibale corrupto, in fidem arte retento p Marcellum liberalitate sua sibi armis, equis, & pecunia donatis, cum placido semper humanitatis sermone.

33 † Proditores, & transfugę in re militari pro militibus non habentur. c. porrò. §. i. in vsib. feud. in tit. q̄ sit prima cau. benef. amitt. vbi habetur quòd Proditor est ille qui vadit ad hostes, vel illis literas mittit: & trāsfuga ille dicitur qui fugit, vel accedit ad hostes ꝑuerso animo.

34 † Caueantq; milites, & subditi omnes non ire ad hostes sine licentia ducum, & superiorum suorum: & quis dicatur proditor habetur in c. clericus, in Glo. ii. xlv. distin. & per Bar. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn.

35 † Rixæ sunt tollendæ in exercitu: Nam rixa propriè fit inter duos, & plures. l. ęquissimum, ff. de usufr. & l. i. §. si claua, & l. fin. ff. de sicar & l. i. §. turbam. ff. de ui bon. rapt. Et solet rixa plerunque oriri ex litibus, & contentionibus. l. seuus, ff. de act. & obl. Propterea pro salute, & victoria exercituum tollendæ sunt rixæ suorum militum, & populorum, qui in pace, & concordia conseruandi sunt omni ingenio, & arte suorum prudentia ducum: ne homicidia, & alia scandala oriantur, quæ possent occurrere inter milites ob ducum suorum inertiam. c. i. & vlti. xxiii. q. vlt. & l. si non conuici. C. de iniur. & l. si ex plagis. §. i. ff. ad leg. Aquil.

36 † Et concitantes populum, seu milites contra Principes suos, vel eorum con-

filiarios,& magiſtratus arma inferentes vt iniurias inferent ſuis principibus, vel ob iuſtitię cauſam facta ſeditione, uel cõſpiratione feriendi ſunt capitali pœna vltimi ſupplicii. l. omne delictum, ff. de re milit. l i.& l. criminis,& l. Iulię. ff. ad leg. Iul. maieſt. qua lege etiam puniri poſſunt priuati tumultuantes: qui propter conſpirationes,& odia inteſtina cõducunt milites,& alios cũ vexillis, timpanis,& tubis, ac aliis bellicis ſignis abſque ſuorum principum iuſſu: quibus in hoc ſunt inobedientes, ſpernendo temerè eorum dignitatem, illam vſurpantes præſumptuosè: vt ſępe fit in locis vbi ſunt partes Guelphæ, & Ghebellinæ nuncupatę: de quibus tractatum fecit Bar. de Saxo Ferrato: & habetur in l. iii. ff. ad leg. Iul. maieſt. & in c. quid culpatur, xxiii. q. i. quia hoc ſolum ſpectat ad ipſum Principem: & regia maieſtas in hoc offenditur. Et conſpiratores, & ſeu coniuratores huiuſmodi teſtes idonei eſſe non poſſunt, vt tenet Bal. in c. i. in §. conuenticulam de pac. iur. firman. & in logobar. habetur de conſpiratoribus in l. de conſpiratoribus in tit. de aggreſſione in vico facta, & de ſeditione contra iudicem, vel ciuitatem per totũ librum primum: & de eorum pœna habetur in l. vnica, C. de monop. & per Io an. And. Archid. & Doct. canonum in c. conſtitutiones, de verb ſigni. in vi. & in c. ſtatuimus, & in c. conſpirantium. xii. quęſtio. i.

37 † Et omnis contumatia militum contra Principem ſuum eſt capitale crimen habetur in l. omne delictum, & l. deſertores, ff. de re milit.

38 † Filium namque patris præcepto inobedientem primò virgis cæſum in conſpectu exercitus ſecuri percuſsit Manilius Dentatus licet proſperè pugnauerit prouocatus ab hoſte, & illo fugato Gemino Męcio duce Tuſculanorum: nã patri, & domino debetur obedientia l. liber homo, cum Glo. i. ff ad leg. Aquil. & idem propter inobedientiam in proprios filios fecerunt M. Torquatus Poſthumius, & Tiburtus Romani dictatores; quoniam iniuſſu ſuo, & præter eorũ voluntatem dimicauerant, & in diſcrimen, & arbitrium fortunę poſuerant rẽpublicam Romanam, & pœnas rectè lucrarunt ſecundum regulas iuris, & diſciplinæ militaris. quoniam potuiſſet in damnum rei publicæ latuiſſe hoſtium inſidias, & alia de caſu ſane ducum periret reuerentia, & ſuę coronæ obedientia pro qua voluit, & non dubitauit pati mortem Dominus noſter IESVS CHRISTVS qui obediens fuit patri uſque ad mortem.

39 † Et qui non ſeruant mandata Principũ puniendi ſunt l. ſi remunerandi. ff. mandati, & l. proculus. ff. ad Maced. S. C. cũ malum non excuſetur propter bonum quod ſequitur. c. non ſufficit, de pœnit. diſtin. i. c. vnde. lvi. diſtin.

40 † Poſſet tamen à duce, & ſeu Principe exercitus remitti delicta militaria deſertionum deſertoribus, videlicet illis q pollent virtute, & aliis prodeſſe poſſunt. l. ad beſtias, ff. de pœn. c. cũ Patriarcha. xxii. q. ii. propter diſtinctionem pœnarũ legis, & hominis. Nam aliud eſt quem incidere in pœnam legis, vel hominis: & aliud eſt poſt pœnæ commiſsionem remitti à Principe poſſe: & iura probant Principem ſi vult poſſe remittere pœnã, & commiſſa in legem per deſertores.

41 † Et Marius Arpinas contra Cimbros pugnaturus quoſdam extrà ordinẽ manentes milites nodoſa vite feriebat in caput, & illos probè ad ordines reducebat; Iuxta illud Iuuenalis poetæ de Mario ſcribentis.

Nodoſam poſt hęc frangebat verti ce vitem,
Silencus nigra muniret caſtra dolabra.

42 † Et cum Cato vbi omnia fuga completum videret, ſe ad ſecundos ordines legionum reuehitur quæ in ſubſidium poſitæ erant, & poſt ſe ad triarios reduxit in tertio ordine inſtructos in ſubſidium exercitus expeditos: qui hodiè reges cuſtodiæ nuncupantur exercitus, & ſigna præferri pleno gradu ad caſtra hoſtiũ oppugnantia ſuccedere iuſsit: & auidos

illos qui extra ordinem vidit inter equites percutiebat ense, & tribunos milit͞u inobedientes, & inordinatos centurios castigare mandauit: quia non potest sine ordine, & obedientia parari victoria: vt scribit Liuius de Tito Manlio Torquato, quod nomẽ sibi vendicauit à Torque per ipsum quæsito in duello, occiso Breno Rege Gallorum præciso illius capite; de quo meminit Poeta in vi. Aeneidos.

Aspice Torquatum referentem in signa Camillum.

43 † Obedientia est pretiosa, & præclarissima Regum veneranda corona, & murus militaris regię disciplinę: & Principes illi qui nesciunt imperare, nequeunt regnare, nec veri sunt Reges sine obedientia eorum pretiosa corona: quia obedientia illos regnare facit, sine qua non veri reges, sed vt priuati erunt, & reputabuntur sine corona.

44 † In equestri ordine, & militari exercitio equorum mansuetudo, & obediẽtia prodest, & facit victorem exercitum, gloriosum, & triumphatorem: quem sine honore reddit inobedientia.

45 † Obedientia est quippè maxima virtus. l. desertorem, §. in bello, cum Glo. ff. de re milit. iunct. Glo. in c. ne Dei Ecclesia, extra de simon.

46 † Notandum est tamen quòd plura sunt toleranda in bello quàm in pace. Nã bellum fures multos facit, quos in pace postea furca suspendit, nec statim expedit vlcisci iniurias quę regibus fiunt p suos in bello: sed consilium est, vt simulato tunc silentio per transeant, reges cum prudentia ne aliqui de amicis hostes fiant: Sed peracto bello ęquè puniri poterint. Ex parua sæpe scintilla ob Principum iniuriam ab initio nõ extincta oritur incendium magnum.

47 † Et licet errror pro bono velle suppleatur, cum Deus sit propitius illi quem virtus exaltat. Curandum est tamen ne errores sequantur in bello: quia in aliis rebus corrigi possunt errores si erratum fuerit: Sed bellorum delicta non recipiunt emendationem Scipionis Aphricani sententia, pro vt scribit Vegetius de re milit. Nam statim pœna sequitur errorem auchen. ut factæ nouę constit. in §. penult. Quia errantes in bello aut repentè pereunt, vel fugiunt, aut captiui fiunt cum deditione: & turpe est posteà dicere non putaram.

48 † Et ne seruiret Barbaro regi M. Licinius Crassus consul Romanus temerè cõserto bello victus ab Aristonico Thracię rege: & fuit adeò iratus quòd percussit quendam superbum Thracem in oculum virga qua regebat equũ, ut Thrax ille cogeret occidere ipsum, & ita Thrax prouocatus ira fecit: & arte tali dignitatem, & libertatẽ suã Licinius seruauit. Et è cõtrario Lisimacus imprudenter superatus ab Andromachea inquit memet ex rege seruum feci; quoniam fui captus culpa mea cum sano non paruerim consiliariorum meorum consilio.

49 † Maximum peccatum est inobedientia propter quam Deus damnat inobedientium animas ad pœnas ęternas transgredientium ipsius pręcepta, & legum contemptores damnant iura utriusque censuræ. l. desertorem, & ibi Glo. ff. de re milit. c. sciendum. viii. q. i.

50 † Et licet quandoque Princeps in re militari peccet in præcipiendo militibus, & subditis suis iniusta, non tamen peccant milites, subditi in parendo mandatis suorum Principum. c. quid culpatur, iũcta Glo. xxiii. q. i. Maioribus est debita obediẽtia. c. in summa xciii. dist. & vt seruetƐ obedientia in bello defferendũ est iuramentũ militibus. c. legebatur, cũ Glo. i. de maiorit. & obedien. & c. quàm quàm. xxxiii. distint.

51 † Et si parendo mãdatis Principum suorum malefecerunt milites, & subditi puniri non debent cum fecerint sibi iussa per suos Principes. l. libertorum, in fin. cum Glo. ibi, ff. de his qui not. infam. Nam verè dignus est qui obtemperauit Duci, & Principi suo, cuius si contemneret præceptum puniri vt sacrilegus de iure posset. c. ii. & per Doct. ibi de maior. & obedien.

52 † Et licet Ludouicus Romanus Doctor

magnæ auctoritatis dixerit in l. ſi vero.
§.de viro,ff.ſolut.matrim. & in l.i.ff. de
in ius vocan. & excellentiſsimus Do-
ctor Felyn. Ferrarienſis, in c. cum qui-
dam,col. penul. extra de iure iuran. te-
neantq; iura ſanguinis excuſari milité
diſcendentem de exercitu ſine licentia
ſui ducis pro viſitando affinem, vel con-
ſanguineum ſuum infirmum, ꝙ fortè de
æquitate procederet quòd ius ſanguinis
excuſaret quemquàm à pœna aliàs ſibi
à lege ſtatuta:& Dominus And de Iſer.
in tit.de pac.iur.firman.in §. receptato-
ribus:dicit receptatores conſanguineos
propter iura ſanguinis mitius puniri bo
ni iudicis arbitrio , & rectè docet l.pri-
ma.§.pœnis,C.de rapt.virg.& de effrac.
l.ii.§.i.& l.i.& ii.ff.de recept.fallit tamẽ
hoc in milite diſcendente ſine licentia
ſui ducis ex caſtris : & ratio eſt propter
publicam vtilitatem,& honorem Princi
pis ; qui honor vitę comparatur,& etiã
quia tractatur de Imperio , & de periu-
rio propter inobedientiam: & per Hipp.
Marſ.Bonon.in conſ.cxxi.in ii.vol.con-
ſiliorum ſuorum criminalium. l. ſi ita
fuerit,ff.de manum.teſtam & aucten.de
hęredit.& falſ. §. iis omnibus, & l. quo-
ties.C.de priuil. ſcholar. Corona re-
gia vt dixi , eſt obedientia qua ſublata
non quidem Rex , ſed priuatus potius
nuncupari põt,& ſine corona,& ſic Deo,
& ſanctę religioni,Principibus,& paren
tibus,patriquè parere debemus.l.veluti,
ff.de iuſt.& iur.& l.poſtliminium, ff. de
capt.& poſtl.reuerſ.& l.minimè.ff de re
ligion. & ſumpt. funer. c.i.§. Præterea,
quæ ſit prim.cau.benef.amitt.

53 † Quæro de vaſallo,ac de Emphyteuta,
& de debitore:qui propter paupertatem
non ſoluit vaſallagium , & ſeu Canoné
debitum, an cadat à iure ſuo, & debitor
in periurium,& pœnã ; Dico ꝙ nõ;quia
impoſsibilium nulla eſt obligatio.l. im-
poſsibilium, ff de reg. iur.l. inter ſtipu-
lantem,§.ſacra,ff.de verb.oblig.& l.ſi ſti
puletur,ff.de ſtat.libert.& inſtit. de hæ-
red.inſtitu.in §.impoſsibilis,& c.nemo,
de reg.iur.& c.abbati,liii.diſtin.& c.fin.
extra de pact.cũ ſimilibus.Nam ab obli-
gatione excuſat impoſsibilitas contra-
ctus, & à periurio.l. impoſsibilis, ff. de
act.& oblig. & l. certi condictio §. item
quæri,& ꝑ Doct.ibi,ff.ſi cer.pet. & l.nõ
ſolũ,ff.de act.& oblig.& §.impoſsibilis,
inſtit.de inutil.ſtipul.& ꝑ Doct.ibi,& c.
breui,de iur.iur.& c.Odoardus,de ſolut.
& ꝑ Bar.in l.Labeo,in fin.ff.de iur.iurã.
& per Bal.in l.acceptã,C. de vſur. & in
l.fin. C. de non num. pecun.& in c.i.§.
porrò,quæ ſit prim.cau.benef. amitt. in
vſib. feud. & per Doct. in l.quod te, ff. ſi
cer.pet.& per Alex. in conſ. xcii.in pri.
vol.& per Abb.in conſ.xc.in prima col.
Imò plus dicimus quòd impoſsibilitas
pauperis, & ſeu paupertatis excuſat ap-
pellantem à proſecutione appellationis:
ita ꝙ elapſo tempore, ſeu fatali ad proſe
quendum appellationem,non dicitur ap
pellatio deſerta,firmant Innoc. & ſequa
ces,in c.ex ratione. de appell. & Bar. in
l.ſi procuratorem.§.ignorantes ff.man-
dati,& Bal.in l.fin.C.de condit.in ſer.&
in l.ſi quis teſtium,ff.de teſtib. & in l. ſi
acceptam,C.de vſur.& Ang.in l. illud,
C.de anno.& per Hipp Marſ. in con.lv.
in pri.vol.conſil.criminal.vbi multa al-
legat in repetitione ſua,ff.de fideiuſ. vbi
dicit fideiuſſorem liberari etiam ꝓpter
impoſsibilitatem paupertatis. Et etiã
hac de cauſa quemlibet liberari ab excõ
municatione, & mandato iudicis ꝑ tex.
in l.fin.C.quæ ſent. ſine appell.reſcind.
per Oldradum in conſ.cclxxvii. & Ca-
noniſtas in c. quæſtioni, extra de appel.

54 † Quidam filius ſpurius miles fuit iniu
riatus à cõmilitone quòd non ſuo patri,
neque matri ſuccedere poteſt in feudo,
& ꝙ etiam ſi foret legitimatus non poſ-
ſet ſuccedere in feudis niſi in ea,hoc fũ-
iſſet expreſſum ab habente talem aucto-
ritatem legitimandi tex. eſt in l. ſi qua
illuſtris.C.ad orfic. Et certè regulariter
in feudis non ſuccedit legitimatus.c. na
turales ſi de feud.controu.fuer.inter do
min.& agnat.Quod ꝓcedit ſiue ſit feu-
dum paternũ,vel maternũ,antiquũ , vel
nouũ,vt dicit And.de Iſer.optimꝰ, feudi
ſta in d.cap. & poſtipſum Aluar.qđ etiã
habet locum in ſpuriis ; Licet nõ ſint no
minandi

minandi filii, auctên.ex complexu, C.de inceſt.nupt. vbi habetur filium naturalem, aut ſpurium de iure cōmuui ſuccedere matri.vt in dicta l.ſi qua mulier, C. ad orfic. In feudis tamen non ſuccedunt per d.cap.naturales, ſi de feud.contr.& ꝑ Aluar.in c.i.an maritus. Quod fallit niſi per Principem fuiſſent legitimati ut poſsint ſuccedere in feudis quod fieri poteſt, dum feudalis ſucceſsio exprimetur in ea, aliàs ad feuda ſimplex legitimatio non extenderetur niſi fortè ad beneficia quis legitimaretur. Si tamen extarent filii, vel agnati quibus iam foret ius quæſitum, tunc variis ommiſsis opinionibus doctorum huius ſum voti Principem cū omni qua decet ſemper reuerentia in legitimorum, & naturalium necem feudi capaces facere non poſſe ſpurios, & naturales: & in hanc ſententiam concurrit dominus And.de Iſer.& Iacob.de Alua. in d.c.naturales: quoniā ius tertii Princeps ſine cauſa legitima tollere non poteſt, nec debet tollere ius meū mihi iam quæſitum habetur per Cyn.in l. reſcripta, C.de precib. Imper.offeren.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS.
EQVITIS, ET COMITIS
LATERANENSIS PALATII,

De conſeruando exercitum in effœminatum. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Principes quomodo exercitus ſuos ineffæminatos tenere debeant.*

Caſtra unde dicta.

Milites in caſtris hoſtes Veneris, & Cupidinis eſſe debent, diuina armati uirtute, ob honorem & gloriam.

Fotionis Attici Imperatoris mirabile dictum contra Archibiadem Laceniſtam.

2 *Milites cauere debent à uitio Luxuriæ, ne eo inebriati facile uincantur.*

Principes bellorum aliorum ſimulacrum, & exemplare ſpeculum, in laboribus, moribus, et uirtute eſſe debēt, carereq; uitiis, ſibi primitus imperātes, ſi rectè aliis impare intēdūt.

3 *Coitus & ſomnus unde procedant.*

Alexander magnus crapulam & potum vitauit, temperateq; uixit, ita à Philoſopho ſuo magiſtro doctus.

4 *Luxuria quanta mala pariat contra Imperatorem exercituum, & eorum milites. & nu.5.*

5 *Tonſores quo tempore in Italiam Venere.*

6 *De donatione plurium regnorum facta Cleopatræ propter luxuriam per M. Antonium, cum moleſtia Senatus Romani.*

7 *Coitus quid ſit, et quæ mala ab ipſo proueniāt.*

Mulier initium fuit primi peccati, & primum parentem eiecit à paradiſo deliciarum.

Coitus quilibet ꝓhibetur ꝑter q̄ matrimonialis.

8 *M. Cato cauſa euitandi fornicationem in ſenetute uxorē puellam accepit, & Piſiſtratus uxorem duxit ut plures filios procrearet.*

9 *Vxoratus qui cum propria uxore coit cauſa habendæ prolis, et reddendi debitū nō peccat: & ſi cauſa incontinentiæ coit, & expellendæ libidinis, ueníaliter peccat.*

Vxoratus abutēdo uxore ſua mortaliter peccat.

10 *De milite capto amore puellæ à Quinto Fabio increpato, qui adeò erubuit, ꝙ amplius fœminon aſpexit.*

11 *De captura Sophonisbæ, uxoris Regis Siphacis per Maſiniſſam. & de ipſius Sophonisbæ, morte.*

12 *De Ouinio carcerato à Iulio Cæſare, quia uxorem Caluiſii ducis in caſtris militari ueſte inducta de nocte induxerat.*

13 *Principum maxima eſt gloria & mortalium, uincere ſemet ipſos diuina ratione, & uirtute propriam carnem caſtigando.*

14 *Sanctum eſt ambulare cum bonis, & bonorum ſequi ueſtigia, mores, & documenta, & malorum fugere cōmercium.*

15 *De Demetrij filij Antigoni uituperata luxuria & alijs suis gestis & morte.*
Sodomiæ uitium est omnino fugiendum.
16 *Romani milites in castris non tenebant fœminas, ganeas, neque cinedos.*
17 *De morte castæ Lucretiæ & expulsione Regũ Tarquiniorum, & libertate vrbis Romæ.*
18 *Mali an sit repellendi, uel tolerandi.*
Boni semper sunt amandi, fauendi & extollendi.
19 *Fœminæ an succedant in feudo franco.*

1 MAXIMA est † prudentia illorum bellorum Imperatorũ qui exercitum suum seruarunt, & seruant in effœminatum, sed illum tenuerint, & tenent in assiduo exercitio, & laboribus militaribus, repellendo ab eo ganeas, & fœminas, aliasq; personas inutiles ad bellum; Optimi Scipionis, & Pii Metelli exemplo Imperatorum in militia expertorum, & excellentissimorum magistrorum. Castra dicta sunt quasi casta, quoniam ibi casti esse debent viri, & esse hostes Veneris & Cupidinis, diuina armati virtute ob animarũ salutem, & corporum fortitudinem, honorem, gloriã, & laudem immortalem militaris religionis, & disciplinæ. Prudens Fotion Atticus Imperator videns mendacem Archibiadem Laconistam nuncupatũ pro pulcra, & longa barba benè compta, & lissata, cum lasciuis odoribus honorari, & queritantem fictis moribus suis amari à populo, & in eo habere creditum ob eius grauia supercilia, & tardum meatum, cũ Lacedæmonico habitu, & illum fore mẽdacem, illi barbã tetigit Fotion inquiẽs, O quàm laudabilius foret hanc barbam tuam reliquisse, & vestimenta quę sunt ornamenta proborum, quàm negare verum, & esse inimicum veritatis, & Martis: qui odit delitias Veneris.

2 † Nam victi pluries remanserunt effœminati milites, molles, commati, lissati, & delicati, inebriati vitio luxuriæ: & benè cantat Ouidius.

Non faciunt molles ad fera tella manus.

Et illi qui non sequuntur disciplinã militarem Scipionis Aphricani, Pii Metelli, Marci Scauri, & Catonis, sed taidis castra frequentantur in horis captiui fiunt fortis Martis antè, & post bellum artibus capti Venereis, sauciati Cupidinis armis, & sagittis, retibus inuoluti, pestiferis officientibus bellicæ virtuti. Aliorum simulacrum, & exemplare speculum in laboribus, moribus, & virtute esse debent Principes in bello, & pace, & cunctis carere vitiis sibi primitus Imperantes, si rectè aliis intendunt imperare. c. iniquum, xxxii. q. vi. c. iudicet se ipsum homo, de pœnit. distin. i. & c. iudicare, xi. q. iii. Pausanias Rex, & Atheniensium dux occisus meritò fuit propter luxuriam.

3 † Coitus, & somnus procedit ab humana infirmitate ob nimium æsum, & potum. Ideò Romani quàmplures Imperatores virtute se abstinuerunt à crapula, & à potu: & magnus Alexander pro posse vtrunque vitauit, temperatè viuens à philosopho suo magistro doctus.

4 † Infames luxuria reddit Imperatores, amicis, & inimicis odibiles, contemnibiles, & suę turpitudinis imitatores: milites de strenuis facit imbelles. & sæpe priuat illos honore, gloria, & triumpho. c. ue qui dicitis malum bonum, cum sequenti. xi. q. iii. fortemq; martem luxuriosa voluptas vitiorum esca deserit, & ipsius vires eneruat furiosa libido: & Martiales viros solitos castrametari sub diuo frigido, aere sereno, & pati famem, & sitim, pluuias, & ventos, frigus, & æstum, in laboribus nutritos in seruitutẽ detinet: & fortes animos tollit, & effœminat mollis Venus, quę Troianũ euersit Imperium, & imprudentum militũ fortissimorum virtutem opprimit per dies. Nec turpius est marcialibus viris solitis vincere viros, se superari à fœmineo sexu, & propter ipsum vt lepus, & rana in uilescere: Milites libidinosos nõ esse sui iuris prudens Cato firmabat, sed alieni corporis, & in aliena potestate subiectos: quoniam amantium animæ in alieno vi

uunt corpore. Vt de Marco Antonio cũ Cleopatra Aegyptorũ Regina legitur; Apuliana vna inermis femella ex Salapio orta, & Capuanæ delitiæ Pœnorũ ducem armatum Annibalem cum exercitu suo euerterunt, & se Carthaginensium gloria coronarunt, & Romanum Imperium absque bello conseruarunt, experto post modum prælio, & uicto Annibale in Aphrica, captaque, & destructa Carthagine maximi Scipionis Aphricani, & Aemiliani virtutibus, & ingenio: ocium, post Venus, Cupido, uoluptas, odiũ, & discordia: honoribus, triũphis, ouationibus, & tropheis Romanum priuarunt Imperium.

5 † Vidimus in quibusdam Apuliæ locis, fœminas in palio suo super caput, & antè eorum faciem portare mẽtulæ formã in vituperium fortè victæ virtutis Annibalis, cum quo tonsores in primo bello punico venerunt anno illo quo Annibal venit in Italiã in qua perantea nõ erãt.

6 † Molestum quippè fuit Cæsari Augusto, & Romano Senatui munus quod fecit M. Antonius Cleopatræ propter luxuriam: cui præter Imperium suũ Aegypti acreuit Feniciam, Syriam, Celeam, Cyprum, Arabiam, & Iudæam per Antonium mortuo ipsius Rege Anthigono; partim quoque Siciliæ, & alia quàmplura regna per ipsum bello quæsita cũ Romanis viribus: & illam coronauit regno suo Aegypti, Libiæ, Sirię, Celeæ: & cum ea regnare Cæsarionem ex ipsa, & Iulio Cæsare Dictatore procreatum iusserit: & ꝙ filius Antonii ex Cleopatra reges regum nominauerit, & assignauerit Armeniam Alexandro cum Media, & Parthia, & Ptolemæo Ciciliã dederit: quos omnes vestibus variis ordinatos diademate in Alexãdria coronauit Antonius tunc Bacchο plenus.

7 † Coitus enim est quædam porcorũ proprietas, & abreuiatio vitę, vt dicebat Aristoteles, & Solomon Fornicarios, luxuriosos hæreditare putrediné, & vermes, firmauit: & nihil esse magis nociuum, & mortiferum ingenio quàm ipsa luxuria: quæ peregrinari mentem facit à ratione vt docet Fulgentius. Et si libido amplectitur animum, ipse perditur animus, & vita breuiatur: Et probè dicebat Seneca, tria sustinere dãna ꝓpter libidinẽ, videlicet Deũ offendere, & propriũ honorẽ, & humorẽ tollere sui corporis, & ꝑdere denarios. Mulier initium fuit primi peccati: & primum parentem deiecit à paradiso deliciarum, & omnis coitus est prohibitus pręterquàm matrimonialis, & in clericis est perniciosus animæ. c. vt clericorũ mores, extrà de vit. & honest. cler. & c. nemo, xxiii. q. iiii. & c. qui dicit, vxorem non habeo ibidem.

8 † Et cum foret M. Cato senex, & sine vxore ne fornicaret vxorem puellam accepit ad quem aues sit eius filius Cato cum sociis veniã obsecrans, & si hoc verum erat ꝙ ad hoc fortè ipsum induxisset ab eo petiit: cui pater senex respõdit, hoc feci vt multos procrearem filios pro republica tibi similes, & simili ratione Pisistratus iam factis adultis filiis suis mortua vxore aliam vilis conditionis accepit vxorem, & filios plures ambo procrearunt qui excellentes fuerunt in armis, & literis.

9 † Et si vxoratus coit cum propria vxore causa habendę prolis, & reddendi debitum non peccat, sed meretur: sed si coit causa incontinẽtię, & excellendæ libidinis, & voluptatis, tunc venialiter peccat. c. quidquid, & ibi Glo. xxxii. q ii. abutẽdo autem vxore sua semper mortaliter peccat: & est nephas loqui de tam abhorrendo crimine contra naturã auctẽn. ne luxu. contra natu. per totum titulum, coll. vi. & l. Iuliam, & l. fœdissimam, & l. cum vir nubit in fœminã, C. de adult. & Iuuenalis dicit in increpando vitia.

Quid queris, nubit amicus

10 † Quintus Fabius maximus fuit secreto increpatus militẽ qui captus amore cu iusdã puellæ discedebat de castro, quã in exercitu fecit venire Q. Fabius erga militẽ inquiẽs ironicè maneas modo in castris cũ ista: & miles adeò erubuit ꝙ fœminã amplius nõ aspexit: quæ per Fabiũ missa postea fuit ad domũ propriã fœminę, ne maneret i castris, & pẽpcit militi.

11 † Et dum Masinissa capto rege Numidarum Syphace, de Sophonisbam vxoré Regis Syphacis in captiuam acceperit, & illi promiserit eam in vxorem accipere data sibi fide, de non præsentando ipsam Scipioni Romanorum Imperatori. Et cum postmodum secreto monitus fuisset à Scipione erubuit Masinissa; cognoscens se illi debere, & deliquisse, cum parere debuisset optimo, & continentissimo Imperatori, & eius virtuti: & literas cum veneno misit Sophonisbę vt captiua venire deberet Romanorum Imperatori, vel sumere venenum: & illa magis bibit venenũ, & periit: ne captiua iret Romã cum triumpho Romanæ virtutis.

12 † A Iulio Cæsare fuit carcerat⁹ Ouinius qui sub Caluisio Sabino militabat, quia in vxoré Caluisii ducis luxuriosam fœminã de nocte duxerat in castris militari veste indutã: Nec umq̃ fuit à carcere liberat⁹, nisi post morté dictæ mulieris.

13 † Gloria maxima est Principum, & mortalium vincere semetipsos diuina ratione, & virtute propriam carnem castigando, & illam in seruitutem redigendo, vt docet Apostolus: & qui iustè pro Deo, & anima sua spiritualiter pugnant contra malos spiritus, coronãtur ęterna triũphi corona: & plus est pugnare spũaliter contra malos spiritus hostes intrinsecos; q̃ contra visibiles hostes, carnalia bella peragere: cum quibus continuò non pugnatur, vt fit assiduè contra malos spiritus: cum quibus est continua pugna, & rara victoria. Et reges illi qui cognoscunt Deum, & ipsum timent, & venerantur, odio habent milites illos qui turpia, & vitia sequuntur: & magis peroptant prostibula, quàm manus cõserere in hostes.

14 † Sanctum est ambulare cum bonis, & bonorum sequi vestigia, mores, & documenta, & malorum fugere cõmercium: qui sine virtute, sine modestia, sine spe, sine charitate, sine misericordia, sine pietate, & temperantia, sine fortitudine, & fide; sine iustitia, & pudore, viuentes cũ dedecore; Deum spernunt, & ipsius præcepta: odentens illum cum sua religione, non cognoscentes summum bonum Deum luminum.

15 † Vituperatur virtus Demetrii vrbium expugnatoris filii regis Antigoni ob luxuriam ipsius ineffœminatam; Laudatur prudentia Democlis pulcri, & prudentis adolescentis: qui dum esset in balneo, & improbè conaretur Rex Demetrius viciare illum, quod pati noluit Democles sapiens adolescens: & ne ui turpiter cognosceretur, aliud non habens refugium; & ne pateretur iniuriam tantã cum ęterna infamia, & ignominia se proiecit in vas aquæ bulientis, & ibi in conspectum tyranni gloriosè perit Democles, O, Scęlus nephandum uinci à suili voluptate: & ob hoc tãtas perdere palmas, quas mari, terrauè fuerit consequutus Demetrius: qui nec vestalium virginum, neque proprię sororis respexit honorem: Ideò ipsum in prælio fuit peccatum suum prosequutum, dum filium regis Asię Seleuci Antiochum insequeretur sciso ipsius exercitu: & rediens ad suos posteà reperiit patrem Antigonũ fuisse ab hoste occisum in tentoriis eiusdem fracto exercitu filii expectantem auxilium in pugna. Et post varia rerum discrimina fortuna sibi contraria exulatus à sorte secunda in maximam reductus calamitatem sublata sibi Asia à Lisimaco, & à Ptolemęo occupatum Cyprum vidit cum obsessis pignoribus suis charioribus, relictis Lacedęmoniis, & rebellatis Athenis in deditioné peruenit Seleuci regis Asiæ: qui Demetrum captiuum posuit in castro Cheronensium Syriæ: vbi ocio, crapula, & luxuria vt sus in luto inuolutus periit annorum. lxiiii. inter concubinas.

16 † Nec durum fuit Romanis militibus in castris, & exercitibus morantibus habere ab ipsis exulatas fœminas, ganeas, & cinedos; ob virtutem eorum, & assiduũ exercitium labores, & ludos militares. Ita ꝙ nullum tempus pro Venere, & ociosa seditione. Et Mirades Rex Aegypti filium suum in exercitio bellico instruxit à teneris: qui facto posteà adulto, Arabos bello inuasit, & vicit, & illos penitus destruxit sua virtute.

Tyrannorum

17 †Tyrãnorum luxuria causa fuit mortis castæ Lucretiæ, & expulsionis superborum regum Tarquiniorum, & libertatis Vrbis, duce Bruto, sub cuius consulatu, & Publii Valerii publicolæ propriæ non parcito soboli; deposito Collatino marito Lucretiæ Roma liberata fuit a tyrannide.

18 † Mali à bonorum sunt repellendi cætu, ne bonos inficiant, Iuxta illud. Sordida facta pecus totum corrumpit ouile. Tolerandi tamen sunt mali homines propter bonos, quando de eorum correctione non desperatur, nec propterea sunt deserendi boni propter malos: quia boni sunt semper amandi, fauendi, & extollendi c. Tolerandi. xxiii.q.iiii. & vii.q.i. c. aduersitas, & c. Quisquis. xxiiii.q.i. Et nihil est tam immobile quàm mulierum quarundam uoluptas: quæ similes sibi persæpe faciunt homines facilè credentes illarum imbecillitati, & vanitati.

19 † Quæro de feudo franco si in eo succedunt fœminæ Bal. tenet quòd sic in octaua feudorum diuisione: quoniam feudũ francum est liberum, id est, quòd vasallus tenetur tantum ad obseruationem fidei, & non ad seruitia, sed ad maleficia cessante pacto, vel consuetudine. Posset contrarium teneri ob multas rationes, vt tenet insignis, D. Franciscus De curte in quinta limitatione feudi: Nam regulariter fœmina in inuestitura cõprehensa cum masculis, fęmina tamen cum masculo non admittitur in feudo licet in inuestitora uasalli dicat pro se, suisq; descendẽtibus masculis, & fęminis, tamen cum masculo nõ admittitur fęmina c. i. & per Doct. ibi de Episcop. vel Abb.

FINIS.

IVLII FERETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS EQVITIS, ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

Da militari iustitia, & de pœnis desertionibus infligendis. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Bellorum Imperatores bellare intendentes quid agere habeant,*

2 *Pissenij Nigri Romanorum dictatoris iustitia contra milites qui pullum gallinaceum ablatum cuidam prouinciali comederunt.*

Brutus Lucinum Salam Romanum ducem pro furto facto in Sardinia declarauit infamẽ & cingulo militiæ priuauit.

3 *Publici latrones, impunè interfici possunt.*

Milites nullum quæstum quærere habent, sed suo stipendio contenti esse debẽt. & nu. 124.

Militantes propter prædam peccant.

De Alexandro qui noluit scribere Athheniensibus in fauorẽ Anthenodori condemnati, quia non interfuerat sacrificio Bacchi, sed potius illi pecuniariam pœnam remisit.

Salinator Consul dãnatus fuit à Populo Romano, quia inęqualiter diuiserat prædam militibus bene merentibus illam.

4 *Luculli sententia cõtra inordinatos milites suos qui fugerant.*

5 *Publius familiaris Mithridatis, qui mortuo Rege, uaginam ipsius ensis Ariato uendidit. et Caius dicti Regis commensalis, qui eius coronam Faustino filio Syllæ dedit. à Pharnace militari iustitia fuere interfecti.*

Milites Caßiani quare magis fuerunt laudati quàm milites Bruti.

6 *Homicidę & homicidiorum mãdantes, & mandatores milites ultimo supplicio puniuntur.*

Pœna unius est multorum metus.

Peccata suos tenere debent auctores.

Principes contra ius nullum punire debent, ne lædere qui de iure puniri non debet.

7 Miles qui presby erum occidit, militia perpetuo carere debet.

8 Principes iuſtitiam cum ęquitate & miſericordia indiferenter omnibus adminiſtrare tenentur. & nume. 19.

Iuſtitia eſt omnium uirtutum regina, & in pace regna conſeruat, & ſine ea quis diu regnare non poteſt.

Anacarſis ſententia quæ figurat leges eſſe ſimiles araneæ tollæ, paruas muſcas detinentis, magnas mole fortitudinis dimittentis, reprobatur.

9 Reges & magiſtratus ſui prudentes & iuſti eſſe debent, ac exemplares aliis, ita quòd nihil in ſe habeant quod ipſos puniat ſi alios rectè iudicare intendunt.

10 Cæſar quomodo in Gallia nomen iuſti ſibi adeptus fuit.

11 Iudices nullam in cauſis habere debent exceptionem perſonarum, ſed unicuique tenentur dare ſuum, & falſos calumniatores punire, exẽplo Alexandri Magni.

12 Filium Parmenionis ob proditionẽ occidit Alexander, & Orſoratem custodie diſertorem interfecit.

13 Alexander magnus Damonem & Thimoteum Macedones accuſatos per uim cognouiſſe fœminas militum Parmenionis præcepit interfici.

Et Darij matrem, uxorem & filias pulcherrimas captas, & ſibi præſentatas noluit uidere, ſed intactas mandauit ab omnibus uenerari & Dario reſtitui.

14 Leges & mores, uſusque ac conſuetudines locorũ ſeruari debent.

15 Ciues & milites in pace & bello iuuandi ſunt.

16 Stenus quomodo liberauit populum & ciuitatẽ Vnirecorum à destructione Pompeij.

17 Reges uenerari debent, & dicti ſunt à rectè regendo.

Torqueri an poſſint homines bonæ famæ.

Torqueri quis non debet, etiam in crimine læſæ maieſtatis, ſine legitimis indiciis.

Bannitus & legitimè contumax, comparens ad purgandum contumaciam, abſque aliis indicijs præcedentibus torqueri poteſt.

18 Principes non poſſunt quicq̃ contra ius diuinũ aut naturale facere.

19 Principes prudentes & manſueti eſſe debent.

20 Ariſtides Græcorum Rex, ob nimiam ſeueritatem & iuſtitiam fuit à patria expulſus.

Iuſtitia cũ uirtute temperãtiæ mixta eſſe debet

21 Catonis dictum, quomodo Romani Rempublicã ex parua magnam fecerunt.

Regentes Rempublicam tenentur odire luxuriam, auaritiam, publicam egeſtatem, & fugere inertiam, & æquam iuſtitiam facere, nullo habito perſonarum diſcrimine, & anxiè curare ne uirtutum præmia poſſideat ambitio

22 Reges militum cauſas audire tenentur, & illis adminiſtrare Iuſtitiam, quam Deus præcepit in terra ſeruari ob populorum pacem,

23 Iura an belli tempore ſint ſeruanda,

Rumpentes Nili aggeres abſque ſui Imperatoris præcepto concremari debent.

24 Stipendiarij qui ex Principis conſtitutione debent exire ciuitatẽ uel caſtrum ſubcerta pęna ante conſumptionem unius candelæ accenſę, an incidant in pęnam, ſi candela à uento extincta fuerit.

Statutum, quòd pœnæ duplicentur euntibus per ciuitatem poſt tertium ſonum campanæ ſonantis poſt duas horas noctis, an comprehendat repertum poſt illas horas in nocte Veneris ſancti, uel exiſtentẽ in loco ubi ſonus campanæ non porrigitur,

25 Militibus itinerantibus captis ab hoſtibus eſt parcendum.

Scipio Aphricanus largus fuit in rememorando, & pius ac clemens in puniendo.

26 Pater ſubtrahens filium militem qua pœna ueniat puniendus.

Filius parricida pœna ultimi ſupplicij punitur.

Faortus Parthus qui patrem Hiroclem iugulauit quomodo perijt.

27 Miles ſine Principis imperio aggrediens uel deſcendens muros ciuitatis, morte naturali eſt puniendus.

Milites ſine iuſſu Principis aggredientes hoſtium caſtra quõ ſint puniendi. & nu. 53.

Milites ſuo militiæ gradu priuandi ſunt, ſi ſine iuſſu Ducis per foſſam caſtrum ingrediuntur,

28 Milites qui ad opus ſibi impoſitum urgente neceſſitate, nõ accedunt, ſunt ſtipẽdio priuãdi.

29 Brutij ex qua cauſa fuerunt per Romanos pro carnificibus tenti.

30 Milites qui ex leui cauſa uel querela ſe mouent ſuſurando in malum, & contra proprium iuramentum aliqua cõmittunt, ſunt puniendi.

interpellauerat Trebonium iuuenem. & de corona ipsius Trebonij propter eius uirtutem & constantiam.

Marius qua ex causa fuit tertiò à senatu Consul electus.

64 Pollimacus ab Alexandro fuit occisus, quia in Persia sepulchrum Cyri Regis Persiæ destruxit.

De morte Aboliti, & eius filii Orixartis, quoniam Alexandro non portarunt frumenta, pro exercitu, sed illi thesaurum seruarunt,

65 De donis datis per Alexandrum militibus suis ultra stipendium pro bene gestis contra Darium.

66 Feuda quotupliciter aperiantur.

67 Socius criminis an sit testis idoneus & probet contra socium criminis.

68 Dux, Marchio, & alij priuilegiati, accusati de crimine læsæ maiestatis, an pro hostibus habeantur.

69 Principes, Duces, & alij habentes iurisdictionẽ meri & mixti imperij in uasallos, prohibentes illos accedere ad superiores & se reclamare, ex causa grauaminum sibi per ipsos dominos illatorum crimen læsæ maiestatis incurrunt.

Abutentes iurisdictione, sibi commissa ea priuari debent.

Princeps cõcedendo iurisdictionem in uasallos, non per hoc eam à se eximit, quin ea & ipse uti ualeat, in eosdem met uasallos.

Princeps potest ad libitum suum causas inferiorum ad se auocare.

70 De impetu Sertorij contra facinorosos milites Marij, ac eorum cede, & de nece Cecinæ, & quomodo prouinciam Hiberniæ sibi beneuolam fecit, & de alijs gestis ipsius Sertorij.

71 Miles qui fracto carcere aufugit, pœna ultimi supplicij puniri debet.

Desertores militiæ publicatis bonis morte naturali puniuntur.

Fidei ruptores & fraudatores, & pacis fractores, ac turbatores capite puniuntur.

Fuluius Suffecius Albanus, quia fidem rupit & pacta Regi Tullo non seruauit, binis quadrigiis iussu Populi Romani fuit laceratus.

72 Dantes arma carceratis, ut carceres rumpant et effugiant, naturali morte sunt puniendi.

Milites fugientes è carceribus sine legitima causa capti, an pro desertoribus habeantur.

Iudici iniustè exequenti licite resistitur.

73 Principes & milites militantes nocendi cupiditate, & ulciscendi crudelitate, rebellandi feritate, & affectione dominandi, ualdè excedunt.

74 Exceduntq; milites negotiando, mercando, usurando, placitando, luxuriando procurando, & se immiscendo uilissimis ministerijs deturpando militiæ dignitatem & gloriam.

Excedunt milites quoque non utendo militia ad id ad quod est instituta.

Miles qui se uulnerauit, uel aliàs uoluit se occidere, qua pœna sit plectendus.

75 Fures & latrones milites, uiarumque derobatores publicarum, ac pacis ruptores, & aliena bona furantes, eorum auxiliatores, & huiusmodi criminũ participes; et fures ac furta receptãtes sũt mortis naturalis pœna plectẽdi.

Latrones & stractarum derobatores possunt à quocunque impunè occidi.

76 Milites relinquentes castra, & se ad latrocinia & deprædationes conferentes furca sunt suspendendi.

77 Iura sanguinis an excusent receptantes latrones,

Latrones quolibet die puniri possunt.

78 Testes recipi & examinari possunt festiuo tempore, ac eis iuramenta præstari in criminalibus & captiuorum causis.

Defensio omni die & tempore danda est reis, nec ipsis deneganda est illam petentibus.

Priuati carceris crimen committentes afficiendi sunt ultimo supplicio.

79 De Cęsaris licentia concessa militibus suis tumultuantibus, & de eorum pœnitentia.

De G. Pompeio qui milites suos puniuit, quoniã Senatum truncauerant Mediolani.

80 Seruus qui contra dominum in eum seuientem se tutatur an incurrat aliquam pœnam.

81 Obedientia in cunctis est præstanda in re militari, cum sit uexillum salutis & uictoriæ, ac Regum ueneranda corona.

82 Pœna falsi punitur qui miles non est, & pro milite se gerit.

Milites secundum qualitatem delictorum, locorum & temporum sunt puniendi.

83 Iudex habens ius commune & statutarium, an possit ius quod uult in iudicando amplecti.

84 Miles existens in aliqua comitatiua in uia uiolẽtiã passus, an possit impunè uim repellere.

85

Et quid de famulis militum uel ciuium,
114 Dominus an teneatur pro facto famuli.
Doctor seu stipendiarius de licentia domini itinerans salarium suum habere debet.
115 Peditatus Germaniæ conductus ad certum tempus & pro certo stipendio per Ducem Mediolani, si dum est in itinere captum est Mediolanum ab aliquo Principe an debeat habere suum integrum salarium.
116 Famulo infirmo an debeatur salarium pro tempore infirmitatis.
117 Dominus an teneatur facere expensas famulo infirmo.
118 Stipendiario infirmo debetur salarium.
119 Pacta uel consuetudo an ualeat quòd pro conducendo pedites mutuentur pecuniæ & equi ex si in itinere spoliantur an debeant sibi resarciri ablata.
120 Milites in propria domo manentes uolentes gaudere priuilegijs militaribus & habere stipendium sicut si in castris manerent, sunt puniendi.
121 Desertor miles à Principe restitutus, & miles ab hostibus captus, & ad suos reuersus, stipendium consequi non debet.
122 Arma uel ferrum ad hostes portantes morte naturali puniri debent.
123 Præstans operas conductas uel promissas cuius expensis uiuere debeat.
124 Milites concutientes & opprimentes populos, quid indebite petendo, pro desertoribus habentur.
125 Miles damnatus ad insulam ad fodiendum metallum ob maleficia. captus & uenditus à latronibus, restituto pretio emptori in pœnam remittendus est.
126 Castrensiani milites ad quid teneantur.
127 Gesta Magni Alexandri ut facilius Persas debellaret.
128 Principis sui maledicentes qua pœna sint puniendi.
129 Serui militantes an puniri debeant.
Serui sine iussu domini possunt se defendere.
130 Ciuitas si iuit ad exercitum, & aliquis in illo exercitu deliquit, Potestas ciuitatis potest punire delinquentem in exercitu.
Territorium dicitur uniuersitas agrorum infra fines cuiusque ciuitatis.
131 Maleficij locus quis dicatur, si quis fuit in uno loco captus & in alio spoliatus.
132 Milites in quibus casibus possunt suspendi.
133 Rei criminis læsæ maiestatis & hæresis post mortem damnantur in cadaueribus & bonis quæ fisco applicantur.
Mors in furca de formis & turpissima est & seruile supplicium.
134 Nobiles delinquentes non suspenduntur, sed decapitantur in ciuitate Neapolis.
Pœna imponitur militibus desertoribus & reis criminum secundum personarum dignitates, & delictorum qualitates.
135 Rebelles qui proprie dicantur,
Rebelles possunt ab omnibus impunè occidi.
Rebellis qualiter puniatur.
136 Abbagæ Regis Tartariæ magna iustitia, contra nepotem suum qui proditorie fecit in pugna Christianos trucidare.
137 Imperatoris Manlij Chili mirabile gestum contra quendam qui patriam suam proderat.
138 Regna fraude proditorum quæsita pari fraude perduntur.
139 De conspiratoribus & eorum pœna remissiuè.
140 Miles potest deprehensum cum uxore sua in adulterio impunè occidere.
Verberans clericum confabulantem cum uxore, an in pœnam Canonis incidat.
141 Leges quare factę sunt.
142 Rebello uerbum quid denotet. & quid sit rebellio.
143 Cadauera mortuorum delinquentium pro qualitate delictorum suspenduntur & uariis modis laniantur, & cruciantur ad terrorem.
144 Pœna pro mensura delicti lege diuina imponebatur.
145 Crimina sunt per magistratus punienda, cohertione legitima, ut scelestorum augeatur iniquitas.
146 Criminum nimia indulgentia dat audaciam incentiuam peccandi & reiterandi delicta & nume. 148.
Delictum sine causa legitima componi non debet, neque cum omnibus indifferenter delinquentibus.
147 Delicti pecuniaria compositio cum quibus fieri debet.
148 In delictis considerandum est tempus, locus, dignitas, nobilitas, qualitas, ætas delinquentium, intentio & sexus.
149 Legum proprium est dare pœnam malis &

præmium bonis.

150 Iudex iustè & sine culpa occidens clericum, an incidat in irregularitatem.

Clerico non licet paganum occidere.

151 Zuntatores qui sint, & qua pæna puniantur.

152 Milites coram quibus iudicibus & magistratibus sunt conueniendi.

Reges in puniendo milites suos quandoque mites, & quandoque seueri esse debent.

153 Milites ob necessitatem accipientes propria auctoritate utensilia pro se & equis suis, ea uenalia non inuenientes puniri non debent.

154 Boues, currus, & alia iumenta pro necessitate militiæ licet accipere unà cum instrumentis alijs quantunque alienis.

155 Princeps potest capere currus & naues subditorum pro suis rebus uehendis.

156 Fiscus pro plaustris & nauibus acceptis pro exercitu tenetur mercedem soluere.

157 Plaustra & naues tempore exercitus occultatæ possunt de iure confiscari.

158 Stipendiarii impunè deprędantur pro uictu in bello licito.

Necessitas non habet legem nec moderamen diligit.

Furtum factum propter necessitatem famis excusatur.

Opera facta urgente necessi tate nõ semper sunt laudabilia.

Boues aratorij, plaustra & instrumenta fundi instructi pro pignore capi non possunt.

159 Officialis pro sui utilitate fisci pecunias mutuare non potest.

Officialis potest pecunias fiscales mutuare stipendiariis pro ipsorum necessitatibus.

160 Iudex potest pecuniam communis exigere pro reficiendis sibi expensis factis in aptando cameram suam in palacio.

161 Iudex potest multas exigere pro quærendo aliquo maleficio.

162 Miles qui sine iudicis præcepto exclamauit ciuitatem, arcem, uel oppidum aliquod deprædari uel comburi, & secuta fuit deprædatio uel incendium, aut aliud damnum, qua pæna sit puniendus.

163 Furca suspendi debent piratæ, & latrones famosi sacrilegiq; & transfugæ ad hostes fugientes, auctores quoque seditionum, ac reuelantes suorum Principum, Regumq; secreta: serui alicui mortem inferentes, & falsos Deos adorantes.

164 Seruus qui iussu domini ipsius domini uxorem occidit, an sit puniendus.

165 Falsificantes literas militiæ ducum & superiorum suorum, morte naturali sunt puniendi.

Falsum committit, qui sciens rupit filum uel niciam literarum principum.

166 Principes & præsides prouinciarum existentes in exercitu, & extra suam iurisdictionem, an possint subditos punire, & inter subditos sententiare, præcipere, ac multare.

Militibus in quibus casibus fiat remissio. remissiuè.

167 Habens gratiam de uno homicidio, si posteà fecit secundum homicidium, & impetrauit gratiam de secundo non facta mentione de primo, nihil ualet.

168 Delicta quot modis committantur.

169 Pęna mortis naturalis in omnibus infrascriptis casibus imponitur: Christianum lapidãs odio Christiani nominis occidi debet.

170 Qui maius sacrilegium facit.

171 Virginem Deo dicatam, uel alterius uxorem rapiens.

172 Sacrificantes idolis.

173 Turbans dolosè diuina officia.

174 Contra naturam luxuriantes.

175 Scienter rebaptizans.

176 Signum crucis cudens in loco qui possit pedibus calcari.

177 Emens muricem, & tingens purpuram.

178 Muros urbis uiolans.

179 Frumentum exercitus lucri faciens.

180 Monetam falsificans.

181 Rerum actor, uel castaldio, aut procurator subiectum deprędans.

182 Mulier quæ se subiecit bruto.

183 Incendiarius ciuitatis uel oppidi.

184 Confugiens ad hostes. dans illis consilium, et manifestans auxilium.

185 Fautores seditionis, aut tradimenti seu proditionis.

186 Qui patriam prodit.

187 Latrones in insula, uel nemore, aut infrequentatis itineribus deprædantes.

188 Publicus & famosus fur.

189 Prædator Principis uel Regis, aut domini sui temporalem aut spiritualem iurisdictionem habentis.

190 Homicida parentum.

191 *Homicida quicunque quod fecit expectet.*
192 *Pacem iuramento firmatam frangens occidendo uel uulnerando.*
193 *Concitantes populum.*
194 *Seruus qui dominum prodit uel occidit.*
195 *Seruus qui cum domina concubuit.*
196 *Adulterium committens.*
197 *Tutor qui eam cuius tutor est corrupit.*
198 *Inferens in se manus proprias.*
199 *Turbator pacis.*
200 *Qui fulsit hostes, uel eis arma dedit.*
201 *Tenens puellas in postribulo.*
202 *Faciens eunuchos.*
203 *Fugiens fracto carcere.*
204 *Miles custos captiuum dimittens.*
205 *Commentariensis qui reum mortis euasit.*
206 *Carcerem priuatum faciens.*
207 *Furcas sua auctoritate erigens*
Priuatus utens imperio uel in signis repræsentantibus magistratum.
208 *Miles qui commilitonem suum ferrit, aut ferro percutit.*
209 *Miles uel alius qui manus intulit duci, aut præposito suo potestatiq; uel capitaneo illius terræ.*
210 *Iudex publicam pecuniam subtrahens.*
211 *Miles qui integra acie instructa fugit, de bello.*
212 *Mulierem prægnantem necans. uel abortum faciens.*
213 *Duos aut plures occidens.*
214 *Auctor aggressuræ uel uiolentiæ ubi cædes facta est.*
215 *Muselantes liberos homines.*
216 *Miles ne pugnet langorem simulans.*
217 *Miles contumaciam quamlibet committentem.*
218 *Iudex qui in publicum uocat matrem familiàs.*
219 *Nili aggeres aut ripas destruens, aut clusas publicas rumpens.*
220 *Receptantes latrones, & alios reos insignes.*
221 *Furantes liberos aut pueros alienos.*
222 *Furantes aut inuadentes castra ciuitates uel oppida.*
223 *Permittens hostes uenire, quos ratione officij prohibere tenetur.*
224 *Facientes uastum de nocte in uineis uel campis.*
225 *Abstrahentes aliquem de religione.*
In maleficiis puniendis proceditur de similibus ad similia.
Similitudo quotuplex sit.
Maius simile est eligendum, ubi duo sunt similia.
Similitudo non dicitur ubi est eadem ratio. sed eadem & idem ius est statuendum.
Argumentum à simili cessat in casu non dubio a coniectura.
226 *Statuta & consuetudines locorum possunt pœnas delinquentium permutare tam in terra quàm in mari.*
Consuetudo maris seruanda est, prout consuetudo terræ.
Statutum uel consuetudo de pœna pecuniaria delictorum potest facere capitalem.
227 *Mortalis quæ nam sit iustitia.*
228 *Domini an sint iudices in causa suorum uasallorum.*
229 *Priuatus tenens ad suum seruitium militem in matricula descriptum. qua pœna teneatur.*
Discordiæ ciuitatum sunt earum ruinæ.
230 *Dominus qui promisit uasallum suum curię præsentare sub certa pęna, liberatur si ipse uasallus fuit ante tempus à latronibus mortuus.*
231 *Miles delinquens in exercitu puniri potest extra exercitum & territorium.*
232 *Milites legibus parere debent.*
233 *Inuestitura facta de feudo uasalli uiuentis, quem dominus credebat esse mortuum, non ualet.*

1 VSTI bellorũ Imperatores, † & honoris cupidi Deum, & proximum suũ amantes si regnare intendunt, pati nõ debent maleficos viuere super terram: nec parcere ferro aduersus eos, nec contra militiæ desertores in bello, neque contra pacis turbatores populorum, & exercituum, nec contra illos qui vim inferunt annonariis, & illis q esculenta, & poculenta, & alia necessaria pro victu, & vestitu ad armandum se runt in castris ad exercitum, & ad vrbes amicorum: & omnes nõ suspecti ad exercitum bona ferrentes, & ad amicos populos accedentes cum mercibus tutò diu, noctuq; venire valeant, & recedere ad

libitum suum cum publico saluo condu
cto,'emisso] proclamate. l.i. C. quæ res
vend.non pos.

2 † Pessennius Niger Romanorum dicta-
tor neccari iussit milites decem qui pul
lum galinaceum ablatum cuidam ,puin
ciali comederent,restituto decuplo pre-
tio dicto prouinciali, & exercitui pro il-
lis præcanti interdixit ignem , & cibum
coctum , nec eos vesci alia re mandauit,
nisi aqua frigida cum pane concesit.l.
desertores.§.miles, ff. de re milit. Lu-
tium Salam Romanum ducem damna-
nit Brutus pro furto facto in Sardinia,&
illum declarauit infamem , & priuauit
cingulo militiæ .

3 † Impunè, & sine peccato publici latro-
nes interfici possunt.c. cum homo esses,
xxiii.q.v. & l.i.C. quando liceat se sine
iudi. vind.c. inter alia, extra de immu-
nit.eccles. nullum quęstum quærere de
iure habent milites, sed esse debent con
tenti stipendio suo cum Imperiali numi
ficentia aucten. de exhiben.reis. §. opti-
mum. Peccatum est militare propter
prædam.xxiii.q.i.c.militare. Et dum
fuisset rogatus Alexander scribere Athe
niensibus in fauorem Athenodori Athe
niensis quod facere noluit ab Athenien
sibus condemnati , quia non interfuerat
sacrificio Bacchi : sed pœnam illi magis
remittere voluit Alexander decem ta-
lentorum in quibus condemnatus fue-
rat,quàm in eius fauorem scribere.Sali-
nator vir consularis damnatus fuit à po
pulo Romano quia non æqualiter diui-
serat prædam militibus benè mœrenti-
bus illam .

4 † Et dum bella gereret Lucullus contra
Mithridatem,occurrit ꝙ Barbari sequen
tes ceruum venerunt in Romanos,& cũ
ipsis fuit initiata leuis pugna quæ po-
stea aucta fuit ex vtraque parte bellato-
rum multitudine occurrente. Et cũ tunc
Romani forent inordinati , & verterent
terga rogarunt Lucullum ducem suum
vt illos in acie instrueret, & illicò daret
signum ad pugnam:& euidens factũ Lu-
cullus ipsos in aciem posuit dato sibi or
dine vt ita instructi quietè starent in a-
ciebus,& discendens in planum prospe-
xit quosdam ex suis fugere ad vallum,
quos retinuit cum reliquo suorũ: & ius-
sit illis vt secum ire deberent ad hostes,
contra quos impetum fecit , & fugauit,
& restrinxit in vallum suum: & rediens
ad suus præcepit illis qui fugerant quòd
induti alba soluta veste foderent foueã
vnam duodecim pedum antè oculos a-
liorum militum .

5 †Publius familiaris Mithridatis mortuo
rege furatus fuit vaginam ensis ipsius re
gis valoris.cccc.talentorũ,& illam ven-
didit Ariato:& Caius Comensalis regis
mortui coronam Mithridatis secreto de-
dit Fausto filio Syllę , & demum fures à
Phornace filio regis Mithridatis interfe
cti fuerunt militari iustitia . Casiani
milites pro eorum diligentia, & solicitu
dine magis laudabantur , quàm milites
Bruti ex eo quia in Macedonia primò ap
plicauerant ad flumen,& primò pontem
fecerunt , & transierunt amnem quàm
Brutiani.

6 † Puniuntur quoque homicidæ,& homi
cidiorum mandantes, & mandatores mi
lites vltimo supplicio.l. nõ ideò minus,
C.de accus.vt pœna vnius sit metus mul
torum.l.i.C.ad leg. Iul. repetun. & ha-
bent operari Principes vt peccata,& de-
licta teneant suos auctores.l. sancimus,
C.de pœn. Nec habent punire quemꝗ
contra ius diuinum,& hominum, nec il
los lędere qui de iure puniri non debẽt:
pro ut imprudenter facit longobarda.l.
si quis de libero in longob. de paricid.
lib.i.Nam æquitas iuris gẽtium permit-
tit delinquentes puniri , & innocentes
absolui.

7 † Nec miles interfector presbyteri po-
test vlterius vti militia, aliàs puniendus
est c.ii.de pœnit.& remis.

8 † Iustitia erga omnes indifferenter locũ
habere debet cum æquitate,& misericor
dia mixta : omnibus est ęquè regenda
iustitia : quæ Regina est omnium virtu-
tum,& est à Deo prædilecta quę regna in
pace conseruat,& sine ea quis diù regna
re non potest:& locus ille vbi non est iu
stitia,deserendus est : aliàs breui diuino

iudicio discipabitur. Et in exercendo iusticiam Anacarsis sententia est abolenda: quæ figurat leges esse similes araneæ tellæ quæ muscas paruas detinet, & magnas mole fortitudinis dimittit.

9 † Et reges, & magistratus sui prudentes, & iusti esse debent, & exemplares aliis: ita ꝙ nihil in se habeant quòd puniat ipsos, si alios rectè iudicare intendunt iuxta illud Euangelicum.

Tollere festucam si uis de fratris occelis;

Quę tua conturbent lumina tolle trabem. Marius ex duobus exercitibus, quorũ alter militauerat sub Rutilio, & alius sub Metello: volens eligere vnum ex dictis exercitibus, elegit illum qui militauit sub Rutilio; quia magis expertus erat, quàm alius licet foret maior.

10 † Et pro iustitia Cæsar in Gallia appretiare fecit ligna omnia quæ erant in castris suis, & pretium dari mandauit illis de quorum prædiis, & nemoribus incisa fuerant: & iusti nomen adeò quesiuit ꝙ sibi fuit in auxilium in acquirendo totam Galliam.

11 † Et magnus Alexander reddendo ius militibus suis loquẽte actore obturabat sibi aurem; quam reo respondente detegebat: & ambabus auribus audiebat, inquiens, vnam aurem habere pro actore, & aliam pro reo; Docens iudices nullam in causis habere debere exceptionem personarum, & vnicuique dare suũ, & falsos calumniatores puniri præcepit Alexander.

12 † Filium Parmenionis ob proditionem occidit Alexander, & Orsoratem castri relictum ob desertionem custodiæ interfecit.

13 † Audito per Alexandrum Damonem, & Thimoteum Macedones per vim cognouisse fœminas quasdam militum Parmenionis, scripsit si constabat tale delictum per ipsos fuisse commissum: ipsos sine venia, & misericordia vlla interfici precepit, vt bestias inhostissimas humani generis; subiungens ingenti experto bello contra regem Darium, & illo fugato captis illius exercitus tentoriis cum regio curru, & arcu, & maxima præda, & spoliis interfectorum hostium vndecim millium, & magna captiuitate hostili: in qua Darii matrem Statiram, vxoréque, & filias eiusdem regis pulcherrimas, & illas ad huc inquit se non vidisse, nec verbum audiuisse illorum qui loquuntur de illarum maxima pulcritudine: quas lugentes de Dario consolari mandauit per Leonatum Darium viuere, & non esse mortuum, neque Captiuum: & vt reginas hortari, & venerari ab omnibus iussit: & probè putauit Alexander plus esse virtutis semetipsum vincere, quàm hostes superare.

14 † Seruandæ sunt leges, & mores, vsus, & consuetudines locorum: & legum obseruator fuit rex Agislaus Lacedęmonius docens militarem disciplinam, & pacem per leges seruari: & quòd officium erat optimi Imperatoris seruare leges; & operari vt illæ immaculatæ seruentur à subditis pro communi omnium beneficio, & vt Rex veneretur, & cognoscatur: vt milites, & populi sanctè, & quietè viuãt, & prudenter militent seruatis iuribus: & vigorosa dicitur ciuitas quando policitè cum modestia viuitur secundum leges.

15 † Ciues, & milites tutandi sunt in pace, & bello; cum foret nuntiatũ regi Agislao in bello commisso apud Corinthum octo tantum Lacedęmones fuisse mortuos, & ex hostibus millia decem, non lætus fuit inquiens, non lætaris sed magis plangis misera Gręcia: quia isti octo qui mortui fuerunt in bello contra Barbaros, apti erant destruere omnes Barbaros orbis: cuius exemplo; duces habent peramare milites suos, & pro eorum vita, & honore curare.

16 † Et volens magnus Pompeius in Sicilia populum, & ciuitatem destruere vnireorum: quæ fuit sibi acerrima hostis, & amica Carbono, & Stenus illius princeps vrbis erga Pompeium dixit ciuitatem esse innocentem, & iniustum fore illam iniustè punire, & nocentes liberare: cui respondit Pompeius qui nam erant nocentes, & qui innocentes: se esse nocẽ

tem Princeps dixit, & populum innocẽtem, & ꝙ ipsum Principem occidere deberet qui coegit populum esse fauorabilem Carbonianis ciuibus Romanis: & Pompeius ob constantiam liberi animi Steni Principis liberauit ipsum, & populum à pœna. Et maior gloria quidẽ fuit in virtute magni Pompeii Romanorum Imperatoris, quàm fuerit in Alexandro magno, qui cruce occidit Calistenẽ Aristotelis affinem pro libertate loquendi in fauorem patriæ.

17 † Et debent reges venerari sua virtute, & magnitudine suadente iustitia: & dicti sunt reges à recto, & à rectè regendo.c. regum,xxv.q.v.& se habent regere secũdum iura:& canones, nec uti sua libera potestate cum peccato, nec mandare, neque pati homines bonæ famæ ita passim torqueri contra iustitiam pro crimine · vt bene scribit excellentissimus doctor D.And. de Iser. in const. regni Siciliæ incip. inquisitionibus. de pugnis sublatis, & cunctis seruare teneantur iura sua,priuilegia,& iuris dictiones.Legimus veteres seruasse iustitiam licet ignari fuissent diuinæ legis, & quę erant statuta in se ipsis, & suis plusquàm, & in aliis seruabant. Nec deueniri de iure potest ad torturam nisi pręcesserint contra reos indicia legitima.l.milites,C.de quęst. & l.i. ff. eod.& l.sicut, C.de fals. Etiam si inquireretur quis de crimine lęsæ maiestatis torqueri de iure non potest, nec debet absque legitimis præcedẽtibus indiciis,habetur per Bal.& Glo.in l si quis alicui,C.ad leg.Iul. maiest. Fallit in bannito,& legitimo contumace: ꝙ si comparuerit ad purgandum contumaciam retorqueri tunc poterint absque aliis indiciis pręcedẽtibus, vt tenet Bal. post Nicol. de Matarellis in l.i. viii.col. C.de hęred. inst. & in l. quicunque,C. de seru.fug. & per Franciscum Brun. in tract. suo de indici. & tort.col.xxxv. & per Glo.in c.quęstionem.xii.q.ii.& tex. in l.si quis alicui, & ꝑ Glo.ibi. & Doct. C.ad l.Iul.maiest. Vbi numerantur plures casus in quibus peruenitur ad torturam sine præcedentibus indiciis.

18 † Nec iure possunt Principes facere contra ius diuinũ, & naturale: quoniã ipsi Principes ordinariè ligantur iure diuino,& naturali,ac gentium.c.i & ꝑ Doct. ibi extra de probat. Et si absoluta sua potestate facerent absque legitima causa:malè quidem facerent:quia excederẽt suam potestatem, & vt alias dixi Deum lęderent, cuius iudicium, & sagittas vitare non poterint, & habent considerare principes terreni ꝙ sunt mortales, & Deo subiecti.c.Regum,xxxv.q.v.

19 † Et excedentes reges potestatem suam non seruando iura, parum equidem regnarent occulto Dei iuditio, & teneantur in se habere iustitiam cum temperantia, & moderamine æquitatis, & misericordiæ, iuxta illud Solomonis. Noli esse nimis iustus, quia peribis cum iustitia tua,c.serpes,de pœnit.distin.i.Et debent esse prudentes, & mansueti Principes.c.vlt.de senten.excom.

20 † Et legitur Aristidem regem Græcorũ ob nimiam seueritatem,& iustitiam expulsum fuisse à patria sua: & sic iustitia esse debet mixta cum virtute temperantię: quia si modum non haberet, iustitia in se caderet seuitia,& crudelitas. Et vera est illa iustitia quæ freno moderatur temperantiæ.l.iii.ff.vbi prpill.educ.deb. & l.cum filiis.§ pater, ff.de leg.ii.

21 † Nolite inquit Cato existimare maiores nostros armis rem publicam ex parua magnam fecisse. Nam si ita esset multa plura nos, & maiora quàm illi haberemus cum modo aucta sit: Sed alia fuerunt quę illos viros magnos vbique fecerunt quę nobis nulla sunt videlicet domi industria,fòris Imperium, animus liber in consulendo, non libidini delictorum ob noxius: propter ea regentes, & administrantes rem publicam tenentur odire luxuriam, auaritiam, publicã egestatem,& fugere inertiam, & æquam iustitiam facere, nullo personarum habito discrimine, & anxiè curare ne virtutum præmia possideat ambitio.

22 † Et tenentur Reges iustitiæ zelo audire militum causas,& crimina omnibus pãdendo;quod coacti propter Deum iusti-

tiam faciunt:quam ipse Deus præcepit in terram seruari ob populorum pacem quæ cum iustitia osculata est: & veritas de terra orta est,& iustitia de cęlo prospexit:& veritas,& misericordia se inuicem obuiarunt ut inquit Propheta ; & quia Deus amat iustitiam : & iustos ; & odit iniquitatem,iniustitiā, & iniustos: & præmissis cuiuscūque militis animus reconciliari potest beneuolentia principū qui vt decet venerari debent ab omnibus vt simulacrum ; si erga omnes vsi fuerint iustitia absque personarum exceptione c.in iuditiis,de reg.iur.in.vi.

23 †Et dicit Ioan. Faber in proœm.instit.ꝙ tempore belli non seruantur iura. scilicet de facto:sed quòd sanctius foret quòd illo etiam tempore seruaretur magis iustitia,quàm in alio tempore ; licet rigor ipsius seruari tunc non deberet c. fin. de transf.& c.Sciendum,xxix.distin.& milites sua virtute aquiescent iustitiæ: & sui uotis Imperatoris : & perpetuam ignominiam fugientes pugnabunt pro gloria;& odentes crimina vitabunt iniussu sui ducis rumpere ibi , & fluminum ripas,& aggeres:& boni pro virtute,& mali formidine pœnæ se abstinebunt à peccatis,& à delictis militaribus. Ignis autem,& vltimi supplicii pœna infligitur rumpentibus Nili aggeres absque sui Imperatoris præcepto l.i. C.de nili agger.non rumpen.

24 †Si iussu Principum fuerit proclamatū quod omnes stipendiarii exeant ciuitatem,castrum,vel vallum sub certa pœna ante cōsumptionem vnius candelæ accensæ; Quæritur si candela accensa fuerit extinta vento an incidant in pœnā? Dic ꝙ debet considerari tempus quo verisimiliter fuisset consumpta candela:& habita dicta consideratione incident in pœnam proclamatis: vt dicit And. Barba.in c.cum in veteri, de elect. & Iason in l.Talis.C.de iis quib.vt indig.vbi ponit casum quod si fuerit statutū pœnas duplicari euntibus per ciuitatem post tertium sonum Campanæ sonantis post duas horas noctis:& forte Campanæ nō sonabunt vt in veneri sancto ; & si quis repertus fuerit tunc de nocte vt incidat in pœnam considerabitur tempus quo potuisset verisimiliter sonari, Campana si non fuisset ligata : & si talis repertus ire de nocte post dictum sonum Campanæ fuisset tunc in loco adeo distante ꝙ nō audire potuisset dictum sonum Campanæ ne incidat tamen in pœnam statuti quia erat nox,& hora talis qua debuisset verisimiliter sonari Campana: Ita tenet Bal.in l.Liberorum , ff.de in fam. & magnus practicus Alb. de Rosa. in ii. parte statutorū in viii.q.& Bar. & Lud. Roma.in l.i.§.hoc autem senatus, ff. ad Sylla.senatusconsul.

25 †Et si milites aliqui itinerātes capti fuerint ab hostibus,parcēdum erit illis,nisi dedita opera id fecissent l. non omnes,§. àbarbaris, ff.de re milit.Et optima illorum est cōsiderāda vita . Scipio Aphricanus inclytus Imperator largus fuit in remunerando,& pius,& clemens in puniendo: Ita quod milites suos deuinxit in æternum.

26 †Et si pater tempore belli subtraxerit filium militem,exulandus est, & multandus in parte bonorum: & si pacis tempore fustigandus est pater subtractor , qui si filium militem debilitauerit deportabitur l.ii.§ i.& §.iis qui & l. qui cōmeatum,& l.iii.& l.Non omnes,& l.Proditores, ff.de re milit. Et si Paricidia filius qui patrem occidit puniri debet pœna vltimi supplicii,l.i. & per totum titulum, ff.ad leg.Pomp.de paric. qua pœna puniri debuit.Fraortus Parthus qui patrem Hiroclem impiè iugulauit , ut illi succederet in regno,sed Dei iudicio laceratus periit cadens in pręcipitem ex altissima rupa.

27 †Et si miles sine principis Imperio vallum,castrum,męnia,ciuitatum,aut murum aggressus fuerit,vel ascenderit, aut descenderit non vrgente belli necessitate naturali morte puniendus est , vt in §.Muri,instit.de rer.diuis. Et milites illos qui sine principis iussu ausi fuerint aggredi hostium castra ex authorizauit Claudius Imperator , & illos Romam misit puniendos: & quidem sunt priuandi

di milites suo militię gradu qui sine iussu ducis p fossam fuerint castrũ igressi.

28 † Aurelius Cotta consul Romanus iussit vrgente necessitate equites ad opus accedere quorum pars accessit, & reliqui non obtemperauerunt quæstus fuit apud Censores: & per patres notati fuerunt. ita q̃ eos ignominiosè priuarunt stipendio, & effecti fuerunt diruti aeris.

29 † Et quia Bruci fuerunt qui se primò cõtulerunt ad Annibalem, & contra Romanos militauerunt, uictis postmodum Pœnis à maximo Scipione in Aphrica, eosdem Brucios pro carnificibus, & eorum famulis ignominiosè tenuerunt Romani Claudii Pii sententia.

30 † Et puniendi sunt illi milites militiæ gradu qui ex leui causa, vel querela inter milites se mouerint susurando in malũ: & illi quoque puniendi sunt milites qui in p̃lio defecerũt, & desertores dolo fuerunt committentes contra proprium iuramentum qđ pręstiterunt de non vitando mortem pro re publica, & Imperatore suo: quo mortuo exercitus est vt Ciclopes sine oculo, vt dicebat Demades de exercitu Alexandri magni mortuo Alexandro suo rege. c. prohibentur, & ibi Glo. ii. q. i.

31 † Et illi excedunt milites qui non ꝓpter rempublicam, & ipsius honorem, sed ob prędas, & diuitias quærendas militãt. c. militare. xxiii. q. i. & hoc Sertorio nocuit per ipsum rupto Pompeio. Nã Sertoriani milites equũ tunc vulnerati Põpeii ditissimè ornatũ ab eo dimisũ pp vulnus acceperũt auidi p̃dã infimul cõtendẽtes ꝓ equo, & tunc Põpeius aufugit, cui occurrit Metellꝰ & in fugã posuit Sertorianos.

32 † Desertores equites tempore pacis iure priuãtur dignitate militię, & desertores in bello vltimo sunt plectendi supplicio. Qua pœna sunt puniendi etiam dolo cõcitantes seditionem: vt Scipio fecit in Hispania, nã dum ipse existeret ad mortẽ infimus tumultuarũt milites sui duobus ex infimis militibus creatis ducibus suis per exercitũ tribunorũ ipsius exercitus Scipionis spretis præceptis; & pariter fecerunt primates Hispaniarum Mandonius, & Indibilis procurãtes se fieri Principes earum concitata seditione: & cum Scipio foret cõualidatus cõuocauit exercitum in noua Carthagine ad contionẽ, omnibus primò monitis præcepit militibus præuerecundia, oculis in terram affixis tenentibus duobus militibus Romanis tantum punitis in conspectu exercitus: quoniam illi duo milites fuerũt qui concitauerant seditionem in exercitu falsa seminata voce mortuũ esse Scipionẽ: qui nouum iuramentum præstitit militibus, & in Susitanios contra Mandoniũ, & Indibilem bellum indixit, qui se Principes Hispaniarum commissa rebellione contra Romanos fecerãt: & illicò cũ exercitu accessit in Susitaniam, & vbi Mandonius, & Indibilis exercitũ seditiosum tenebant. xx. millium peditũ, & duorum millium equitum: appropinquatis exercitibus instructis ad bellum, & pertinaci cõmisso certamine in medio per Scipionem artè reductis Hispanis; qui victi permanserunt magna sequuta cæde seditiosorum rebellium: & per fugam euaserũt Mandonius, & Indibilis, qui repentè legatos miserunt ad Scipionem veniam depræcantes de errore. Et Scipio prudentissimus Imperator sciens non minorem esse honorem, & laudem vincere clemẽtia, & mansuetudine hostes q̃ armis, pepercit illis, & cõmisit exercitum solui tunc eorum pecunia, quod sibi pergratum fuit tanti Imperatoris iam perdita, & recuperata gratia,

33 † Et illi quoq; milites q̃ in p̃positũ suũ, vel cõmilitones suos inferũt manus violentas, vel ducẽ, & p̃positum suũ non defendunt in bello cũ potuerint, vel circũuentos in acie deseruerint naturali morte puniendi sunt. l. quod euitandi, cum Glo. ii. C. de condit. ob turp. caus.

34 † Et virtus militũ Metelli vulnerato ipso duce suo Metello in bello Sertoriano ꝓpter defensionẽ sui ducis memori pręstiti iuramenti militaris facto in Sertoriũ impetu victoriã habuit fugato Sertorio; & ibi obsesso in montana vrbe. Et morte puniendi sunt milites illi qui deportati, seu priuati militia fuerunt

pes ignominiam desertionum ; si passi fuerint absque principis sui iussione se in milites eligi ob militiæ dignitatem. l. i. C. de iis qui in exil. dati, vel ab ord. moti sunt lib. xii.

35 † Quæritur de milite qui commeatum habuit à duce suo discedendi, an pro desertore habeatur ? Dic ꝙ non; & An ille desertor sit qui per cōmeatum abest ; & an ipse pro præsente habeatur ; dic non haberi pro desertore, si pro presente cum iussu, & seu licentia ducis absit l. hac lege, & l. in sacris, cum similibus. C. de proxim. sacr. scri. & l. penul. C. de errog. mil. ann. etiam cum similibus.

36 † Et iure statutum est militari, illum puniri morte naturali qui acie instructa ꝓ expeditione primus fugit ex acie, & fugam arripuit in cōspectu militum. l. iii. §. eminsor, & l. omne delictum, ff. de re milit. Et infames ipso iure efficiuntur. milites illi qui de publico bello fugiunt. c. infames. vi. q. i. Et vt dictum est sunt vltimo supplicio puniēdi. l. iii. ff. ad le. Iul. maiest. Et etiam illi sunt puniendi simili pœna qui bellare dimittunt anteq̃ sit finita expeditio incæpta, vel sequuta victoria. c. i. extra de renun. & iis non est soluendum stipēdium. l. iii. C. de his qui non exple. stipen.

37 † Fugitiuos quosdā Macedones ex suis fugientes illicò fuit prosequutus Lucullus cum reliquo equitatus, & peditatus acie instructa: & hostes credentes Lucullum velle pugnare aggressi sunt Macedones illos fugitiuos cum impetu maximo: Ita quòd fuerunt coacti dicti Macedones se tueri, & contra eorum voluntatem ex fugitiuis effecti fuerunt fidi bellatores, & hostes tunc Lucullus superauit celeritate sua.

38 † Et Calphurnius abstulit arma militibus illis qui ex bello Cannense fugerāt in Siciliam, quos etiam uario corporum labore, & cruciatu puniuit, & eorū Præfectum inter funditores descripsit, & ex ordine Prefectorum deleuit militum : & illis decem millibus militum qui de bello Cannense fugerant parcere noluit Romanus Senatus, sed illos priuauit militia, & exules misit in insulam Siciliæ.

39 † Et puniendi sunt illi milites qui vltra debita stipendia aliquid acceperint in debitè. c. militare, xxiii. q. i. Et conueniri de iure possunt stipendiarii in loco vbi merentur stipendia. l. municipes. §. fin. ff. ad municip.

40 † Et seruo illi qui occidit dominum suū Sulpitium tribunum plebis acerrimum hostem Syllæ : vt morem gereret Imperatori Syllæ ; Sylla libertatem donauit, & eundem seruum factum libertum ex saxo post tarpeio capitolii proiecit Sylla in præcipitem in aliorū exemplum qui dominos suos impiè audent occidere.

41 † Vituperatur Venus in gloriosa, virtuosaq; militia triumphante, & hac de causa Artemades Armenus plenus virtute dum in suffragium Marci Antonii venisset contra Parthos cum sexdecim millibus equitatus, & septem millibus peditatus, & videns M. Antoniū esse obcęcatum Venere, & non esse sui iuris ob amorem Cleopatrę se absentauit ab eo cum gente sua, & in patriam redditab M. Antonio trāsfuga. Et Domitius Enobarba unà cū regibus Aminta, & Deiotaro, & pluribus aliis ab M. Antonio aufugit ad Cęsarem Augustum relictis seruis cum omnibus aliis suis bonis: cui Domitio sequēti die M. Antonius vtens munificentia erga ipsum, misit seruos cum reliquis bonis suis, quod adeò molestum fuit Domitio quòd mori percupiebat magis, quàm viuere. Et illi efficiuntur iufames milites qui ob hostium timorem fingunt langores, & rixosi milites sunt puniendi absque venia : & illi quoque qui gladio vulnerant commilitonem suum, & si cum lapide priuantur militia.

42 † Audito per Cęsarem Belgos tertiam partem Galliç incolentes rebellasse, & aliam partem Galliæ inuasisse: contra illos accessit quàm celerrimè Cæsar cum exercitu quos rupit, & occidit : Ita ꝙ flumina, & paludes ob occisorum cadauera viam transitus fecerunt Romanis, & reliqui rebelles qui euaserant sine bello usque ad Oceanum Cęsari obe-

dientes spontè fuerunt.

43 † Desertores uigiliarum nocturnarum, & pacis turbatores capitali pœna mortis naturalis puniuntur, & excedentes agmina ceduntur fustibus: & bona desertorum mortuorum confiscantur. l. non omnes, ff. de re milit. & qui à loco, & signis cesserit, vel propriè coho tis desertor fuerit, Prudentis arbitrio Ducis puniatur.

44 † Et rumpentes ordines in militia nunquàm coronantur, sed puniendi sunt milites iure, sententia Themestoclis Atticorum Ducis excellentissimi. l. omne delictum, ff. de re mlit. & l. i. C. de desert. & occult. lib. xii.

45 † Pœnam quandoque minuit, & quandoque aggrauat nobilitas. c. qui contra, xxiiii. q. i. Et in constitutione Friderici Imperatoris de qua in lib. iii. const. Regni Siciliæ incipiente. Pœnam eorum, de forbannitis, & foriudicatis in §. Et in casu præsenti, & quando sit melioris conditionis miles, & quando deterioris quàm sint alii non milites habetur in l. frustra, C. de re milit. Et grauius sunt puniendi milites q̃ alii pro delictis militaribus. l. si desertorē, C. de desert.

46 † Placidus, & lenis quandoque esse debet Imperator circa punienda delicta militaria c. Domino sancto, ſo. distin. & l. desertorem, ff. de re milit. qualitate attenta criminum, temporum, personarū & locorum; Exemplo Q. Fabii qui prudenter vitam donauit quandoque militibus ipsis primò benè monitis iuxta illud Poetæ.

Hic grauius Entellum dictis castigat
Acestes.

Et probè castigatos verbis milites sępe muneribus ornauit, & pręmiis pluribus: ita ꝙ ipsos ad bellum promptiores, & sibi deuinctos reddidit Fabius imppetuū; & pro victoria magis est timendus Imperator quàm hostis.

47 † Et Marius Capitolinus q primus Gallos expulit à Capitolio ob seditionem popularem per ipsum ortam, seminata discordia in populo in contemptum legum superbia eleuatus contra dictatorē, Q. Capilolinum; Iuxta illud.

Venit honos sceleri misera, vt discordia regnat.

Fuit per tribunos militum damnatus in Petilia Sylua, & proiectus in præcipitē de capitolio, & periit in Tarpeium relicta ibi memoria gloriæ, & pœnæ suæ.

48 † Et Pauidos illos mille milites qui discesserunt ab exercitu Timoleonis ducis Corinthi antè pugnam quam præparabat facere contra Pœnos, & tyrannos Siculos, iussit Timoleon illos antè ortum solis adesse Syracusis: qui nauigando versus Italiam cum saluo conducto pręda extiterunt populorum Blenectorum, & in seruitutem reducti fuerunt.

49 † Et segnes milites, contumaces, desides, & negligētes, seditiosi, & desertores sunt sæuiter puniendi, & sine venia: quia hęc non solum ad singulorum mores, sed ad summam rerum, & ad salutem omnium pertinent: vtriusque Scipionis exemplo Aphricæ domitoris, & destructoris Q. Fabii maximi, Cæsaris, Pompeii, Marii, Catonis, Seuerii, Alexandri, & Aurelii Imperatorum sententia. Et dum intellexisset M. Scaurus eius filium in Sylua tridentina locum dedisse hostibus interdixit illi pręsentiam suam: & filius verecundia ductus se propria manu interfecit. Clearicus Lacedæmonius præclarè inquit magis fore à militibus timēdus dux suus, quàm hostilis exercitus; & ꝙ melius est etiam militibus ꝓ honore gloriosæ militiæ ipsos periisse in bello q̃ superesse suo glorioso duci. Et Romanus Senatus de consilio Appii Claudii iussit milites suos qui capti à Rege Pyrrho fuerunt, & inde ab eo licentiati hoc modo puniri illos iussit, si fuerint equites in numero esse peditum, & si pedites in numero fore pillariorum, & funditorum, & ꝙ extra vallum manere deberēt, donec eorum quilibet spolia hostium reportasset in exercitu Romano. Et consul Ottocilius Crassus iussit omnes illos milites qui captiui fuerant Annibalis ꝙ extra castra stare deberēt, donec ꝓpria virtute honorem in bello amissum recuperarent. Et Quintus Metellus Mace-

donicus existẽs in Hispania intellecto ꝙ quinque ex cohortibus suis loco cessarẽt hostib⁹, illas astrinxit publico instrumẽto ad recuperandum locũ amissum, & illos fuit minatus ꝙ illos nõ erat receptu rus in aliorum numero, nisi prius victoriam cohortum reportassent, & prohibitus fuit vsus balneorum, cõuiuiorũq́; T. Præfecto sibi inciso tunicę cingulo; & ꝙ ita pedibus nudis stare deberet, & tota die, donec venirent custodiæ totius diei iussu Lelii Pisonis consulis.

50 † Scipio, Cato, Magnus Alexander, & Aurelianus fuerunt in re militari castigatores libidinis: ii quidem virtute sua ratione liberi arbitrii se probè continuere, diuinis armis induti triũpharunt prudentia sua, obtenta victoria contra Venerem, Bacchum, & Cupidinem, adulteros milites, & violantes hospitis vxorem fune alligauit duabus inflexis arboribus, & indè dimissis occubuerunt lacerati: Et Macrinus Imperator ob simile crimẽ milites adulteros in bouino Coreo sepelliri viuos mãdauit. l. desertores. & l. qui commeatũ. ff. de re milit. Ex lege Mosaica lapidanẽ adulteri teste Euangelio, & decapitanẽ Imperiali lege l. Iulia, C. de adul.

51 † Regula est in re militari ꝙ transfugę ex hostibus proderint valdè; si certa de ipsis potuerit fides haberi: quoniã ꝑ ipsos vires minuuntur aduersariorum, vt fit de occisis hostibus licet sit suspectũ, & exosum nomen fugitiuorũ: & valdè nouis, & ueteribus amicis odiosum.

52 † Equites illi tercentum Hispani, & Scythæ transfugæ Annibalis ꝓfuerunt Marco Marcello, & hostes fuerunt accerrimi contra Annibalẽ, & Romanis amici: cũ quibus duce Marcello occuparũt Syracusas, Garesiũ, & reliquas Siciliæ vrbes, & alia multa loca experto bello ruptis Carthaginensibus, & exercitu Hipocratis capto Spartano Danippo q̃ nauigabat Syracusas triumpharunt in vrbe Romulea aliorum caput Regina locorum, & vrbiũ orbis terrarum.

53 † Et de iure puniri possunt transfugæ pœna vltimi supplicii qua pœna, & illi damnantur qui parati sunt ad fugã moderna vigente cõsuetudine. Et si qua cohors mala mẽte fugerit ad hostes, vt quãdoq́; cõtingit, consiliũ erit vt duces exercitus transfugę cohortis callidè faciãt ꝓclamare in exercitu, vel secreto ꝓpaleẽ suis, vel vt artè certioreẽ hostes qualiter hoc ꝓcessit cõsilio ducis: vt aliquis ex illis valeat ꝑ dies certiorare hostiũ secreta, qđ fieri poterit variis modis vt hostes sint in suspicione ꝓditionũ, & perdanẽ trãsfugę illi, & vt ex suorũ animo tollaẽ terror, & metus: & magis audaces, & fortiores red danẽ ad pugnã, & suspicionẽ hostibus incutiãt, vel eductis copiis incõtinenti acie instructa, & illis nuntiato qualiter misit illam cohortẽ ad hostes callidè ipsis insidiando vt eos ponerẽt in medio. Manlius filiũ inobedientẽ qui pugnauerat licet victoriosè cõtra hostes iniussu patris, primò virgis cæsum securi occidit. Et L. Papirius cursor dictator Romanorũ Fabiũ Ruttiliũ magistrũ equorũ securi punire intẽdebat: q̃a iniussu dictatoris pugnauerat quantũq́; fœliciter, & cũ fugisset Romã illũ fuit insequutus, & illi nũq̃ parcere uoluit, nisi ad ꝑces patris, & filii genuflexorũ veniã petentiũ corã Dictatore, & Senatu populoq́; Romano, & militũ perorantiũ. Ad Ameliæ Ruffo Præfecto equorũ manu litoris lacerata fuerũt vestimenta in Armenia iussu cõsulis Domitii Carbuli ex eo ꝙ ꝓcessit q̃a ĩordinatũ equitatũ tenuerat: & hic Domiti⁹ parua militũ manu Parthos longa multitudine substinuit sua virtute. Cotta Cõsul in Sicilia Valeriũ tribunũ militũ nobilẽ Romanũ ꝓpriis manibus virgis castigauit de desertione: & idẽ Cõsul virgis cæsit Publiũ Aureliũ eius Agnatũ quia in Liparia fuit sibi cõbustũ vallũ, negligentia, cõsule tunc ito in Mesinã ꝓ certo negotio Romanæ reipublicæ, & ipsũ exauctorizauit, & in numero peditum posuit. Viso ꝑ M. Antoniũ aggerẽ q̃ fiebat ꝓ vallo fuerat incẽsus decimauit milites illarũ duarũ cohortũ q̃ fuerant, in oꝑa, & illos castigauit supplicio iusto, & earũ centurios puniuit, & legatos priuauit officio vituposè: & reliquo dictarũ cohortũ iussit ꝑ cibo dari ordeũ, & millia quatuor illi⁹

legionis

legionis quæ sine iussu sui Imperatoris Regium oppidũ depredarũt, primò carceratos morte puniuit, & idem fecerunt transfugis Annibalis: & iussu Senatus remanserunt insepulti, & quòd nullus illos ploraret sub pęna Senatus Consulti C. Curius Consul in bello Dardanico apud Dirachium legionem tumultuantem puniuit, quæ dixerat se nole sequi consulem in locis asperrimis, & illam exautorizauit, & armis priuauit: & ita ipsam tenuit pro aliorum seruitio ad faciendum paleam, & lectos militum, & ad fodiẽdum foueas pro vallis, & castris: nec vnq̃ voluit suppleri de illis legionibus aliis, de insigne leuaret militare illis priuatis armis. Exemplo Annibalis qui Numidas cccccc. equites arte trãsfugas fecit dolos præparando Romanis apud Cannas antequàm expeditio fieret, & tunc educto exercitu acie instructo ad celerem pugnam peruenit deceptis Romanis, & famosam victoriam nullo æuo perituram habuit.

54 † Et strenuus Imperator Dithamis contra Tumidum Xersem simili consilio victoriã arte habuit, sui ducis verbis incitato exercitu ardore maximo pugnante.

55 † Romani antiqui transfugas punierunt incisione dexteræ manus: & vt proditores sunt torquendi transfugæ antequàm puniantur debita pęna, vt propalét consocios, & arcana suorum.

56 † Pro transfugis miles habetur ille qui captus fuit ab hostibus, & redire potuerit, & non rediit: & si redierit recipiendus est ad militiam si constiterit ipsum euasisse, & non transfugasse: & transfugæ reuersi, & non recepti ciuitatem nõ recuperant l. iii. & l. Iam, & l. Postliminium ff. de capt. & postl. reuers.

57 † Et morte naturali puniendi sunt illi qui nuntiant secreta hostibus l. omne delictum §. qui in acie, cum l. sequenti ff. de re milit. qua pęna etiam milites illi qui à loco sibi dato per ducem dolo cesserunt puniendi sunt.

58 † Capitale delictum est militibus custodiam deserentibus, & illis quoque qui extra castra aliqua portassent in iussu ducum.

59 † Et iactatoribus qui se iactant fecisse egregia facta in pugna, & illis qui præter uoluntatem sui ducis pugnassent, uel pre timore arma iactassent.

60 † Et publicè puniebantur ab exercitu pro desertionibus, & præmiabantur etiã publicè pro eorum gestis egregiis. Ideò Romani pro legum obseruatione, & pręmiorum remuneratione pro optimis gestis imperium suum accreuerunt: & illud æterna gloria coronarunt.

61 † Exploratores autem qui hostium precibus tardi fuerunt ad referendum hostium secreta Imperatori suo, ita cum hostibus conuenti, uiui concremantur.

62 † Qua pæna etiam puniendi sunt sodomitæ cum infamiæ nota, aucten. ne lux. cont. nat. §. i. & l. Cum vir, & l. Fædissimam C. de adult. & Inst. de interd. §. lex Iulia, & l. fin. ff. ad leg. Iul. de adult.

63 † Probè laudatur Marius à Senatu tertio consul electus ob uirtutem, & iustitiam suam: Contingit ducem cohortis. C. Lucium Marii nepotem, in cuius Lucii cohorte descriptus erat Trebonius Iuuenis egregiæ formæ quem C. Lucius de inhonesto actu pluries interpellauerat: & dum una nocte ad se illum uenire mandasset, & ille parendo iuisset ad ipsum, & dum illum turpiter cognoscere voluisset Trebonius euaginauit ensem & C. Luciũ interfecit Mario tunc absente: quo redito pluribus de Trebonio habitis accusationibus de morte nepotis, & ad ipsum vocato Trebonio, & illo cõ parente ad iudiciũ: & videns Trebonius se multos habere accusatores, & defensorem neminem: tunc totum factum narrauit inducendo testes quibus probabatur qualiter pluries resistit uiolentiæ. C. Lucii: & qualiter sibi munera multa dederat, & ꝙ nunq̃ noluit illi facere copiã sui corporis. Et tunc miratus C. Marius de virtute iuuenis Trebonii illum coronauit corona patriæ: quo relato in vrbem Senatus in præmium tam pulchri gesti Marium tertio Consulem creauit.

64 † Pollimacum occidit Alexander quia in Persia sepulchrum Cyri regis destruxerat:& cũ Abolitus,& eius filius Orixartes Præfecti Alexandri forent adeò oppressi auaritia ꝙ frumenta non portarunt Alexandro pro exercitu,sed illi thesaurum seruassent, Alexander iratus lancea transfixit Orixartem,& cum Abolitus pater Orixartis tria millia portasset talentorum argenti coram Alexandro, illa iussit poni antè equos ad comedendum:& cum equi illa non edissent inqt erga Abolitum:qualem commoditatem attulit apparatus tuus honori,& exercitui meo : & illum fecit in carcerem poni, & ibi mori cum vituperosa miseria auari hominis.

65 † Pro benè gestis Thesalorum cõtra Darium Alexander dedit militibus suis vltra stipendium illis statutum millia duo talenta pro quolibet, & illos remisit ad domos eorum punito Besso eorum duce: qui Darium iam captum occiderat, & illum non duxerat Alexandro secundum militiæ regulas.

66 † Pro benè meritis in bello, & pace feuda,& seu beneficia conferuntur per Principes bene merentibus : quæ quadrupliciter aperiuntur videlicet morte, refutatione,defectu,& delicto. Nam aperto feudo per mortem ad dominũ, vel ad agnatos masculos deuoluitur usque in infinitum,fœminis exclusis c.i.§.& quia, qui feud.dar.poss.nisi aliter foret in pactis, refutatione etiam absque domini voluntate,cum quilibet possit refutare fauorẽ suum,& illi renuntiare:quod secus foret in domino uolente feudum accipere pro se absq; consensu uasalli cum tractaret de proprio lucro, & cum iniuria uasalli cui est ius quęsitum per inuestituram l. si quis in conscribendo, C. de pact.c.i. in fin.de uasal.qui cõtra constit. Lottar. feud.alien. Defectu quando aperitur feudum nouũ muto,surdo , uel naturaliter aliàs imperfecto c.Grãdi,de suppl.negl. præl. De feudo antiquo secus erit si vitium fuerit accidentale quantumq; perpetuum c.i.in tit.an mutus &c. Delicto aperitur feudum iisdem causis quibus uasalli priuantur vt aliàs dixi.

67 † Quęro de casu si socius criminis sit idoneus testis, & probet contra socium criminis in casibus in quibus admittitᵉ pro teste socius criminis:regulariter dicendum est hoc sanè fore intelligendum uidelicet si socius criminis non sit inimicus , vel aliàs infamis ex alio crimine quoniam ipsi non crederetur,nec est sibi credendum perindè ac si nõ testificasset: Ita communiter tenent Doct. & præcipuè Ang.de Perus.& eius frater Bald.in l. qui in iudicio, ff.de accu.& Ant.Cors. in singul.suis in verb. Inter , & subtilis Doct.Fran.de Aret.in c.Cũ Petrus Manconella,extra de accus.& est bonus tex. in c.in fidei , in.§.fin. de hæret.in vi.& Hipp.de Marsi.in consi.lxxiiii.in v. col. primi uol suorum consiliorum criminalium , & per Thomam Grammaticum Parthenopeiũ in decis sua.xxxiiii.col ii.

68 † Quæritur de Duce,Marchione, Comite,Barone,Milite,aut de alio priuilegiato accusato de crimine læsæ maiestatis an pro hoste habeatur?constito legitimè primitus de delicto : Dic ꝙ sic : & nullo tunc iuuabitur priuilegio l. Proditores, ff.de re milit.

69 † Contingit in dies in Regno Siciliæ vbi Rex pluribus Principibus , Ducibus, Marchionibus,Comitibus,& Baronibus concessit iurisdictionem meri , & mixti imperii cum gladii potestate liberaliter in uasallos. Et quidam ex prædictis abutentes priuilegiis suis prohibent vasallos sibi commissos accedere ad regios officiales superiores,& magistratus regios ex causa criminum in eorum territorio, & extra per ipsos cõmissorum, vel causa grauaminum sibi illatorũ per suos dominos barones,& Regis feudatarios q prohibent quandoq; uasallos suos indirecta uia se reclamare ad regiam curiam sibi superiorem : & uasallos iniuriantur diuersimodè contra iustitiam,prohibentes de facto ipsos habere recursum ad regẽ, & ipsius regios magistratus,in quam pœnam incurrant dicti feudatarii Principes,Duces,Marchiones,Comites, Barones,& milites: Dic in currere in crimen

lesæ maiestatis arg. l. Cuiusq; tertio responso ff. ad leg. Iul. maiest. & per Luc. de Pen. in l. si quis, C. vt nemo ad suum patro. suscip. vicos, & rust. eorum. Et abutentes iurisdictione sibi commissa, & concessa ea possunt, & debent priuari: ita tenet Bal. in c. 1. in §. Publici latrones, de pac. tenen. in c i. qualiter domini propr. feud. priuant. Et Princeps in cõcedẽdo iurisdictionem in uasallos propter hoc non intendit à se eximere, & abdicare à se iurisdictionem quin ea & ipse uti ualeat, cum ualuerit in eosdem met uasallos c. Dudum, de preben. in vi. & l. i. C. de off. præf. vrb. & c. Per hoc, de heret. in vi. Et potest ad libitum suum causas inferiorum ad se aduocare c. vt nostrum, de appell. & l. meminisse ff. de off. procõsul. & lega. & per Cardi. Alexan. in c. Perpendimus, de senten excom. & per Innoc. in c. quæ in Ecclesiarum, de cõstit.

70 † Et dum foret Sertorius amicus Mario, & Cecinæ, uidẽs millia quatuor seruorũ delinquentium fuisse descripta per Marium in militia, & per ipsos multa fieri crudelia, & inhonesta contra patronos suos, & eorum coniuges, & liberos: & nõ ualens aliter illis prouidere in seruos huiusmodi facinorosos impetum fecit, & illos omnes trucidauit usque ad unum. Et post illinc ad paucos dies defuncto Mario Cecinam occidit & se in Hiberiam contulit: & prouinciam illam sibi beneuolam fecit liberando illam ab angariis, & à tributis: & reddito Sylla in urbe cũ victoria Mithridatis: contra Sertorium misit C. Annium cum maximo exercitu, & Sertorius cum suis se reduxit in Hispaniam in noua Carthagine, post reddit Hiberniam reductis Piratis Cilicis, & presidium Annii quod posuerat in Pithusiam insulam superauit, & Pacianum occidit Sylle legatum ipsius per vim capto exercitu.

71 † Quæro de milite qui fracto carcere aufugit, an puniri de iure possit? Dic ꝙ sic, & qua pœna, dic ultimi supplicii, aut de sertores militiæ qui publicatis bonis suis morte naturali puniuntur l. Milites. §. Eius. ff de re milit. & l. Defunctorum, C. eod. tit. & l. i. & ii. ff. de expil. Et eadẽ pœna puniuntur fidei ruptores, & fraudatores, & pacis fractores, & turbatores l. fin. ff. de re milit. Fuluius autem Suffecius Albanus qui perfidè rupit fidem, & pacta non seruauit Regi Tullo binis quadrigiis meritò fuit laceratus iussu Populi Romani.

72 † Et dantes gladios, & arma carceratis vt carceres rumperent, & effugerent de carceribus naturali morte sunt puniendi l. omne delictum, ff. de re milit. Et fugientes è carceribus sine legitima causa capti, aut nulliter detenti, & carcerati non habebuntur pro desertoribus cum nulla fuerit captura, & puniri de iure non debeant illi qui euasi fuerunt propter talem fugam: quia id ritè fecisse videntur gratia libertatis, & propriæ salutis: quibus iniuriabatur de facto propter iniustam detentionem à Iudice, cui iniustè exequenti est licitum resistere c. Ex parte, extra de accus. & c. Ponderet. 50. distin. & per Dominicum de sancto Geminiano ibi, & Petr. de Ancha. in consi. lxxxii. suorum consiliorum, & per Rom. in l. ii. ff. de re iud. & Hipp. Marsi. in cõsi. xxxviii. i. vol. consi. crimi.

73 † Et ualdè excedunt Principes, & milites illi qui militant nocendi cupiditate, & vlciscendi crudelitate, rebellandi feritate, & affectione dominandi animo implacabili c. Precipue. i. q. v. c. quid culpatur, & c. Summa xxiii. q. i.

74 † Exceduntq; milites negociando, mercando, vsurando, placitando, luxuriãdo, procurando, & se ingerendo, & immiscendo vilissimis ministeriis deturpando militiæ dignitatem, & gloriam c. ius militare, distin. i. & l. militem C. de pro cur. & l. filius §. veterani ff. eod. tit. & c. Bonæ, iuncta Glosa de post. prælat. Et semper excedunt milites quando non vtuntur militia ad id ad quod est institu ta c. i. xxiii. q. i. videlicet ad iniuriã propulsandam, & vindictam inferendã contra impios hostes reipublicæ. Et milites illi qui in se manus intulerunt propter delictum, uel se occiderunt, aut se precipitem dederunt pœna mortis plectendi

sunt,eorum confiscatis bonis, sin'autem id fecerunt ob tædium uitæ,doloris, aut morbi,amoris,vel impatientię:dictas pœnas necis non patientur, neque bonorũ confiscationẽ vt in d.l.Ob delictum ff.de re milit.

75 † Fures,& latrones milites,viarumq; derobatores publicarum, pacisq; ruptores, & aliena bona furantes, & eorum auxiliatores,& participes criminum huiusmodi,& de furtis ipsos,& illa scienter receptantes cum furtis sunt pœna plectẽdi mortis naturalis l.i.& l.quicunq; C.de Episcop.& cler.& l.i.de infam.Nam latrones, & stratarum derobatores à quocunq; possunt occidi impunè l.i.& ii.C. quando liceat sine iudice vendicare.

76 † Et naturali morte puniri debent milites illi qui relictis castris se contulerunt ad latrocinia,& ad deprædationes.l.fin. C.de desert.Et hoc casu debent furca suspendi milites latrones: quia infames fiunt ipso iure:& infamia talis priuat ipsos militia,& priuilegiis omnibus militaribus l.ii.§.miles ff.de iis qui notan. infam.& per Felyn.post Abb.in c.querelam,de iur.iuran.

77 † An iura sanguinis excusent receptatores latronum, dixi superius in titul.de obedien.Et an omni tpe procedi,& exequi possit contra latrones etiam festiuo die natalis Domini, & sanctę ipsius resurrectionis:Dic ꝙ sic,l. Prouinciarum, C.de feriis.

78 † Præstari nempe possunt iuramenta testibus in causis criminalibus, & captiuorum in festiuis diebus,& illos recipi, & examinari festiuo tempore: quoniã omni die,& tempore est danda defensio reis l.custodias, de publ.iudic. Nec ipsis est deneganda defensio petentibus illam l. vnius.§.si.ff.de quæst.Et ille pœna mortis etiam punitur qui in propria domo, vel ulla priuatum carcerem facit l.i. C. de priuat.carcer.

79 † Tumultuantibus suis Cæsar licentiam concessit turbato minatorio vultu accessit ad ipsos,& illi pænitentia ducti rogarunt Imperatorem suum ut ipsos non haberet pro desertoribus, & quòd magis erunt sibi obedientes in futurum pro vt fuerunt. G.autem Pompeius milites suos puniuit qui Senatum truncauerant Mediolani,uocatis nocentibus, & innocentibus ad contionem qui libenter omnes venerunt:& inde iussit per innocentes capi nocentes,& ita factum fuit, & illos securi puniri mandauit sui prudentia Ducis. Cæsar cognita discordia ipsius militum,& viso qualiter eorum animi erant pleni odio, totam illam legionem priuauit stipendio,& honore militari, & duces seditionis huiusmodi priuauit capite:& indè pęnitentibus militibus pepercit, & illos obedientissimos habuit.

80 † Quæro si Seruus incurrit in aliquam pęnam ex eo quòd fuit se tutatus contra dominum suum in ipsum seuientem, & illum interficere uolentem, & conantẽ, an puniri debeat seruus Dic ꝙ non: quia defensio est de iure naturę non improbata à lege l.si Dominus in seruos,ff. de iis qui sunt sui,uel alien.iur. Nam iure cautum est quòd in his in quibus iura non permittunt,se nõ tutari:nõ debent se defendere,secus in his in quibus iura non permittunt, & faciunt contra iuris debitum.Et pro hoc soluit quęstio illa quoque de domino sæuiente in uasallum, & marito contra uxorem sęuiẽte, & de magistro contra discipulum irato,& attrociter uerberante, & de patre contra filios inordinate sæuiente,quòd impunè se poterint tutari: quia defensio est de iure naturæ.

81 †Obedientia,& de eius virtute aliàs pluries diximus supra quæ in cunctis est præstanda in re militari: quia est vexillum salutis,& victoriæ, & Regum veneranda corona c. In summa, & c. Quid culpatur,xxiii q.i.

82 † Puniuntur de falso illi qui non sunt milites,& se pro militibus gerunt l.Eos. §. qui se ꝓ milite gessit ff.ad leg.Corn. de fals.Et propter delicta puniendi sunt milites in personis,& in substantia: delictorum,& locorum,& temporum, attenta qualitate, vt eorum acerbitas vindictæ, seu supplicii in aliorum transeant

exemplum,

exemplum, ita iubente, & permittente iustitia, virtus repellit bonos delinquere, & pœna terret, & repellit malos à delictis.

83 † Et si Iudex habet ius commune, & statutarium an possit in iudicando amplecti, & sequi illud ius quod velit, habetur per Bald. in §. iniuria, de pac.iura. firman.

84 † An Miles existens in comitatiua cuiusdā baronis cui fuit in via facta violētia, & iniuria, liceat dicto militi impunèvim repellere, & violentiā passo sibi coniuncto, vel extraneo: de coniuncto dic vt in Glo.l.vt vim,ff.de iust & iur.illam limitando per legem in priuatis,ff.de iud. & l.Cornelia, ff. de iniuriis: In extraneo dic vt de dicto milite si erat pro comitiua violentiam passi, & tunc licet impunè tueri.l. Labeonem.§. Si quis virginē ff. de iniur. Et si non erat deputatus pro comitiua, & tunc sibi licuit incontinenti, sed non ex interuallo vim repellere l. Cum fundum, ff.de vi, & vi arm. Nam propriam facti ex interuallo non posset de iure repellere iniuriam, posset tamen iuris iniuriam repellere ex interuallo vbi iura hoc permittunt l. Non tantum, ff.de appell.

85 † Et licitum est violentiam passo vocare amicos pro defensione rerum suarum l. ii. & iii.ff.de vi, & vi arm. Et multò magis pro defensione personæ l. Sancimus C.de sacr.san. Eccl.c. Dilecto, de sent. excom.lib.vi & l.i.ff.de iur.deliber. & c. De causis, de offic.deleg.etiam pro defensione rerum depositarum, & commoditarum licitum est vim ui repellere l. Cui damus, ff. de reg.iur. & c. Quid agendū, de reg.iur. & l Vnica ff.de fonte.

86 † Et an liceat hoc facere cum moderamine inculpatę tutelæ, Dic ꝙ sic, & ad hoc, vt hæc defensio procedat requiritur in illo actu violento, ne aliàs censeatur extendenda vindicta habito respectu armorum qualitatis, & concursus temporis: videlicet an incontinenti antequam diuertatur ad extraneos actus, vel ex interuallo l. Quod ait, in fin.ff.de adulr. Et sic si illata fuerit iniuria personæ incontinenti est vendicanda, sin autem rebus, & res fuerint violenter ablatæ, poterit, ex interuallo vocatis amicis illas recuperare, si per viam iuris illam habere, & consequi non poterit l. vt vim, ff. de iust. & iur. & l. Scientiam, ff.ad leg. Aquil. & per Glo.ibi, & l. Qui possessionem, ff.de vi, & vi arm. Et ratio diuersitatis est, ꝙ illata violentia in persona restaurari plus non potest, in rebus autē potest, & actus defensorius fieri debet ad defensam, & non ad vindictam inspectis conditionibus personarū quibus facile percipitur, an videatur defendisse, vel vindicasse habetur per Io.de Lig.in lib. suo de bel.circa fin.c.xcvii. & c.cxiii. & c cxix.

87 † Tenentur milites in bello strenuè, & pertinaciter pugnare ne capiantur: Nam statuit Senatus milites illos qui capti fuerunt à Pyrrho rege Epirotarū vltrò remissi, si equo militabant peditum numero describi, & si pedes militabant funditorum auxiliis denotari: ne in pristinum ordinem, & honorem militiæ redirent, nisi bina quisq; spolia hostium reportarent.

88 † Et aliquorum militum venas propter delictum soluebant antiqui, vt dimisso cruore perirent. Et Crassus Græco Architecto cui scripserat ex duobus lignis maius sibi mitti pro faciendo oneagro, & cum minus aptius fuerit id miserit: & & quia non paruit in mittendo maius, ipsum primò virgis cæsum, priuauit stipendio.

89 † Et Titus Præfectus equorum ignominiosè priuatus dignitate, tunica sibi decincta à Lucio Calphurnio Pisone consule: & in numero funditorum transcriptus est, ex eo ꝙ cum bellum gereret in Siciliam aduersus fugitiuos tumultuantes hostium multitudine fugitiuorum circumuentus arma ipsius tradidisset.

90 † Et an miles pergens ad bellum teneatur pro equo sibi mutuato, & in bello vulnerato, & in ciuitatem ducto, qui postea mortuus est, dic non teneri: quia perindè habetur ac si mortuus fuisset in bello secundum pactum initum inter milites l. Ait lex, & l. huic scripturæ, ff.

ad leg. Aquil. & l. damnum, §. Sabini, ff. de dam. infect. & per Bart. in l. i. ff. de incen. rui. naufra. & in l. quod ait, C. de adult. & in l. Item Mela §. fin. ff. de excus. tut. Nam turpissimum est in re militari perdere arma, & equos l. Qui comeatus spacium, & l. iii. §. Qui plures, & l. Qui cum vno ff. de re milit. Et nihil est deterius in re bellica quàm ipsa inobedientia: Ideò Aulus Fuluius ordinis Senatorii inobedientem filium occidit, quoniam in aciem iuerat iniussu patris: quia per inobedientiam militum Princeps redditur inglorius.

91 † Emphistion verò Alexandri amicus dum foret infirmus, non parens Glauco medico comedit ædum, & potauit vinũ, & propterea periit febre crescente: & impatiens Alexander de morte amici Emphistionis imprudenter inebriatus ira Glaucum medicum innocentem occidit.

92 † Puniendi sunt milites illi qui recedunt è castris iniussu ducis, & pariter illi qui suspecti accedunt ad castra, & illi qui signa relinquerunt, aut pulsi loco cedere ausi fuerant: Augustus laudabiliter militarem disciplinam gessit seuerissimè, & priuatos militari cingulo nunquam restituit, nisi illos præ cæteris virtutum merita insignirent: & centuriones relicta per ipsos statione, & legiones contumaces exautorizauit, & manipulares desertores militiæ priuauit capitali sententia: & alios desertores milites variis ignominiis affecit pro delictorum genere.

93 † Et Publius Cornelius Scipio Nasica desertores milites per ipsum damnatos primò virgis cęsos publicè vendidit, inquiens ipsos non esse liberos sed seruos ex præda captos, aut seruos factos de iure gentium: vt instit. de iur. natur. gent. & ciuil. §. ii.

94 † Et iusto rege Persę transfugas exteros mandauit per elephantos conculcari. Et transfugam quendam Aphricanus Scipio in spetaculũ populi bestiis obiecit.

95 † Nec pœna homicidii punietur ille qui transfugam, vel hostem ciuitatis occiderit l. iii. §. fin. ff. ad leg. Corn. de sicar. & l. Proditores, ff. de re milit. & c. Cum homo, xxiii. q. v.

96 † Et Xerses rex Persarum, Medorum, & Aegypti suo innumeroso descripto exercitu ambulaturus in Græciam Ficio patri quinque filiorum in exercitu descriptorum petenti vnius vacationem quẽ vellet eligere promisit, deindè electum in duas partes scissum, & distractum ab vtroque latere viæ posuit vbi vniuersus ipsius pertransiuit exercitus: & Mithridates variis cruciatus crudelissimis desertores affecit. Et Crassus cruciauit desertores igne, fummo, & cruce.

97 † Et in bello Spartico, seu seruile, vel gladiatorio contra Spartacum Thracem virum, & ducem fortem, prudentem, & excellentem virtutibus variis ornatum gladiatorum fugitiuorum seruorum cumulato exercitu, & illo probè ordinato: contra quem M. Cassius missus fuit ad expugnationem rupto iam per Spartacum Claudio Consule qui illum obsederat in monte in quo unam tantum viam habebat ascendendi super ipsum: & illã claudius interceperat: & nõ ualens Spartacus cum suis euadere de nocte insciis Romanis cum suis de ruposo monte, seu saxo incustodito descendit cum armis suis artè missis deorsum, & Claudium fuit post terga aggressus, quem fugauit cum suis sibi leuato vallo: Et Publium Varinium Roma. ducem, & Consulem alia vice fugauit, positis illi, & suis legatis, Furio, & Cosinio insidiis in via quẽ occidit Spartacus cum multis ex suis, & Romanorum cœpit impedimenta: & rupto consule Vatinio, & capto illius equo cum lictoribus deprædabat Spartacus Italiam suo cum gladiatorum seruili fugitiuorum exercitu, vnà cum latronibus multis in eo congregatis: quibus Lentulum consulem vnà cum legatis suis fugauit. Nam Lentulus contra Spartacum posuerat insidias credens ipsum habere in medio, sed illos post terga fuit Spartacus adhortus per ipsum prius positis insidiis Romanis: quos rupit, & vallũ cœpit eorum cũ impedimentis, post Cassiũ

Prætorem Galliæ Cisalpinæ rupit, & fugauit cum magna cæde Cassianorũ: contra quem demũ missus fuit Crassus qui Mumium legatũ suum cũ duabus legionibus ante misit vt in nemore se occultaret, & ꝙ post terga incepta pugna cum Spartaco illũ feriret: & Mumius iniussu cõsulis uisis hostibus nõ aliter positis insidiis pugnauit, & in belli initio quingentis ex suis fugierunt, & ni Crassus illis occurisset cum exercitu, cæsi fuissent à Spartaco.

98 † Et Crassus post illis omnibus qui fuerant cum Mũmio sustulit arma quæ illis primò non restituit nisi cum nouo iuramento, & vadimonio: & quingẽtos illos qui antè alios fugerant, & illis causam dederunt timoris diuisit in quinquaginta partes, & vnum ex qualibet parte sortè extraxit, & extructos primò virgis cæsos coram exercitu fecit occidere securi. & fuit demum insequutus Spartacum quem in Sicilia obsedit Crassus in Cheronesio reginorum per medium cincto muro, & fouea magna ita ꝙ fugere non potuerat: sed ipse Spartacus post sibi deficiente alimonia in nocte quadam nubilosa foueam impleuit: & fugit: quẽ fuit Crassus insequutus vnà cum suis legatis C. Caninio, & C. Cassio positis illis insidiis quæ reuelatæ fuerunt Spartaco per feminas duas, & Spartacus in insidiantes occultos impetum fecit, & multos ex illis occidit: quibus si ꝑ Crassum non fuisset cũ exercitu celerrimè occursum, cæsi permansissent illi qui se occultauerant contra Spartacum qui gloriosè in pugna unà cum millibus, & tercentũ ex suis gladiatoribus seruis non sine tamen hostiũ suorũ sanguine interfectus fuit ob seruilẽ, & inordinatã obedientiã.

99 † Macrinus Opilius metu, timore, & cathenis vinctos desertores mersit in profluentẽ: & dirus Mezentius diuum contemptor cadauera pro cruciatu iungebat corpora uiuis iuxta illud Poetæ.

Mortica quin etiam iungebat corpora viuis,
Componens manibusq; manus, atq; oribus ora:
Tormenti genus, & sanio taboq; fluentes
Complexu in misero longa sic morte necabat.

Vt milites ex alieno malo discerent præcauere, vel alienæ virtutis prouocarentur exemplis: & boni milites parent libenter ducibus suis, licet iuris uinculo ad id teneantur illis, & eorum edictis obedire, aliàs possent ut desertores puniri variis, & diuersis pęnis.

100 † Desertor nomen est generale in re militari comprehendens in se genus omne delictorum quæ committuntur per milites in exercitio militari, & quæ committi in re bellica possunt. Et Fuluius amicus dictator dum mãdasset insigne legionum in hostes Faliscos portaretur, & uiso vexilliferum super hoc fuisse somnolentum, & pigrum illum occidere fecit, & alii timore mortis similis illicò irruerunt hostes, & victores extiterunt. Et debent puniri milites illi qui proditoriè tractant mortem amicorum suorum, & commilitonum cum inimicis eorum l. Si quis à barbaris C. de re milit. & l. vniuersis C. vbi ca. fisca. & l. milites. §. Reuertentes, & l. Omne delictum ff. de re militari.

101 † Et cum iusto rectè putauerit uincere Brutus armatus expertorum militum suorum iudicio regebat, & Cassianos valdè licentiosos, & ineffrenatos mortuo Imperatore suo Cassio artè cum munificentia retinuit in fide in castro cænoso, & glatioso: & glatioso autumnali tempore, pluuia congelata reducto exercitu in tuto loco Romana uirtute.

102 † A patre si quis desertor miles oblatus fuerit curiæ non capite, sed mitius punietur iudicis arbitrio citra tamen pœnam mortis tenet Paul. de Cast. post Iaco. de Rauen. & Rai. de Forl. antiquos doctores in l. Milites. §. Desertorem. ff. de re milit. & Fely. in c. Accusasti in vlti. colum. de accus. Et per Ang. de Perus. in l. Si adulterium ff. de adult. & per Hipp. de Marsi. Bono in l. i. §. ad quæstionem, & in l. vnius. §. seruus. ff. eo. tit.

103 † Inter hostes, & militaria crimina est pigritia quæ punienda est omni ferè die;

Cũ hostis sit virtutis: In obsidione Troię in exercitu Græcorum fustigabatur Liptopus propter pigritiam suam: nam illo segnior fuit nemo in toto exercitu Argolico: quia hic Liptopus existens in lecto striglia fricabat equos domini sui ꝑpter ignauiam suam.

104 † Nec prò desertore habebitur miles qui intra tempus comeatus nõ reddit, si probauerit legitimã absentiæ causam l. Desertorem ff. de re milit.

105 † Et milites excedunt nimis loquaces, & vociferantes in castris silentii tempore: Cleones Atheniensis nimis fuit iactator, loquax, & gloriosus, aptus clamare sine verecundia, & diues tantum fuit audacia, & ritè habitus pro desertore, & meritò à Duce suo punitus fuit, & priuatus militari cingulo. Et quædam pertinentia ad materiam præsentis tituli diximus supra in titu. de obedientia &c. circa finem.

106 † Desertores sunt quidam nostri temporis milites, & duces illi qui non probè, & fideliter seruiunt dominis suis, vel seruiunt sed non cum eo numero militum, & equorum pro quibus accipiunt stipendium: quod restituere habent indebitè acceptum militibus non datum, vel per se retentum c. instantia, extra de cens. c. si quis satis. lxxxi. distin.

107 † Et desertores sunt vt aliàs dixi illi qui de bello fugiunt, & illi qui dominos deserunt in prælio inter hostes: & rei sunt hi maiestatis crimine l. omne delictum §. qui in acie, & l. Proditores, ff de re milit. & l. iii. ff. ad leg. Iul. maiest. & c. infames, vi q. i. & per Bart. in l. vtrum ff. de paric. & l. quisquis C. ad leg. Iul. maiest. & per Gl. in l. i. C. si reus, uel accusator, & l. i. ii. & iii. in fin. ff. ad leg. Iul. maiest.

Vbi habetur ꝙ ille committit crimen læsæ maiestatis qui bellum gessit sine iussu Principis sui, & etiam ille qui sciẽs non propalauit proditionem contra regem, & dominum suum, & qui non propalauit illos quos vidit cudere falsam monetam sui Principis, & qui eligit militem sine iussu sui Ducis, & qui bellum, & exercitum præparauit etiam iniussu Principis, & qui non dedit exercitum suo successori qui in eius locum successit, & missus fuit, & qui officium dare noluit successori suo, Et ille qui Imperiũ, vel exercitum pro Romano populo deseruit, & ille qui priuatus est, & dolo malo fuit vsus auctoritate magistratus, vt in dictis iuribus.

108 † Et duces illi qui stipendia huiusmodi derobãt regibus suis vltimo sunt puniendi supplicio: quia ipsi sunt in causa ruinę, & perditionis exercituum, & regnorum ob auaritiam hostem intrinsecum militiæ: Nam casu accidente commissi prælii suorum deficiente numero sibi prætaxato verecundiam posteà reportant, pereunt, aut captiui fiunt, regnum annichilantes Principum suorum: quos non ambigimus posse legitimè puniri vt proditores, & latrones, imaginariam militiam sui causa generatam propter absentiam militum, & quibus parcere non est misericordia, sed iustitia c. Est iniusta, xxiii. q. iiii.

109 † Et Bessum à Dario corruptũ lacerari arboribus fecit Alexander Magnus.

110 † Nec ob hoc iudices putamus esse crudeles, sed pios magis, & misericordes cũ crudeles damnent, & iugulent pro salute populi, & pace regnorum: & vt humana audacia cohęrceatur à sceleribus, & abstineatur à delictis c. Nõ est crudelis, xxiii. q. v. & c. ipsa pietas, xxiii. q. iiii. & c. facta. iiii. distin.

111 † Quęro de milite qui gratis seruiebat ciuitati, & sibi fuit in pugna pro ciuitate mortuus equus suus, an ciuitas illa cui gratis seruiebat teneatur ad emendam, Dic quòd sic, secus si fuisset stipendiatus ab ea: ita tenet Alexan. de Imo in l. i. ff. ad leg. Rod. de iactu. in additionibus Bartoli.

112 † Quęro si exercitus possit bona amicorũ accipe, & vẽdere, donare, & alienare, Dic ꝙ sic necessitatis tpe, habet per Bal. in l. Neminẽ, C. de sacr. san. eccl. & Bart. dicit in l. ii. & iii. C. qbus mune. licet se excus. lib. x. Quod quando dñs equitat ad aliqua loca debẽtur sibi expensę, nec poterit quis se excusare immunitate aliqua,

aliqua, vel priuilegio: Nec vllus potest se excusare quando Princeps facit exercitum ab iis quæ sunt necessaria, etiam si aliàs sit exemptus. Idem est dicendum si collecta imponitur propter aliquam necessitatem, nullus etiam habens immunitatem excusabitur. l. i. C. de superinterd. lib. x. l. prætor. §. diuns, ff. de sepul. viol. Et est ratio quia non est ordinaria præstatio sicut fuit ab indè retro per dicta iura. Et si dominus transiuerit per loca sua cum exercitu alimentari debet ex prædiis vbi transit. l. si pendentes, ff. de vsufru. & per Bald. ibi, & in l. neminem, C. de sacrosan. Eccl. cum similibus prædictis.

113 † Quæro de milite discedente antè tempus suæ conductæ, & per ipsum stetit quod tempus non adimpleuit, an satisfieri debeat pro tempore quo stetit: Dic quòd non. l. si ita fuerit, ff. de manum. testa. Et ratio est quia in actu vbi honor publicus consideratur, vt in doctore conducto ad legendum, vel ad aduocandum, aut in milite conducto ad stipendium, aut in medico conducto ad praticam medellę, & ad medendum, vbi vnus casus potest valere quantum mille, nihil ipsis debeatur si discesserint antè tempus quia nihil videtur impletum cum aliquid notabile restat ad implendum, & per eosdem steterit. Stipendiarius enim cõducitur propter casus fortuitos, & si recedit ante tempus nihil habere debet: & idem in aduocato qui litem dimittit tempore substantiali, & periculo imminentis. l. i. §. diuus, ff. de var. & extraord. cogn. Sed in actis in quibus consideratur interesse pecunia rum, & nobis damnum non sit, neque interesse vt in famulis militum, & ciuium discedentibus; soluitur pro rata temporis. Sed si tantum damnum patiuntur milites, vel ciues ex eorum recessu: quantum commodum habuerunt ex seruitio, & accessu; non tenentur propter compensationem hinc indè: Et sic non cadit distinctio partitiua operis, nec rata temporis vbi de honore tractatur: vt in stipendiario, & doctore superius diximus: & per not. per Bald. in l. æde, C. loc. & conduc.

114 † Et dicebat Bar. in l. i. §. familię, & habetur per Moder. ibi, ff. de public. quod seruitores debent esse morigerati, aliàs tenentur ex facto ipsorum domini sui. Doctor, seu stipendiarius si de licentia domini itineretur debent habere salarium suum per Glo. in l. exactorem. §. diem, ff. de re milit. & l. hac lege. C. de proxi. sacr. scri. lib. xii. & per Bald. in l. si ea conditione, C. de condi. inser. & per Barto. in l. i. §. Diuus, ff. de var. & extraord. cogn. & Glo. in l. desertorem. §. si ad diem, ff. de iur. fis.

115 † Et si Peditatus Germanię cõductus ad certum tempus, & pro certo stipendio per ducem Medioiani: & dum sunt in itinere captum fuisset Mediolanũ ab aliquo Principe, an dictus peditatus debeat habere suum stipendium cum per ipsum non steterit, & an pro toto, vel pro parte: Dic pro rata temporis quo seruiuit, & etiam seruire dicuntur quando sunt in itinere. l. penulti. C. de erroga. mil. anno. lib. xii. & dominus Ioan. de Lign in suo lib. de bello ita bene distinguit hunc casum.

116 † Queritur si famulus infirmet an debeat habere salarium temporis quo stetit infirmus, videtur dicendum quod sic per Glo. in l. arboribus. § illo, ff. de vsufru. & in l. si vna, §. Item cum quidam, ff. loc. vbi tex. est contrarius, & Bar. dicit ibi quod si non potest præstare operas infirmitatis causa nõ debet habere salarium: reprobata dicta Glo. in l. arboribus. Et si famulus non potuit seruire certo tempore propter infirmitatem, & vult seruire alio tempore vt integram habeat mercedem suam vtrum possit. Dic esse distinguendum, aut famulus promisit operas certi temporis, vt puta pręsentis anni, vel mensis Augusti, & non potest supplere operas alio anno, vel mense argu. l. si vsufructu, ff. de vsufru. lega. aut quis tenebat ad operas vnius anni, vel mensis simpliciter: non adiecto de quo anno, vel mense, tunc poterit alio anno, vel mense supplere si fuerit impeditus in primo anno, vel mense. l. seruus, ff. de stat. liber. in fin. & per Bar. in l. si

vno.§. Item cum quidam, in fin.ff.solut. matr. & in l.operę, ff.de vsufr.leg. Et ratio est quia in conductione operarum alicuius si habetur respectus ad opus certũ quod resultat ex operis magis, quàm ad ipsas literas: videlicet si conduco operas tuas vt scribas mihi librum, nam idẽ est liber qui scribitur cras, quàm ille qui scribitur hodie: & si quis primo tempore impeditur casu, poterit operare alio tempore; & debet sibi tẽpus suppleri l. Ideò minus, ff.de verb.oblig. Si autem non habetur respectus ad certum tẽpus, & opus certum; tunc aliæ dicuntur operæ hodiernæ, & aliæ externæ l. si non sortem, §. libertus. ff. de cond.indeb. Ideò est distinguendum vt supra.

117 † Et an Dominus teneatur facere expensas famulo infirmo: Dic teneri ad modicas, & non ad magnas: ita tenet Bar.in l. si cum dotem.ff.solu.matr.& in l. operæ, ff.de vsufruc. legat.

118 † Quæro de stipẽdiario infirmo an debeat habere salarium, & seu stipẽdium suum; Dic ꝙ sic, quia seruire videtur. Abb. i c.i. de cler.egrot. & Doct.in l.si hęres.§. Stichus.ff.de stat.liber. & per Bar.in l.si uno §. cum quidam. ff. loc. & in l.operę.ff de vsufruc. & Bald. in l.cum quidam, C.de condit.insert.

119 † Quęro si pactum valet, vel consuetudo ꝙ pro conducendo pedites mutuentur pecunię, & equi; & si spoliantur in itinere an debeantur sibi resarcire ablata: Dic valere pactum, & consuetudinem, & non teneri ad aliquam refectionem sibi ablatarum in itinere l.si quis.ff.loc.

120 † Excedũt milites, ne dum illi qui sine sui Ducis licentia discedunt, & se absentant à castris & desertores fiunt: Sed etiam illi qui in propria domo manent volentes gaudere priuilegiis militaribus, & habere stipendium non manentes vt tenentur in castris committendo in legem l.miles, & l.qui mittuntur.ff.quib. ex caus.maio. & c.quia, iuncta Glo.in uerb.sic miles, de conceſſ.præbend.

121 † Nec desertor miles à Principe restitutus, neque miles ab hostibus captus & ad suos reuersus stipendium consequi debet temporis quo fuit desertor, uel captus l.i.& l.cum allegatis. C.de re milit. libr.xii.

122 † Et portantes arma, vel ferrum ad hostes puniri debent morte naturali l. Cotem ferro, ff. de publ. & l. i. & ii. C. quæ res vend. non poſſ.

123 † Quęro de casu; cuius expẽsis viuat pręstans operas cõductas, vel promissas; Dic viuere ex pecunia sua sibi data pro mercede: Si vero seruiuerit ex liberalitate, expensis eius uiuet cui seruit; nisi causa remunerationis seruiret pro beneficiis acceptis, uel seruitiorum causa ab eo primò receptorum: quia tunc si non est pauper viuet sumptu suo, secus si pauper; vt dicit Bar. in l.si non sortem in §. si libertus, ff.de cond.indeb. Et in hoc vltimo casu seruabitur consuetudo patriæ habetur per Bal. in l.quoniam. C.de test.

124 † Desertores etiam sunt milites illi qui cõcutiunt, & opprimunt populos petendo quid indebitè per minas; vt pecunias, & salgma extorqueantur l.i.& ii. C. de excuſ. & c.paratus, & ibi Glo.i fi.xxiii.q.i. & quadrupli pœna puniendi sunt c.militare, cum Glo.in fin xxiii.q.i. Et contenti stipendio suo esse debent milites; vt aliàs dixi, c.paratus, & c. militare. xxiii. q.i.& c.non satis lxxvi.distin.

125 † Et si pro delicto damnatus miles ad insulam deportatus fuerit pro fodiendo metallum, lapidesve, aut calcem captus fuit; & uenditus à latronibus alicui mercatori; restituendum est pretium emptori, & in antiquam pœnam remittendus est, l. mulier, ff.de capt. & postl. reuerſ. Omnis contumacia in re militari punienda est l. iii §.i.C.de castren.

126 † Castrensiani autem tenentur custodire castra, & Principum tentoria; aliàs possint castigari militari iure: & ritè antiquitus tertiam partem sui stipendii deponebant gloriosi milites apud vexilliferos suos: qui nihil restituebant illis; nisi finito bello; & pro hęredibus mortuorum militum in bello conseruabantur. Et milites pro honore suo, & sui stipendii conseruatione strenuè pugnabant: & ita conseruabatur peculium suum castrense.

127 † Et magnus Alexander vt facilius Perſas debellaret pecunias, prædas, ſpolia, & captiuos Perſarum poſuit in Damaſco; & poſt ſequuta expeditione contra Perſas; illaq; in Damaſco depoſuerat: diſtribuit in Theſſalos, & Macedones milites ſuos ſtrenuiſsimos, & illos dictauit munificentia ſua.

128 † Et nullus debet malè loqui de Principe ſuo q ſi fecerit ex ludibrio linguæ arbitrio Principis puniri poteſt; perſonarum atteta qualitate l. famoſi, ff. ad leg. Iul. maieſt. & l. i. C. ſi quis Imper maled. Et horum bona maledicentium quandoque publicabuntur, & quandoque ipſi morte naturali punientur vt in Glo. i. §. in ſuam, inſtit. de iniur. Et quia Affilates, & Ciſſus fuerint primi qui falſam vocem poſuerant Arpalum fuiſſe ruptum in bello; illos carcerari fecit Alexander puniedos ſecundum regulas militiæ arbitrio ſuo.

129 † Seruus militiam exercens meritò puniri poteſt militari iure l. qui ab omni, ff de re milit. Nam militaris dignitas, & glorioſa nobilitas excludit ſeruos à nobiliſsimo militię exercitio, & illos militare nõ permittit. Licet iura permittant ſeruis ſe defendere ſine iuſſu dominorum: quia defenſio eſt de iure naturæ, & nõ poſſunt domini tollere actus naturales, nec illis interdicere ita q pereant ſerui l. i. ff. de iis qui ſunt ſui, uel alien. iur. & per Bar. in l. cum fundus, ff. ſi cer. pet. & in l. i. & in l. ſi liber homo, ff. de ſtipu. ſeru. & per Innoc. in c. cum olim de priuil.

130 † Quid ſi ciuitas iuerit ad exercitum caſtrametatum in territorio ſuo, & aliquis de exercitu deliquerit in territorio illius ciuitatis, vel exercitu illo, an poteſtas illius loci potuerit illum punire delinquentem, Dic q ſic ſecundum Bar. & Alex in l. pupillus. §. territorium, ff. de verb. ſign. Quia illa ciuitas poteſt cognoſcere de cõmiſsis in ſuo territorio: Quod dicitur, & deriuatur à uerbo terreo, terres. Et eſt territorium uniuerſitatis agrorum inter fines ciuitatis, & magiſtratus, & habet ius in eo terrendi & ſubmouendi intra fines ſuos: quod procedit niſi ille exercitus mouiſſet bellum iniuſtum ſecundum Alber. de Roſa. in prima parte ſtatut. in quæ. ibi, & Abb. in c. fin. col. xvii. de for. compet. & in conſil. xx. incip. Super quæſtione uertente, & per Fely. in c. Rodulphus. §. territorio, de reſcrip.

131 † Et ſi quis fuerit in vno loco captus, & in alio ſpoliatus, quis locus maleficii dicatur, habetur per Bald. in §. iniuria, de pac. iur. firman.

132 † Nec poſſunt regulariter ſuſpendi de iure milites, neque de abuſiua conſuetudine propter nobilitatem rei militaris l. iii. §. iis, ff. de re milit. Niſi propter rebellionem, crimen læſæ maieſtatis, & latrocinium: propter quę delicta omni priuantur priuilegio l. veterano, C. de veter. & l. i. & ii. C. quando liceat ſine iudic. vendic.

133 † Et licet regulariter bona mortuorum nõ veniant ad fiſcũ niſi in vita propter reatũ fuerint condemnati l. eorum, C. de iur. fiſc. & per Doct. ibi: Fallit tamen in crimine læſæ maieſtatis, ob quod Rei criminis poſt mortem damnantur in bonis, & in cadaueribus, & ſimiliter in crimine hæreſis: quibus criminibus poſſunt inquiri poſt mortem de nouo, & accuſari, vt eorum damnetur memoria, & bona applicetur fiſco l. fi. C. ad leg. Iul. maieſt. & l. fi. ff. eod. tit. & l. ex iudiciorum, ff. de accuſ. Deformis, & turpiſsima mors eſt, & ſeruile ſupplicium ſuſpendi, & mori in furca, c. Sceleratior Iudas, de pœniten. diſtin. iii. & l. capitalium. §. famoſos latrones. ff. de pœn.

134 † Nobilis, & armipotens ciuitas Neapolis habet capitulum cum rege ſuo: vt nullus ciuis Neapolitanus ſuſpendi furca poſsit pro aliquo delicto licet enormiſsimo ob eorum nobilitatem. Ideo Neapolitani illi qui ſunt rei criminum à curia capti decapitantur, vt pluries vidimus obſeruari in dicta ciuitate Neapolis, & ipſius regno: & vt prædiximus puniendi ſunt milites deſertores, & rei criminum ſecundum perſonarum dignitates, & qualitates delictorum acrius quandoque, & quandoque mitius c. viduas. xxvii. q. i. & c. contumaces. quinquageſima diſtin.

135 † Rebelles propriè ſunt illi qui iurauerunt fidelitatem Imperatori, & regibus domi-

nis suis; & postea contra ipsos,& eorum statum,& patriam propriam cōiurarunt: & hostes sunt illis effecti dolo machinantes in honorem, & statum sui Principis contra ipsum arma sumentes: & pro ipsius hostibus contra personam eiusdem, & statum suum proditoriè: & ii ab omnibus possint impunè occidi l. proditores, ff.de re milit.& l.iii.§.fi.ff. ad leg. Cor.de siccar.& l vt vim,ff.de iust.& iur.c summa, xxiii.q.i.& l.minimè,ff.de religio.& sumpt.funer. Et qualiter contra rebelles procedatur not.Bart.in extrauaganti qui sint rebelles,& Andreas de Iser. in tit.de cap.qui cur. vendidit in fin. vbi dicit qualiter puniatur Ciuitas rebellis: & l.i.ff. ad leg.Iul.maiest.Et per Iserniam in c.i. §. Item si fidelis,in titu.quib.mod.feud. amitt.Dolus in rebellione requiritur infidelitatis,& proditionis: & probè cumulauit Dominus Ioannes Antonius de Nigris de Campanea in add.suis super Napodano Sebastiano de Neapoli super capitulis Regni Neapolis in c. nuper ad vindictam: & Dominus Matthæus de Afflictis in titul. quæ sint regalia, & in decisi. cccvii. & Isernia in c.i.§.Porrò,in ti.quæ sit prim.caus.benefi.amitten.& Dominus meus Dominus Carolus Ruinus in consil.suo facto pro Duce Garauinę incipiente: Viso themate,& per Dominum Ant. Capycium de Neapoli in decis.cxxx.incipiente; Primum dubium, vbi pulchra de hac materia rebell. & de crimine læsæ maiestatis descripsit.

136 † Legitur Regem Tartariæ Abbaga Canis magnus nuncupatus pro Duce Christianorum olim misisse nepotem suum cōtra Solidanum Regem Babillonis: & illum ingressum fuisse Syriam; & se cum Rege Armeniæ iunxisse. Et nepos dicti magni Canis auro corruptus proditoriè trucidari artè fecit Christianos in pugna: quo intellecto per Magnum Canem exequendo iustitiam contra proditorem nepotem suum, illum super cratera ferrea posita super ignem fecit adustum: & aliis Ducibus militum suorum capita incisit: & milites qui cum nepote fuerunt in expeditione proditoria contra Christianos ipiè occisos priuauit milicia, tonsis illis capillis:& ita tonsos perpetuo tpe suę vitæ induti mulieribus vestibus incedere,& mā nere pcepit: qđ laudabile gestū fuit Barbari Regis: q̄ virtuosior fuit Iugurta cui placebāt pditiones & pditores amabat.

137 † Imperator Manlius Chilo occidere fecit quendam qui patriam suam proderat; & illam sub dictione Manlii posuerat: & increpatus à suis Manlius ꝙ passus fuerat dictum hominem occidi, respondit illis libenter passus sum, cum proditorem cernere,& amare nō potuerim:nec is nobis fidem seruare potuisset qui propriæ patriæ fidelis non fuit,nec ipsi fidem seruauit, neque propriis parentibus, filiis, vxori,& cognatis pepercit.

138 † Regna illa quę dolo, & fraude proditorum quæsita sunt; pari etiam fraude, & proditione perduntur: Exemplo Pyrrhi Macedoniam occupantis per proditionē, & illam dimittentis proditione, & quale fuerit initium suū in capiendo talis fuit, & erit finis in perdendo; sic diuina permittente iustitia.l. iii. ff. ad leg. Cor.de sicar.& l. si quis,& l.capitalium.§. solet, ff.de pœn.& l.denuntiamus,C.qui ad Eccles.confug.& l.iii.§.qui seditionem,ff.de re milit.Vbi habetur de seditione,tumultu,impetu,conclamatione,& conuenticula,ff. de sedition. per tot.tit.& in §. conuenticulas, de pace iur. firman. in vsib. feud.

139 † Et de conspiratoribus,& de eorum pœna habetur.C. de monop.l. vnica, & per Doct.in c.constitutiones,de verb.sign.& in c.conspirationum, & in c. statuimus, xii.q.i.

140 † Quæro de milite illo q̄ interfecit adulterum repertum cum eius vxore in adulterio an puniri debeat; Dic ꝙ non.l.marito,& l.capite quinto,ff.de adul.& l.Gracchus C.eod. Ad hoc facit etiam ꝙ non incidit in pœnam canonis ille qui monitum clericum verberauit confabulantem cum vxore sua,c.si vero, de senten.excō.

141 † Leges factæ sunt vt humana cohierceatur audacia,& appetitus noxius; limitatur sub regulis iuris: & iustè infertur ꝙ fit legis auctoritate. l.iustè, ff.de acqui-

ren.

ren.posseß.

142 † Rebello verbũ quod est repugno, à quo dicti sunt rebelles: & rebellio dicitur repugnantia: quia repugnant rebelles permanere in fide, nec præceptis parent dominorum suorum: & rebellare vulnera dicuntur quando semel curata recidunt, seu repullulant.

143 † Pro qualitate delictorum in conspectu viuentium, mortuorum cadauera delinquentium suspenduntur, & variis modis laniantur, lacerantur, & cruciãtur ad terrorem.c.si habes.xxiiii.q..iii.& l.iaculari,§.in Aegypto,ff.de var.& extraord.crimin.& l.& si excepta,C.de malefic.& mathem. Nec pœna debita dimitti debet pretio, nec inferri cupiditatis vitio, l. iubemus, ff ad l.Iul.repetun.

144 † Nam lege diuina pro mensura delicti imponebatur pœna: oculus videlicet pro oculo, & manus pro manu, & dens pro dente in xix. & xxv.c.deutor. Vbi etiam dicitur pretium non recipies ab eo, qui est reus sanguinis. c.iilud.xvi.q.v.c. grauem exrra de præben.

145 † Nam scęlestorum augetur iniquitas, & audatia si eorum delicta transeunt impunita. Ideò est opprimenda per magistratum cohertione legitima. c. rellegentes, xxiii.q.v.c. regum, xxiii.q.ii. vt abstineãtur iniqui à malis propter pœnarum impositionem, & boni propter virtutem iuxta illud Horatii.

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderũt peccare mali formidine pœnę.

146 † Et pro nimia indulgentia criminum datur audatia incentiua peccandi delinquẽtibus, & reiterandi delicta, l.apparitor, C. de cohortalibus, lib. xii.c.his, 50. distin. Et sine causa legitima componi delictũ non debet, neque cum omnibus indifferenter delinquentibus, neque illis indulgeri ꝑ dęlictis oĩbus sæpius, & reiteratis.

147 † Et compositio pecuniaria fieri debet cũ iis qui semel deliquerunt, & speratur non amplius delinquere, l.iii.in fin.C.de Episcop.aud.l.aut facta,§.fin.& l.capitalium,§.solent, ff.de pœn.c.sicut dignum, de homic.habito respectu ad nimiam senectutem, vel iuuentutem, aut delictum non dolo cõmissum, siue ratione publicę honestatis, aut scientiæ aliis profuturæ, l.ad bestias, ff. de pœn.c. scientiam, ii.q. vii.uel ad filios plures nutriendos, & nubendas filias, c.ii.de iis qui filios occider. & l.qui in prouincia, ff. de ritu.nupt. aut ratione nobilitatis, dignitatis, & personæ de quibus in c. notandnm, ii. q.iii. & ibi per Doct. Nam cum solito criminari non dispensatur, neque componitur. c.vltimo de transac.& l.transigere, C.eod.& l.fin. C.de abol. Considerãda est qualitas facti, ne sit de atrocioribus: vt est sacrilegium, hæresis, & crimen lęsæ maiestatis, & similium.

148 † Considerandũ est quoque tẽpus, locus, dignitas, nobilitas, qualitas, & ętas delinquentiũ, intentio, & sexus: nã muliebri sexui, q fragilis est, facillimè est ignoscendum; nisi esset aliqua mulier rixosa, maligna, crudelis, & assueta delinquere: vt quasdã vidimus, & nouimus esse in Regno Neapolis, quia huiusmodi fœminæ sagaces, & crudeles non sunt dignæ legis benignitate, neque Principũ largitate.l. iii. C.de Episcop.aud. Quoniam facilitas venię tribueret incentiuũ delinquẽdi. c. clericorũ, de vit.& honest.cler.c. est iniusta, in fin.xxiii.q.iiii.& l.i.C. de emend. propinq. Et tunc nõ est seueritas sed pietas pro Deo punire crimina. l.i.§.i.ff. de obseq.liber.& c.legi.xxiii.q.viii.

149 † Nam propriũ legis & dare pœnã malis, & præmia bonis diuina iustitia duce.c. fin.iii.distin. Et quãdo delinquẽtes luunt pœnas ob eorum crimina suadente iustitia; homines defenduntur ab iniuriis, & cum malis compescuntur, Deo offertur sacrificium magnum.c.qualibet, xxiii.q. iii.c.peruenit, xciii.distin.

150 † Quæro de casu occurenti: Si Iudex iustè, & sine culpa occidens clericũ incidat in irregularitatẽ. Dic ꝙ sic:c.opera, de spõsa.cũ similibus. Nec licitũ est clerico occidere paganũ propter metũ irregularitatis, habetur ꝑ Innoc.in c.cũ olim, de rest. spolia.& in c.sententiã, ne clerici, vel monaci; & in c.significasti, el.ii.de homic.& per Glo.in c.suscitatus, vii.q.i. & tex. in c.literis, cum simili b. de excessu prælat.

151 † Quæritur qua pœna puniuntur Zuntatores qui falsas gemmas vendunt pro bonis, & bonas quandoque ostendunt & illas posteà mutant, & falsas dolo supponunt, & vendunt pro bonis ipsis bonis si miles decipiendo, & fraudando homines variis modis zuntationum, & deceptionum fraudulosarum; Dic pœna furti, & etiam acrius.l. saccularii.ff. de extraord. crimin.& per Ioan.Bapt. de Sancto Seuerino in l.cunctos populos, C.de sum.trinit.& fide catholica.

152 † Et coram quibus iudicibus, & magistratibus conueniantur milites habetur in l.tam collatores, C.de coll. & in tit.de re milit.C.lib.xii. videlicet coram ducibus, magistro militum, Præfecto pretorio, & simil. Et in hoc est attendenda consuetudo, & mites, ac seueri quandoque esse tenentur reges in puniendo milites suos. l. desertores, iuncta Glo.ff. de re milit.in verb.Ellogio.

153 † Quero de militibus qui ob necessitatē acceperunt auctoritate propria vtensilia quędam pro se, & equis suis, si ea venalia aliter inuenire non potuerint, an puniri de iure debeant; dic ꝙ non, l.ii.C. de pasc.pub.lib.xi.

154 † Licitum est quoque accipere boues, currus, & alia iumenta pro causa vrgente, & necessaria militiæ vnà cum instrumentis aliis quātumq; alienis etiam glebi descriptis.l.pro locis.C. de anno.& trib.lib.x.

155 † Nam Principis est priuilegium, & gloriosæ militiæ currus, & naues accipere subditorum pro vehendo res de loco ad locum si sibi necessarium fuerit, tam pro casu suo, quàm pro bello.

156 † Et si fiscus acceperit plaustra, & naues pro exercitu, & classe an soluere illis teneatur mercedem plaustrorum, & nauiū: habetur in §.plaustrorum in tit.quæ sint rega.& ibi per And.de Iser.& Bal. vbi dicunt teneri soluere mercedem vbicunque contigit pro publica vtilitate auferri rem à subdditis.l.iii.C.de adul.& l.proculus, ff.eod.tit.

157 † Et si naues, & plaustra tempore exercitus occultentur; poterint confiscari de iure: si bellum iustum fuerit. Ita tenet excellētissimus doctor dominus Alber. de Rosa.in l.iubemus, C.de sacr.san.Eccl.Et ita lem confiscationem puto esse legitimam; cum agatur de honore, & cōmodo vniuersali, ac de Principis Imperio.

158 † Et an sit licitum stipendiariis necessitatis tempore deprædari impunè in bello iusto pro vsu, & victu suo: tenet Ange. ꝙ sic in l.ii.ff.ad leg.rod.de iact. & idem tenet Felyn. in c. querelam, de iur. iuran. Nec peccare credunt milites quibus non præbeatur necessaria, dum mater criminum necessitas tollatur cum occasione peccandi, & ambitus relinquitur seruare disciplinam non potest. Ieiunus venter exercitus: iuxta illud, Ieiunus venter nō audit verba libenter. Et nescit plebs ieiuna timere, & id, quod sibi deest semper cogitat habere armatus exercitus, & emere non cogitat: quia necessitas non habet legem, nec moderamen diligit. c. lumina, xxx.q.i.c. remissionem, prima q.i. Nec imperare potest multis quod nequit custodire paucissimos. Et quis excusatur à furto propter necessitatem famis.c.fraternitas, xii.q.ii.c.iii.extra de fur. Igitur est prouidendum in iis, ne dum sumptus queratur, prędo crassetur.c.in lege.xxiii. q.i.Non semper laudabilia sunt opera facta vrgente necessitate.c.si quis, lvi. dist.

Quid de bobus aratoriis, & plaustris, & instrumentis fundi instructi an pro pignore capi possint: Dic ꝙ non; cum interfit rei publicæ ne capiantnr.l.agricultores.C.quæ res pigno.

159 † Quero de officiale si pro sua vtilitate sisci pecunias publicas alicui mutuare potest: Dic ꝙ non potest impunè. l.i.C. de iis quę ex publ.coll. Illata sunt non vsurpanda, poterit tamē sub vsuris pecunias prædictas mutuare stipendiariis propter necessitatem ipsorum stipendiariorū militum pro communi lucro rei publicæ, & non suo.l.i.C. de auri publici prosecuto. lib.x secundum Bar.in l.diuus, ff.de bon. damna.

160 † Vbi etiam dicit ꝙ si iudex propria pecunia aptauerit cameram suam palatii communis ciuitatis, ad ipsam expensam commune ciuitatis tenebitur, à quo si nō pos-

ſet habere pecunias ſuas : illas retinere poterit de pecuniis cõmunis impunè.

161 † Quid ſi iudex ex cauſa quęrendi aliquod maleficium pecuniã dederit de ſua propria crumena, & non valens habere pecunias publicas pro faciendo dictum eſ fectum, poterit hoc licitè facere, & indè illas extrahere de pecuniis quę exiguntur, & rediguntur ex qualibet ordinaria multa.

162 † Quæro de milite qui ſine ſui Ducis pręcepto exclamauit ciuitatem, arcem, vel oppidum aliquod deprędari, vel comburi, & ſequuta fuerit deprædatio, vel incendium, aut damnum aliud, qua pœna plectetur: Dic pœna mortis naturalis illum puniri : & abiiciatur poſt eius cadauer vt careat ſepultura ſtatuto ſenatus cõſulti. l. penul. ff. de ui publ. & l. ſi quis, ff. ad leg. Cor. de ſicar. & c. peſsimã, xxxiii. q. vlti.

Et Marcus Antonius quatuor millia militum necari mandauit dicti ſenatus conſulti ſtatuto : quia oppidum Regium iniuſſu ſui ducis diruperant.

163 † Furca ſuſpendi iura præcipiunt piratas, & latrones famoſos, ſacrilegoſque, & transfugas ad hoſtes fugiẽtes, auctoresq́; ſeditionum, & reuelantes ſecreta ſuorum Principũ, regumq́ue ; ſeruos alicui mortem inferentes : & illos qui falſos Deos adorant habetur in §. iniuria, & ibi per Doct. de pac. iuram. firman.

164 † Quæro ſi puniendus eſt ſeruus qui iuſſu domini ſui interfecit vxorem ipſius domini qui ipſum ſeruum fuerat minatus ſe interficere illum ſi dictum homicidium non faceret : Dic ꝙ ſi ſeruus euadere aliter non potuerit. mortem à domino qui illum iugulare volebat, & erat in facto illum occidendi, & aliter neceſſaria cauſa non potuerat euadere ſuam niſi interficeret dictam vxorem domini : excuſabitur tunc ſeruus à dicto homicidio ſi illum comiſiſſet, aliàs non excuſabitur. l. ſi quis ſeruum, cum ſimilibus, ff. ad leg. Aquil. habetur per Ioan. de Lign. in lib. ſuo de dello. c. cxx.

165 † Quæro de falſatoribus literarum militię ducum, & ſuperiorũ ſuorum qua pœna puniãtur, dic puniri morte naturali. c. dura, & c. ad falſariorum, extra de crimine falſi : & falſum cõmittit ille qui ſciens rupit filum, vel niciam literarum Principum, & qua pœna teneatur, & de aliis pluribus caſibus materiæ falſi habet in not. Glo. in c. in memoriam beati Petri. xix. diſtin. ad quam me refero cauſa breuitatis, & per D. Hipp. de Marſ. latè habetur in rub. tit. leg. Cor. de falſ.

166 † Quæro de quęſtione quam ponit D. Tancredus de Corneto in quęſtionibus ſuis, ſi Pręſides, & iudices prouintiarum, & ciuitatum in vltima quæſtionum ſuarum incipiente circa ſententiam ; An in exercitu, & extra ſuam iuriſdictionem poſsint ſubditos, & inter ſubditos punire, & ſententiare, & pręcipere, & multare, & tenet ꝙ non : quia ibi pro priuatis habentur. c. i. ix. q. ii. & dat cautelam vt in territorio ſuo ante congregationem exercitus vel poſt faciant legem, vel ſtatutum: quòd omne quod ipſi faciẽt in exercitu valeat, & tunc valebunt geſta per ipſos. In quibus autem caſibus fiat remiſſio militibus habetur in l. i. iuncta Gloſa, C. de iis qui non impl. ſtipend. ſua.

167 † Quæro de caſu quem habui in facto dũ eſſem Regius Conſiliarius, & Auditor in prouintia Principatus vltra ſerras Montorii in Regno Siciliæ citra farum: Homicida quidam habuit gratiam de homicidio quod cõmiſerat, deinde facto alio homicidio obtinuit ſecundam gratiam pro ſecundo homicidio, nulla facta mentione de prima gratia primi homicidii : & quia hoc tacuit, iudicaui ſibi non prodeſ ſe ſecundam gratiam quæ non valuit ꝑ tex. in l. iii. C. de Epiſco. audien. & per notata per d. Iaſonem in l. nec dãnoſa, col. ii. C. de precib. Imper. offer. & in l. præſcript. col. fin. C. ſi contra ius, & vtil. publi. & per And. ſicul. Barbatiam dictũ in c. ſuperliteris. xxxiiii. col. de reſcrip. vbi dicit ſe in caſu ſimili vidiſſe Bononię quendam decapitari tali ſua non obſtante gratia. Et quia Regia maieſtas indigebat hominibus pro remigio triremium ſuarum ipſum homicidam damnaui ad remigandum in perpetuum in regiis triremibus, ſua gratia in aliquo non obſtan

te: & ſententia prædicta fuit laudata, con firmata, & exequuta per Regium conſi-ſilium Neapolis.

168 † In quibus caſibus infligatur mors naturalis propter delicta habetur per Bal. in l. data opera, C. qui accuſ. non poſſ. Vbi dicit eſſe præmittendum delicta committi quatuor modis, ſcilicet facto, dicto, conſilio, & per ſcripturam. l. ex maleficiis, ff. de actio. & oblig. Et in quolibet modo reperiunt caſus mortis vt in facto patet.

169 † Nam qui Chriſtianum lapidat odio Chriſtiani nominis occidi debet. l. ii. C. de iudæ.

170 † Et qui maius ſacrilegium facit. l. ſacrilegii. ff. ad leg. Iul. pecul.

171 † Qui virginem Deo dicatam, vel alterius vxorem rapuerit. l. i. C. de rapt. virg.

172 † Qui idolis ſacrificat. l. i. C. de Pagan. & Sarace.

173 Qui doloſè turbauit diuina officia. l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & cler.

174 † Qui contra naturam luxuriauit. l. cum vir, & l. fœdiſsimam, C. ad leg. Iul. de adult.

175 † Qui ſcienter rebaptizauit. l. ii. C. ne ſacr. baptiſ. reiter.

176 † Qui ſignum crucis in vilipendium diuini nominis in ſilice cuderit in terra vt calcetur. l. i. C. ne lice. ſign. ſalua.

177 † Qui emit muricē, & tingit purpuram. l. i. C. quę reſcin. non poſſ.

178 † Qui muros violat vrbis. l. vlti. ff. de rer. diuiſione.

179 † Qui frumentum exercitus lucrifacit. l. iii. C. quæ res vend. non poſſ.

180 † Qui monetam falſificauit. l. ii. & fin. C. de falſ. mon.

181 † Qui rerum actor, vel Caſtaldio, aut Procurator ſubiectum deprædauit. l. vniuerſi, C. vt ca. fiſc.

182 † Item mulier quæ ſe ſubiecit bruto. c. mulier, xv. q. i.

183 † Qui in ciuitate, vel oppido incendium facit. l. qui ædes, C. de incend. rui. naufr. & l. capitis, §. nunquàm, & fin. ff de pœn.

184 † Qui ad hoſtes confugit, & illis conſiliū dat, & manifeſtat auxilium. l. ſi quis aliquid, ff. de pœn.

185 † Fautores ſeditionis, aut tradimenti, ſeu proditionis. l. fautores, ff. de pœn.

186 † Qui ꝓdit patriā, l. fallaciter. C. de abol.

187 † Item latrones in inſula, vel nemore, aut infrequentatis itineribus deprædantes. l. capitalium, §. craſſatores, ff. de pœn.

188 † Item publicus, & famoſus fur; vt in d. l. capitaliū, §. famoſos latrones, ff. de pœn.

189 † Item prędator Principis, vel Regis, aut domini ſui, temporalem, aut ſpiritualem iuriſdictionem habentis vt puta d. Papæ, Imperatoris, Regis, Epiſcopi, Comitis, vel baronis, vel ſimilis domini cui ſubeſt. l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. Quia eſt crimen læſæ, vel quaſi læſæ maieſtatis.

190 † Homicida parentum, C. de pari. l. i.

191 † Homicida quicunque quod fecit expectet. l. iii. C. de Epiſcop aud.

192 † Item qui pacem iuramēto firmatam fregit occidendo, vel vulnerando in tit. de pac. tenen. uel violatoribus eius. c. i. §. ſi quis hominem.

193 † Item concitantes populū clamando viuat, aut moriatur quis l. i. C. de ſeditio.

194 † Item ſeruus qui dominum prodit, vel occidit. l. capitalium, §. igni, ff. de pœn.

195 † Item ſeruus qui cum domina concubuit. l. i. C. de mulier. quæ ſe ſer. propr. iunſer.

196 † Item qui adulterium cōmittit, l. ipſius adulterium, C. de adult.

197 † Itē qui eam cuius tutor eſt corrupit. l. i. C. ſi quis eam cuius tutor fue. corrup.

198 † Item qui in ſe manus proprias intulit, l. ſi quis aliud, §. fin. ff. de iis qui ſibi mor. conſciu. & l. omne delictum, ff. de re milit. §. qui ſe.

199 † Itē turbator pacis, l. fi. §. fi. ff. de re milit.

200 † Item qui fulſit hoſtes, vel vendit eis arma, l. errorem, ff. de publ.

201 † Item tenens puellas in proſtibulo, vt in auct. de leno.

202 † Itē ꝗ homines caſtrat, l. i. C. de eunuch.

203 † Item qui fracto carcere fugit, l. i. C. de effrac. l. militis agrum, §. eius fugam, ff. de re milit.

204 † Item miles cuſtos qui captiuum dimiſit, l. ſi quis aliud, §. miles, ff. de pœn.

205 † Item cōmentarienſis qui reum mortis euaſit, l. cōmentarienſem, & l. in reos, C. de cuſto. reo.

206 † Item qui priuatum carcerem facit l.i. C.de priuat.carcer.

207 † Item qui sua auctoritate erigit furcas, aut cum sit priuatus vtitur Imperio, vel insignis repræsentantibus magistratum: quoniam hoc est crimen læsæ maiestatis l.iii.§.fin.ff. ad leg. Iul.maiest.& l.omnes,§.qui se,de fals.

208 † Item miles qui socium commilitonem suum ferit aut pe cutit ferro l. omne delictum,§.si quis ff.de re milit.

209 † Item Miles,vel alius qui manus intulit duci, aut Præposito suo, potestatiq;, vel capitaneo illius terræ l. omne delictum.§.qui manus,ff.de re milit.

210 † Item Iudex qui subtraxit publicam pecuniam.§.Si lex.Instit.de pub.Iud.

211 † Item Miles qui integra acie instructa fugit de acie, seu bello l.omne delictum. §.qui in acie,ff.de re milit.

212 † Item qui mæccat prægnantem mulierem,vel abortum faciens l. si quis aliqd, §.qui aborcionis,& l.Cicero, ff.de pœn.

213 † Item qui duos, aut plures occidit arg. eiusdem §.qui aborcionis.

214 † Item auctor aggressuræ, vel violentię vbi cædes facta est l.Quoniam,ff. ad leg. Iul.vnde vi.

215 † Item muselantes liberos homines l.fi. C.ad leg.Iul.de vi priua.

216 † Item Miles qui ne pugnet simulat langorem.

217 † Item contumacia omnis militis in sua arte gloriosę militiæ capitalis est, vt in l.omne delictũ §.cõtumacia,ff.de re mil.

218 † Item Iudex qui in publicum vocat matrem familiàs l.i.C.de offic.iud.

219 † Itẽ qui Nili aggeres,aut ripas destruit, aut in ciuitatibus maris, terręve clusas publicas fluminum rumpit, vnde posset eosdẽ respectiuè exitus ibi seq q in Aegypto de Nili aggeribus vt C. de Nili geribus non rumpendis.

220 † Item qui receptãt latrones, aut alios reos insignes l. vltra, ad leg. Iul. de vi publ.& l.ii.ff.de iis qui latrones, hoc in Regno Siciliæ est limitatum per regiam pragmaticam in pœnam sex millium ducatorum.

221 † Item furantes liberos, seu pueros alienos l.fina.ff.ad leg.fal.deplagia.

222 † Item qui furantur, aut inuadunt castra:ciuitates,vel oppida: habetur C.de sedicio.per tot. & in l.i.§.loca, ff.ad leg. Iul.Maiesta.

223 † Item qui permittit hostes venire quos ratione officii prohibere tenetur l. si qs à Barbaris,C.de re milit.lib.xii.

224 † Item facientes vastum de nocte in vineis, vel campis l.i. C. quando licea.se sine iud.vind.

225 † Item abstrahentes aliquem de religione:vtputa rapiendo nouicios à fratribus l.Eum qui.C.de apost. & comitẽtes hęc maleficia, & similia naturali morte puniuntur: quoniam in puniendis maleficiis proceditur de similibus ad similia l. Milites aurũ,§.fin.ff.de re milit. Triplex enim est similitudo.s.probabilis, & necessaria quando lex assimilat l.fin. ff. si quadrup.pauper.fecis. dica. Ista est similitudo à qua non potest appellari l.si qua pœna, ff.de verb.significa.quoniam à statuto legis non appellatur l.i.de appel.recipien. Alia est similitudo quæ non est adeò vera, sed est probabilis vt quando iudex assimilat, & si iudex in hoc errat potest appellari:faciunt ad hoc not.per iuris Speculat. in tit.de disputa. aduoca.& in aucten.de instr.caut. & fid. §.si quis,ibi quæ insunt, vel vt similia, nõ tamen per oĩa similia.quædam est assimilatio quæ adeò non est probabilis, vnde quando aduocatus allegando nititur facere assimilationem personæ ad personam,vel rei ad rem, vel facti ad factum vt notatur quòd tacitè tantum videtur inesse in quo eadem ratio reperitur: vt in materia pœnali:ut de reuoc. donat.l. his solis,& l.non solum, §.Senatus,& l.sed & posteriores, ff.de legi.& l. fin.de in diem adiec.Et vbi duo sunt similia est eligendum maius simile l.de quibus,ff.de legi. & ibi per Docto. & quando arguitur de simili ad simile esse debet certum:& simile ad quod trahitur debet esse dubium l.in testamento, ff. de cond. & demonst.& l.Comparitiones, C.de fide instru.Et adde vbi est eadem ratio ibi non dicitur similitudo,sed eadem, & id

ius est statuendum vt C. de sacr.san. eccl.l.Illud. Sed ubi est similis ratio ibi dicitur fieri extensio quę non fit vbi casus legis,vel statuti est contrarius. Nam argumentum à simili est argumentum ex coniectura : & ideò cessat argumentum in casu non dubio à coniectura : vt habetur in auctẽn. Quas ruinas C. de sacr.sanc.eccl.

226 † Item est notandum ꝙ istæ pœnæ possunt per statuta terrarum,& consuetudinem locorum permutari tam in terra q̃ in mari. Nam consuetudo maris debet seruari prout seruatur consuetudo terrę, & ciuitatum vt in auctẽn.de vsur. mari. §.fin.col.x. Et si statutum, vel consuetudo loci delicti minuit pœnam capitalem, vel pœnam mortis commutat in pecuniariam recessum est à pœna mortis l.qui cum vno.§.Post. ibi dum dicit recessum est à capitis pœna ff.de re mili. cum simil. Et è contra de pęna pecuniaria delictorum potest statutum, vel cõsuetudo facere capitalem l. saccularii, §.sunt quædam ff. de extraord. crimin.

227 † Mortalis quæ nam sit iustitia, dic esse in iudiciorum æqualitate· & si fortè aliter contra præcepta naturalia foret, iure namq́; naturæ cauetur neminem locupletiorem fieri cum alterius iactura vt in regula iuris iure naturę,& quod tibi non uis fieri alteri non facias c.i. distin.1.& nutriret peccatum ille qui ad peccatum, & ad delinquendum inuitaret proximum l.cõuenire,de pact.dotal. arg.c.fin.de consuet.

228 † Et si domini uasallorum iudices nõ eligerent ipsis uasallis non suspectos ipsos ritè dominos habebunt,& in eorum causis suspectos iudices : quoniam Deus in suo iudicio seruat ęqualitatem l. si cum dies,de arbitr.cum Glo.ibi:nec ad imparia iudicantur domini,& uasalli c.de forma xxii.q.v.& per Glo.in c.ad fin.& per d.And.de Iser.ibi de form.fideli.

229 † Quæro de priuato qui militem in matricula militiæ descriptum tenet ad obsequium suum pro bello ciuili contracto odio intestino qua pęna teneatur: Dic ipsum esse puniendum pæna librarũ quinque auri l.nemo, C.de re milit. auctẽn. vt neque mil.in principio. Et vt aliàs dixi ciuitatum discordiæ sunt ruinæ ciuitatum,iuxta illud Poetæ.

Impius hæc tam culta noualia miles
habebit.
Barbarus has segetes en quo discordia ciues
Perduxit miseros &c.

230 † Quæro de occurrenti quæstione; Baro quidam promisit quòd certus eius vasallus se præsentabit in regia audientia sub certa pęna infra mensem : & dictus vasallus antè mensem mortuus est à latronibus in Apulia, & elapso mense vexebatur Baro pro pęna à regio fisco quia non præsentauit dictum vasallum suum in mense prædicto secundum quòd promiserat:& casus talis fuit mihi transmissus consulendus:Consului Baronem non teneri propter difficultatem,& impossibilitatem : Impossibile tamen est facere ꝙ mortuus se præsentet, & impossibilium nulla est obligatio l. si vehenda ff. ad leg.Rod.de iact.& l.impossibilium,ff. de reg.iur.& per Docto.ibi, & l.si continuus,ff.de verbo.obliga & per Abba. in consilio suo xc.incip.Circa primum dubium,& per Doct. post Glo.in c. Quæstioni,de appel.& in l.inter stipulantem, §.sacram ff.de verb.oblig. cum uulgaribus,& latè per Hipp.de Marsi.in rub.tit. ff. de fideiuss. Et benè scripsit Gul. Budeus de re milit.& de desertor. militum in annotationibus suis ad pandectas libri xlvii.& fol.67.

231 † Quæro de milite delinquente in exercitu an puniri possit extra exercitum,& territorium ? Dic ꝙ sic secundum Bald. in l.ii.§. exercitum ff qui not. infam.& in l.Cunctos populos, C. de sum.Trini. & fid.cathol.

232 † Et est sciendum ꝙ Mars armatus, & inermis in arte, & exercitio suæ gloriosæ militiæ cædit prudentiæ Palladis, & paret legibus,& illas seruat, & amat: & ipsarum pęnas timet propter virtutem. Et ita optimi Duces,& milites facere debent pro honore,gloria, salute, victoria, & triumpho militiæ sanctæ : quæ victis

hostibus pacem dat, & quietem populis.
233 † Quero de inuestitura facta per Regem cuidam comiti de uno castro, & indè per quendam baronem dictum est Regi dictum comitem esse mortuum absque filio, & petit se inuestiri: quem rex inuestiuit, Quæritur si talis inuestitura valet ex quo viuit primo inuestitus? Dic non valere quia non debuit fieri absque viuentis vasalli cõsensu castrum possidentis, neq; in præiudicium eorum ad quos debet peruenire feudum post mortem vasalli viuentis per c.i. qui succe.tenen. in c.i. §. Si quis fecerit quo temp. mil.c ii. de feud. dato inuicem leg. commu. & per D. And. de Iser. in c. moribus, col. fi. si de feud. fuer. controu. Nam si dominus feudi inuestiuerit alium credens primò inuestitum fore mortuum, & feudum peruenisse ad ipsum dominum feudi: & ille qui præsumebatur mortuus viuebat ꝙ talis vltima inuestitura est nulla, nec habet effectum: licet posteà dictus prius inuestitus moriatur: & concesfio vltimo loco facta non habeat præiudicare concessionibus primò factis comprobatur per Alexan. de Imo. in consil. xxiii. & cxi. incip. Viso processu, & iis quæ in themate v. vol. & per Rom. in consil. cc.xcviii. incip. circa pręmissa, & Pau. de Castro in consi. clvi. incip. Viso, & examinato, & per Philipp. Deci. in consil. clxxxv. prim. volum.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS EQVITIS ET COMITIS LATERANENSIS PALATII.

De fide seruanda. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 Deus fide obligatur.
Deus non facit differentiam inter simplicem loquellam & iuramentum.
2 Fides est thesaurus inæstimabilis.
Fides tam amicis, quàm inimicis est seruanda, & nemini est uiolanda, & nu. 3.
Fides an regnandi causa uiolanda sit.
4 Fides & pacta conuenta seruanda sunt, illa seruanti.
5 Nihil magis fulget in Principe, quàm sincera fides, & nihil ei est turpius, & deterius quàm fidem fallere
6 Alexander Magnus ab Aristotele doctus fuit seruare fidem.
7 Fides à Dauide Rege hostibus suis Achijs seruata fuit.
8 Pacem & fidem rumpentes, si postea illam affectant, quandoque habere non possunt, ut contigit in pace rupta per Annibalem Romanis.
9 Milites & omnes alij indifferenter tenentur esse fideles regibus & ducibus suis, & potius mortem pati, quàm fidem fallere illis, Pomponij Romani equitis exemplo.
10 Miles qui in exercitu nulla urgente necessitate, uel rationabili causa se dedit hostibus, quomodo sit puniendus.
11 Literis salui conductus an semper standum sit, & nu. 12. cum sequenti.
12 Saluus conductus alicui concessus, intelligitur concessus etiã pro seruis, socijs & rebus suis.
Nihil est tam naturale quàm fidem seruare.
13 Verecundia est negare quod est pacto nudo promissum.
Promissum pacto nudo seruandum est, & in hoc iustitia est administranda.
Principes tenentur fidantias suas seruare.
Fides seruanda est etiam illis qui in ecclesia tu

ti non sunt.
14 Agislaus Rex Lacedæmoniorum pepercit hostibus, suis in templo per fugam reductis.
15 Frangens saluum conductum tenetur pœna legis Iuliæ maiestatis.
16 Fides in omni casu seruanda est, etiam hosti, si nobis est seruata. & nu. 18.
17 Principes quomodo oculati esse debeant ne ab hostibus decipiantur.
18 Syfica ciuitas obsessa à Mithridate, uoluit potius captiuos suos mori pro Senatu Romano, quàm perdere fidem.
Numentini magis mori uoluerunt quàm deficere in fide.
Condemnatus de fide rupta in societate est infamis.
19 Camillus dolo habere noluit Pyrrhum mortuũ, neque obsessos Faliscos, sed dolosum magistrũ puniri fecit, per eius discipulos Faliscos, quos in captiuitatem duxerat Camillo.
20 Imperatores iusti & fideles esse debent.
Fides semper est seruanda, et inuiolabiliter sunt custodienda in fide promissa, nec de homine peius dici potest, nisi quòd sit sine fide.
21 G. Scipio Aphricanus liberalis fuit in præmiãdo, pius & clemens in puniendo, & fidem semper hostibus seruauit.
22 M. Regulus Attilius fidem immaculatam seruauit, ob quam, licet fuerit ex parua origine ortus effectus, fuit maximus.
Fidem ualde coluit Romanus populus, & clientem acceptum in fide, cariorẽ habebat quàm propinquos.
23 Infidi quomodo iussu Quiritum puniebantur.
T. Suffecius Albanus ob fidem fractã Regi Tullo Hostilio à quadrigis fuit laceratus
24 Romani captiui qui post Canense bellum iuerant iussu Annibalis pro pace petenda à Romanis, nolẽtes redire ad Annibalem, cui fidem dederant redeundi uicti in cathena ferrea, ne fides macularetur, missi fuere à Senatu Romano ad Annibalem.
Eginenses obsessi à Viatotis magis uoluerunt quòd eorum liberi & coniuges cæderetur ab hostibus, quàm Romanis deficere,
25 Serui qui in Mariana seditione excitati per C. Marium, dominos suos interfecerunt, & dominas & dominorum filias stuprarunt, trucidati fuerunt à militibus Cæcinæ & Sertorij.
26 Mendacio quemquàm fallere non licet,
27 Sacrilegium est Papæ, uel Imperatori mentiri.
Dolus bonus dicitur qui habetur in hostes.
Dolus dici non potest ob fidem non seruatam latronibus, piratis & prædonibus.
28 Boni iudices & magistratus in causis & regimine cuncta prospicere, & bene rimari debent, & amicos potentiores illis, ingredi arces & urbes suas, non permittant cum gente superante illas.
Pyrrhus Epirotarum Rex Atheniensibus fidus fuit.
29 Sertorius pugnans in hostes Murisiensium, illos superauit, et Murisiensibus imperium suum quæsiuit, & restituit ut fidi faciunt.
30 Philippi Regis Macedonum iniquum & infidum gestum uituperatur, qui ut amicus uocatus in auxilium cuiusdam urbis Græciæ, eã occupauit, & sub sua ditione posuit, captiuato populo. & nu. 31.
31 Commoditas sæpe parit furem & adulteria.
32 Leochares & Seleucius archipiratæ uocati in subsidium Sinopis urbis obsessæ à Lucullo infra triduum urbem incendio donarunt, qui, ab eodem Lucullo, prius urbe ab incendio liberata, fuerunt truncati.
32 Reges erga populos fidem non seruantes eos docent, qualiter contra ipsos Reges in fide esse debeant.
34 Amicis humanitas, e hostibus fides est seruãda.
35 Humanæ naturæ congruit seruare fidem,
Bona fide nihil est melius.
36 Vasalli infideles dominis suis cadunt à feudis.
37 Vasallus uas electus dicitur, ut fuit Paulus Apostolus, qui uas fuit & est, electionis Domini nostri Iesu Christi.
38 Feudum unde dicitur, & quid sit.
Vasalli iuramẽtum præstitum domino suo quid continere habeat.
39 Vasallus negligens, uel nolens iurare fidelitatẽ domino feudum perdit.
Feudum concessum à Principe est contractus bonæ fidei.
Feudum datum à priuato est contractus stricti iuris.
Iuramẽtum in contractu feudali remitti potest.
40 Pactum futuræ successionis non ualet, nec iuramento firmatur.
Dispositio l. licet inter priuatos. C. de pactis an habeat locum inter milites.

41

41 *Fides data uni ex armigeris ab alio armigero de se inuicem instituendo hæredem ualet, si sunt milites militantes in seruitijs Romani Pontificis uel Imperij Catholici.*
42 *Pactum de futura successione in feudo an ualeat,*
43 *Pacta inter Principes & populos sunt ad unguem seruanda, exemplo Sogi Regis Lacedæmoniorum.*



IDE obligatur † omnipotens Deus qui non facit discrimen inter simplicem loquelam, & iuramentum c.i. & per Glos. ibi extra de pact. cap. iuramenti, xxii.q.ii.

2 † Fides est thesaurus inæstimabilis non auro toto, neque gēmis cunctis precianda, & omnibus æquè amicis, & inimicis est seruanda candida, sincera, & immaculata Iulii Cæsaris spreta opinione ab Oratore improbata, dicentis fidem esse uiolandam regnandi causa: & fortè si Cęsar cognouisset Dn̄m nostrum IESVM CHRISTVM Creatorē cœli, & terræ factorem, & humani generis Seruatorem, non vtiq; ita dixisset c. Innocens. xxii.q.iiii.c.quod adeo iii.q.v.

3 † Nemini est uiolanda fides l.i.ff. de cēs. c.Noli, xxiii.q.i. & auctẽn. de nup. in §. distrahuntur.

4 † Ius quidem proprium, & generale est omnium rationalium seruare fidem, & pacta conuencta: & in ipsis tanta esse debet virtus, & constantia potius amittendi uitam, quàm fidem frangere, si eadē nobis seruata fuerit, aliàs non æquè seruabitur illis, iuxta illud. Fallere fallentem suspicor esse pium, frangenti fidem, fides frangatur eidem c. esto subiectus. xcv. dist. c. peruenit, extra de iur iuran. & l. quæro. § inter locatorem ff. locati c. si infideles, xxviii.q.i. & l. Cum proponas C. de transact. & l. Iuris gentium §. Prætor ff. de pact.

5 † Et nihil magis fulget in Principe q̃ ipsa sincera fides, & ècontra, nihil est turpius, & deterius in ipso Principe quàm fidem fallere.

6 † Aristoteles docuit Magnum Alexandrum seruare fidem l.i.ff. de pact. & per Bald. ibi, & l. celsus, ff. de arbitr. c. noli. xxiii.q.i.c. inter. xi.q.i.

7 † Et legimus regem Dauidem laudabiliter militasse, & seruasse fidem hostibus suis Achiis.

8 † Legitur Annonem Carthaginensem virum prudentem caput fuisse contrarię factionis Annibalis, & patris sui Amilcharis Barchæ: & pluries consuluisse vt pax, & fides seruaretur Romanis improbè illis persæpe violata à Pœnis, & contrarium semper proposuit Amilchar cū filiis, & affinibus, & amicis suis Barchinæ factionis. Ita ꝙ in Hispania cōtra Saguntinos, & alios confœderatos Romanorum, & in Italiam, & aliis Romanorum locis bellum intulerunt Publio Valerio Flacco, & Q. Fabio, Pampilo per Romanos missis legatis ad Annibalem tunc bello furentem in Hispania, & ad Carthaginenses conquærentibus legatis Romanorum de pace violata: & tandem contra consilium Annonis, & suæ partis licentiati fuerunt Romani legati impacati sibi rupta, & uiolata pace ab Annibale iussū Senatus Carthaginēsis, & capto Sagunto per ipsum Annibalem: & constructa per ipsum in Hispania noua Carthagine cum exercitu se in Italiam contulit: & post cædes multas. xvii. anno belli punici experto pluries marte per Romanos contra Annibalem, mortuo fratre ipsius Asdrubale cum exercitu à Claudio Nerone, & à Liuio Salinatore consulibus: demum ducto bello in Aphrica Duce Scipione Cornelio, & ꝑ suos vocato Annibale pro suffragio patriæ suæ Carthaginis oppressæ à Romanis, & ibi conuolato Annibale cū exercitu, & pro pace tunc consulente, & illam valde, ualde affectante: cui respondit Scipio, ò, Annibal modo est tempus bellandi pro imperio ob fidem, & pacem fractā Romanis per te, & tuos Carthaginenses: qui fidem non habent, nec in pace stare sciunt. Et commisso prælio immortalem victoriam obtinuit Scipio cū cogno

mento illo Aphricano:& sic contingit ꝙ illi qui pacem rumpunt, & fidem: quando postea illã effectant, habere nequeũt.

9 † Tenentur milites, & omnes alii indifferenter esse fideles Regibus, & Ducibus suis, & potius mortem pati, quàm fidem fallere illis, Pomponii exemplo Romani equitis, qui dum foret lętaliter in bello vulneratus, & ductus in captiuum ad regem Ponti Mithridatem, & ab eo interrogatus fuit: si curatus postea erit sibi amicus, respondit illi constanter: Si tu eris amicus Romanis me amicum habebis; & admiratus Mithridates clarissimi viri constantia, & erga ipsum prudentissimè iniuriam, & iram: regia virtute temperauit.

10 † Si quis militum in exercitu nulla vrgente necessitate, vel rationabili causa sese dederit hostibus: & ne vlla militibus præstetur occasio sese dandi hostibus ipsis, aut præfectis eorum, non belli prius tentata fortuna militari iure sunt puniendi absque venia: vt pęna eorum in aliorum transeat exemplum ob fidem non seruatam l. item uulneratus, ff. ad leg. Aquil.

11 † Quæro de casu an sit semper standum literis salui conductus, cum optimum sit consilium quemq̃ non debere se submittere periculis, & se conferre in locis non tutis c. Accedens, extra ut lit. non cõtest. & per Doct. in l. de ætate, ff. ad trebell. & per Ang. de Aret. instit. de act. in §. propterea, col. ix. vbi habet ꝙ omnimodo fides data in forma seruanda est: quia graue est fidem fallere l. i. ff. de constitu. pecu. & datus intelligitur saluus conductus pro & in eundo, stando, & reddeundo l. relegatum ff. de pen. l. vtimur, & per Bart. & Ang. ibi ff. de sepulc. viol. & per Doct. in c. innouamus, de treug & pac. & in c. quia diuersitatem de concess. prę ben. & p̱ Ale. de Imo. in cõsi. xlvi. ii vol.

12 † Et si concessus fuerit alicui saluus conductus intelligitur cõcessus nedum ipsi, sed etiam seruis, sociis, & rebus suis secũdum Doct. in aucten. habita C. ne fil. pro patre: & nihil est tã naturale, quàm fidem seruare l. i. ff. de pact. & per Doct. in l. i. §. arietes ff. si quadr. paup. fecis. dicat. & l. aut facta, ff. de pact. & l. prę senti, C. de his qui ad eccl. confug.

13 † Et dicit Alex. post Bar. in l. quintus, ff. mand. ꝙ verecundia est negare quod q̃s pacto nudo promisit: propterea in hoc non est deneganda iustitia petenti vigore pacti nudi iudicis officio: qđ procedit de iure canonico: Et prudentes Principes prout de iure tenentur ritè seruãt fidantias suas, ne dum legis auctoritate, sed etiam ex suo naturali iure: & causa cognita: est etiã illis seruanda qui in ecclesia tuti non forent propter delictum l. is, q̱ reus, ff. de pub. iud. & l. relegati, ff. de pœn. & p̱ Gl. i c. noli extimare. xxiii. q. i.

14 † Agislaus Rex prudentissimus Lacedæmoniorum in cunctis fuit iustus, pius, & fidus erga suos, & hostes: quibus pepercit in templo per fugam reductis quos iussit abire liberos, & tuto in Heliconẽ vbi erant reliqui Thebanorum, & Argiuorũ per quos associati: qui illos prius de medio tollere peroptabãt, antequàm Rex Agislaus præcepisset se velle illos abire tuto, quo uoluerunt illesa relicta Ecclesia Deo.

15 † Dicebat Ang. in l. vinum ff. de sepulc. viol. ꝙ ille qui frangit saluum conductũ tenetur pæna legis Iuliæ maiestatis, habetur per Bar. in l. iii. §. transfugas, ff. de sicar. & in l. nullam uim, C. de success. & archia. lib. x.

16 † Et etiã hostibus est fides seruanda cũ inuiolabili saluo conductu, si ipsi nobis fidẽ seruauerint l. cum proponas C. de transact. & per Glo. & Doct. in d. l. is, q̱ reus, cũ hac distinctione tripartita vide licet aut fides, & seu fidantia est data hosti, uel subdito, aut alteri: primo, & secundo casibus seruari debet si à lege, aut legis auctoritate concedatur: vt quãdo datᷓ à Duce belli l. conuentionũ ff. de pact. in tertio verò casu si persequatᷓ iniuria, aut vindicta publica, aut si sibi seruata nõ fuerit fides, tunc nõ erit, & ipsi primo frangenti seruanda l. i. §. non fuerit, & p̱ Bar. ibi ff. de dol. & d. l. cũ proponas C. de transact. Secus in priuata iniuria, aut vindicta, nisi sequuta Pax fuisset: ve-

ritas tamen est postpositis quorundã opinionibus ꝙ in omni casu est fides seruanda, si nobis est seruata : quando data est iuris auctoritate, causa cognita, vel ex iusta, aut rationabili causa concessa.

17 †Et ne decipiétur ab hostibus Principes cauti sint, & valdè prudétes, & benè consulti, & lynceos, argeosq́;, & Aquilinos oculos habere tenentur semper apertos; memores serpẽtũ astutiæ ne Diabolicis, & hostilibus supplantent insidiis; ‡quia nullus magis decipit q̃ ille qui nimium credit de hoste: & habent cogitare ne dolo fraudent, & decipientur ab hostibus plenis libidine dñandi: cũ de uita, honore, salute, imperio, & victoria tractet, ne sibi fœdera à fide dicta rumpentur.

18 † Sancta quidem fuit fides antiquis temporibus, & fallere aliquos posse non crebatur vt firmat Beatus Ambrosius in iii.de offic. & mentiri nemini licet, nec fallere quemq̃: firmant catholici: quibus est amica ueritas, & licet in re militari sit permissum hostes superare insidiis, non tamen permittitur illis præstitam fidem uiolare, nec ipsos decipere mẽdacio c.Dominus.xxiii.q.ii.& l.nihil, ff. de capti. & postl.reuers. Syfica ciuitas obsessa à Mithridate, videns Mithridatẽ eduxisse oẽs captiuos, ut illos in faciẽ ipsius occideret, ni Ciuitas se redderet ipsi persuasit suis captiuis, vt constantes essent mori pro Senatu, Populoq́; Romano q̃ perdere fidem: & se in fide conseruarunt Romano Imperio: Et Numentini magis in ꝓpriis domibus mori uoluerunt q̃ deficere in fide: & condẽnati de fide rupta in societate sunt infames l.fin.C. de his quibus irrogatur infamia.

19 † Nec dolo habere uoluit Camillus Pyrrhum mortuũ, neque dolo obsessos faliscos: sed dolosum magistrũ tanti facinoris puniri ꝑcepit ꝑ eius discipulos faliscos: quos in captiuitatem duxerat Camillo: & ipse illos acceptare pro captiuis noluit: & illicò iussit liberos abire ad eorum patriã, uirgis per ipsos fustigato magistro vsque ad ciuitatem: quem ob sessi suspenderunt: & pro tali liberali, & fideli gestu Camilli seditioni Romanæ supposuerunt.

20 † Iusti, & fideles esse debent imperatores: quid enim superest ipsis fluxa fide: nisi quòd omnibus essent odio, & terrorum: & illis nunq̃ crederetur, neque sincera fides adhiberet: Sancta quidẽ fides semꝑ est seruanda; & inuiolabiliter sunt custodienda in fide promissa, nec peius dici potest de homine nisi ꝙ sit infidelis id est, sine fide c.innocens, xxii.q.iiii.

21 † Induciarum tempore, quæ ut inferius dicam, feriæ militares nuncupantur G. Scipio Aphricanus prudentissimus imperator Romanorum natura placidus fuit, & liberalis in pręmiando, pius, & clemens in puniendo; fidem semper seruauit hostibus: licet Pæni ipsum dicto induciarum tempore pluribus, & variis conuiciis, & contumeliis affecerint inquiebat enim prudentissimus imperator Scipio seruorum, & perfidorum fraudes imprudentum potius esse; quàm liberorum non seruare fidem.

22 † Quæ adhuc in M.Regulo Attilio, & imperio suo Romano immaculata durat ob quam fuit ex parua origine ortũ effectum maximum, & hanc sanctam fidem ualde coluit Romanus populus, tam publicè, q̃ priuatè: & consules suos viros clarissimos hostibus dedit fidei confirmandæ gratia: & clientem acceptum in fide chariorem haberi, q̃ propinquos iussit: & contra cõiunctos censuit esse tuendũ; & nil firmius esse debet q̃ fides. Nec vllum peius facinus existimabatur q̃ maculare fidẽ: & quam si probaretur clientem habuisse diuisum propter fidem quã sanxerunt maiores seruari inuiolatam in militaribus officiis: nec putarunt esse in re militari fortiores neruos, quàm fidem dare, & ipsam seruare inuiolabilem & rumpentes fidem lacerant vestem illam inconsutilem Domini nostri IESV CHRISTI.

23 † Et præceperunt quirites infidorũ membra, & artus lacerari, & diuidi crudelissimo laniatu, & quadrigis; & testis fuit T. Suffecius Albanus qui regi Tullo hostilio fregerat fidem, & meritò à quadrigis laceratus crudeliter vitam finiuit.

24 † Et quatuor captiuos Romanos qui ſequuto Cannenſe bello iuerãt ad vrbem iuſſu Annibalis pro pace petenda à Ronis:& nollentes dicti captiui reddire ad Annibalem,cui fidem dederant redeundi:illos vinctos in una ferri cathena miſit Senatus Annibali: ne Romana fides macularetur,& militare iuramentũ ſeruaretur:& nulla eſt maior mortaliũ gloria quàm ſeruare fidem, neque nulla maior infamia quàm eandem rumpere fidẽ: & vt aliàs dixi, Fideles Eginſes obſeſsi à Viatotis,& eorum liberi, & cognuges cederentur ab hoſtibus ſpectare magis peroptarunt ſupplicium pignorum ſuorum,quàm Romanis deficere.

25 † In Mariana ſeditione excitatis ſeruis per C. Marium contra dominos ſuos: quos iniquè interfecerunt, & dominas, & dominorum filias ſtuprauerant iniqſſimi guardiani ſerui, exceptis Martii Cornuti ſeruis qui dominum in ſecreto ſeruarunt incolumen. & illum in Galliã transſportarunt oſtenſo Lictoribus Marii cadauerẽ unius interfecti ſuſpenſi, aſſerendo fuiſſe cadauer domini ſui M. Cornuti,cui fideles fuerunt ſerui ſui: & diuina iuſtitia guardiani iniquiſsimi ſerui, & valdè inſolentes: qui dominos interfecerant,trucidati fuerunt à militibus Cæcinę,& Sertorii:ipſo Sertorio Duce; cuius virtus pati non potuit tantas prædictorum ſeruorum iniquitates.

26 † Mentiri an ſit licitum modo quærítur, dic quòd non eſt licitum quenquàm fallere mendacio: quoniam eſt ſacrilegium mentiri: ob Dei tremendum iudicium c. Serpens,de pęnit.diſtin.i.& c. Paulianiſtæ,i.q.i.& l.i.ff.de conſtitu. pecun.& per Bart.in l.i.ff.de pact.

27 † Eſt quoque ſacrilegium mentiri domino Papæ,& Imperatori, & ipſis falſa referre:& bonus dolus dicitur ille qui habetur in hoſtes:nec vllus dolus dici poteſt contra Latrones,Piratas, & Prædones, ſi nulla fides ſeruabitur illis; quia ipſi ſunt fidifragi, & diffidati à lege, & de ipſis non eſt confidendũ ut dicit Bald. in l.i.C.unde vi.

28 † Et illi erunt tuti qui cuncta proſpexerint, & omnia benè rimanerint vt boni iudices, & magiſtratus in cauſis, & regimine l. quod ſi Ephaſi,ff de eo quòd cert.loc.& amicos potentiores illis non permiſerint ingredi munitiſsimas arces, & vrbes ſuas cum gente ſuperante illas,& vires earum: Pyrrhi regis Epirotarum conſilio probè dato Athenienſibus,quibus ipſe fidus fuit,vt optimum decet Imperatorem.

29 † Et ſimiliter conſuluit Muriſienſes fidus, & prudens Sertorius pugnauit in hoſtes Muriſienſium. quos bello ſuperauit,& imperſum ſuum amicis Muriſienſibus quęſiuit,& reſtituit vt fidi faciunt, & facere tenentur imperatores vocati in præſidium amicorum ſuorum confęderatorum.

30 † Vituperatur ab omnibus fidis, & prudentibus militiæ Ducibus iniquum, & infidum geſtum Philippi Regis Macedonum: qui dum fuiſſet ut amicus confęderatus vocatus in auxilium cuiuſdam munitiſsimæ Græciæ vrbis: quæ de ipſo confiſa,illum introduxit in ea cum exercitu ſuo vt fidum amicum: & Philippus eam poſtea occupauit, & ſub ſua ditione poſuit captiuato populo, & illo libertate,& ſubſtantia priuato:& indè vniuerſam Græciam ſubegit.

31 † Nam vulgo dicitur commoditatem ſępè parere furem, & adulteria: & tale Philippi Regis geſtum non commendamus,cum nil ſit turpius, & ſceleratius quàm fore his nocumento:qui non confidunt de illis, & ad eorum vocati ſunt præſidium,& de cuſtodibus raptores, & de canibus lupos fieri.

32 † Vt Leochares, & Seleucius archipiratæ fecerunt in præſidium vocati Sinopis vrbis obſeſſæ à Lucullo, & auarum adeò fuit tale præſidium archipiratarũ, quòd infra triduum vrbem incendio donarunt, primitus per ipſos auro, & argento priuatam: & Lucullus obſidens probè occurrit obſeſsis, & illos ab incendio liberauit truncatis archipiratis.

32 † Et eſt notandum quòd infidi Reges erga populos fidem non ſeruantes,ipſos

populos

populos instruunt, & docent qualiter & ipsi erga reges suos esse debent in fide:& eorum in hoc sequuntur naturam: vt de Macedonicis legitur Regibus,& populis.

34 † Amicis humanitas, & hostibus fides est seruanda secundum iuris prudentiam, Scipionis exemplo Aphricę domitoris, Fabii maximi, Fabritii, M. Scauri, & Camilli optimorum Imperatorum: qui valentes pluries hostes vincere dolo id facere noluerunt, recti virtute, ne patrię, glorię, religionis, & disciplinæ militaris dedecus foret æternum.

35 † Congruit humanę naturæ seruare fidē, l.i ff. de constit. pecun. & nil est melius bona fide.l.inter claras, C.de sum.Trini. & fid. cathol. & per Glo.& Bal.in l.à pro curatore, C. mādati,& per And. de Iser. in tit.quib.mod feud.amitt.col.i.

36 † Et fideles esse debent vasalli domino suo aliàs cadunt à feudis, habetur in vsib. feud.c.i.de form.fidelit.& de iuram.fidelit.& in tit. qualiter vasal. iurare debent fidelitatem.

37 † Et vasallus dicitur vas electus, vt fuit Paulus Apostolus:qui vas fuit, & est electionis Domini nostri IESV CHRISTI: & ita vt Paulus fuit Deo fidelis in apostolatu; ita vasallus domino suo fidelis esse debet.

38 † Et feudum à fide,& à fœdere dictum est, vt in tit.per quos fiat in vest.in fin. & est beneficium beneuolum, quòd dominus dat beneuolè; & beneuolis estq; beneuola actio tribuere capienti,& recipienti:& eius substantiale est fidelitas, & non seruitium:quia capiens feudum tribuit domino gaudium:quoniam venit suus homo vasallus, id est vas electus per sacramentum fidelitatis: quod præstat cum illis sex qualitatibus incolume,tutum,honestum, vtile, facile, possibile, supplebit iuramentum hoc generale, scilicet ꝙ domino in antea fidelis erit, sicut vasallus domino tenetur,nec commissa reuelabit, & domino vtilitatem affert, & incōmoda ab eo repellet,& illi parebit: vt in tit. de sacram.fidelit.& seu qualiter vasal. iurare debet, & in tit. ex quib. caus. feud. amitt. & in tit.de no.form.fidel. & ꝑ And. de Iser. & Bal. Car. Alex. & Iacob. Alua. ibi in §.in primis,& in sequenti, & in §. huius est,& in §.penult.

39 † Et tenetur vasallus offerre domino fidelitatem quod est iuramentum: qui si iurare neglexerit,vel noluerit perdit feudum vt in §. per diem,& in §.est alia ibidem: & est contractus bonę fidei feudum quando datur à Principe,secus à priuato: quia tunc est stricti iuris:vt dicit Bal. in tit.de pa.constan.& l.fin.C.de constit.Princip. & per Doct.in c.i.de feud.cognit. Fidelitas est naturalis, & de substantia in feudo,cum reseruatione dominii,& cum iuramento,licet iuramentum in dicto contractu remitti posset,& quòd vasallus seruiat:& quòd masculi succedant regulariter exclusis fœminis: & alia sunt posteà accidentalia conditionum, & pactorum contrahentium moribus patriæ, & cōsuetudinibus feudorum attentis.

40 † Quæro de casu legis licet inter priuatos,C. de pact. vbi dicitur si valet pactum de futura successione: & an firmetur iuramento: Dic non valere tale pactum: quia tollit libertatem testandi, & votum prębet captandę mortis. l. si lex Aeliescentia,& ꝑ Bal.ibi,ff. de hæred.instit. An habeat locum tale pactum.l.prædictæ inter milites militantes in castris, & extra castra: Dic ipsos tantum gaudere priuilegio d.l. quando tendunt ad bellorum discrimen: scilicet quando sunt armati,& acies instructæ, vel sunt in castris:vt dicit Glo. in l. milites, C. de testam.milit.

41 † Et an valeat fides data vni ex armigeris ab alio armigero de se adinuicem instituendo hęredem, dic ꝙ sic, si milites fuerint in seruitiis Romani Pontificis, aut Imperatoris catholicorum: Ita tenent cōmuniter Doct.in l.licet,C.de pact.

42 † Quæro si valet pactum de futura successione in feudo, dic secundum quod tenet optimus feudista And.de Iser.in c.ii. de feud.dato inuicem legis commissoriæ in §.si quis instituerit,& in §.i. vbi dicitur pactum legis cōmissoriæ tantū reprobari in pignore inter debitorē, & creditorem,& non in aliis contractibus.

43 † Pacta sunt ad vnguem seruanda inter Principes, & populos. l. ait prætor, ff. de pact. exemplo Sogi Regis Lacedæmoniorum antiqui: qui fuit ex ascendentibus Ligurgi: & dum Rex prædictus fuisset in arido loco reductus cum exercitu pacto conuenit cum Clitoribus hostibus, quòd si totus eius exercitus discedens biberit ex fonte vicino, restituet Clitoribus omnia regna per ipsum ab illis bello sublata: sed si totus exercitus non biberit, ꝙ regna prædicta sibi remaneant: & scientes hostes hoc esse impossibile, ꝙ exercitus omnis siti tunc maxima oppressus non bibat ex illo fonte: Ita pacti fuerunt cum iuramento, & Sogus ne sui biberent illis regna promisit; nihilominus non potuit ipsius exercitus se abstinere à potu dicti fontis propter nimiam siccitatem, & sitim: qua patiebatur exercitus vltimus fuit ipse Sogus; qui descendit ad fontem, & videns exercitum suum bibisse, & ne regna perderet per ipsum duro Marte quęsita, & ne rumperet fidem, & seruaret pactum ipse non bibit aliter de aqua fontis: sed cum ipsa lauit corpus suum exterius: & arte tali fidem, & pactum seruauit Clitoribus, & regna quę cœperat retinuit ex dicto pacto Conuento.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS, ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,
De uictoria habita, Deo tribuenda. Tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Exercituum Duces erga Deum humiles mente, præce & corde esse debent, ut facilè contra hostes obtineant.*
Bellorum Principes uictoriam non sibi, nec propriæ fortunæ, sed Deo soli tribuere debent, illi gratias referendo.
Agislaus Rex Lacedæmonius uictorias quas habuit contra Persas & Asiaticos Deo tribuit, & uota obtulit illi, quæ primò fecerat pro illis habendis.
2 *Iniquorum oblationes non recipit Deus.*
Deus munera Cain non aspexit, cum sciuerit in mente fratricidium sui fratris habere.
3 *Romani offuscati superbia à suo cæciderunt imperio cum Deum, & eius seruos odirent. & nu. 4.*
De Victoria obtenta contra Hierusalem, & Iudaicæ plebis captiuitate, à Tito Vespasiano Romanorum Imperatore facta, & de ipsorum Romanorum ruina propter superbiam inde sequuta.
4 *Lucifer à paradiso propter suam superbiam cæcidit.*
Deus potentes ipsum non timentes deponit de sede, & exaltat humiles eum metuentes.
Humilitas scandit sidera, & optimum est fundamentum pænitentiæ: & ubi est fraus, & falsitas abest humilitas.
5 *Humilitas in prælatis & principibus adesse debet,*
Qui uult alios sibi parere, pareat & ipse superiori suo, & Deo magis quàm homini.
6 *Paulus Aemilius ob uictorias habitas gratias humiliter Deo tribuebat.*
Scipio Aemilianus Numantinus nuncupatus. vnde hoc sibi nomen uendicauit.
7 *Timotheus, qui multas habuit uictorias, et propriæ suæ uirtuti & non Deo tribuit, uictus iudicio Dei permansit.*
8 *Mores iure militari, festaq; & ludi sunt quandoque attendendi pro populorum uictoria.*
Persas ocio triduarię religionis propter festa impeditos Melciades inuasit, & illos superauit.
9 *Hierosolyma quomodo adepta ab antiquo Rege*

post festa Iudæorum.
10 *Athenienses tempore festiuo quo ociosi erant Lacedæmonij. illos deprædarunt, & uictores fuerunt.*
11 *Annibal quomodo Romanum exercitum negligenter custoditum apud Erdoneam dissipauit.*
12 *Bella omni die, etiam festiuo gerenda sunt urgente necessitate, & nu. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. ubi habes exempla.*
13 *M. Marcellus tempore festorum Dianæ cœpit Syracusas.*
19 *In re militari sunt attendenda optima documenta disciplinæ militiæ, quam boni mores exaltant, & coronant gloria & palma uictoriæ.*
Boni mores præferuntur scientiæ.
Boni mores plus ualent quàm diuitiæ.
Morum supellectiles magis sunt diligendi quàm diuitiarum illecebræ.
20 *Ligurgus docuit ordines ciuiles in se documenta continentes bonorum bonum esse sequendos. & esse fugiendas uoluptates non laudabiles.*
21 *Epaminundas Græcorum Imperator docuit se non putare proditiones parca esculenta & poculenta sua cum assiduo exercitio.*
Ligurgus pueros instrui & exerceri docuit in moribus ne pigrescerent.
Deteriores sunt qui uitam et moses corrumpuut, quàm qui bona temporalia diripiunt.
22 *Morum nobilitas magis reddit quem famosum. quàm generis dignitas.*
Moribus & uirtute splendere longè præstantius est quàm rebus. Nec rerum unquàm specie illustrabitur aliquis, quem suæ turpitudinis macula dehonestat.
23 *De Taritæ Regis Epirotarum gestis & moribus in regno suo.*
Boni mores principaliter sunt attendendi, morum probitas. scientia & artis peritia. in principibus, nobilibus, magistratibus quibuscunque doctoribus regentibus, magistris & medicis.
24 *Vasallus leno feudo priuatur.*
Vasallus retinēs uxorem deprehensam, in adulterio cadit à feudo.
25 *Vasallus se immiscens cum filia, aut uxore uel sorore, seu nuru domini sui. feudum amittit, & foederum domini talia perpetrantes feudo priuantur.*
Marcus Antonius & quidam alijs principes ob malos mores & appetitus ineffrenatos, gloriam suæ uirtutis offuscarunt.

1 ITE † pro Deo pugnatur contra infidos hostes, & seruatis documentis, & regulis disciplinæ militaris facilis semper erit victoria: quæ nō stat in manu alicuius mortalis potētis, sed in mente residet æterni, & immortalis Dei omnipotentis in cuius potestate sunt omnia regna: Propterea Principes mortales victoriam non sibi, nec propriẹ suæ virtuti; Sed ipsi dumtaxat Deo attribuere tenentur: referendo illi gratias omnes humili mente, prece, & corde quibus ipse placatur Altissimus Deus. c. tribus, de consecrat. distin. ii. Deus semper fuit ab æterno, & semper erit: qui est summa, & infinita bonitas, & firma integritas, omniumq; Pater, & Creator: Estq; immensa pietas, & misericordia, charitasque, & infinita potentia supra qua nihil est; & sine ipsa factum est nihil: vt attestatur Euangelista Ioannes, & ipsi Deo parent omnia cœlestia, terrestria, & inferorum spiritus: quem Deum omnipotentem pura mente oro, & exoro vt eius clementia suis fidelibus in omni bello prẹstet auxilium suum diuinum: quoniam est certū ꝙ nullus poterit resistere diuinæ potentiæ. Ideò diuina, & nō humana est dicenda victoria, & ipsi Deo tantum tribuenda: cuius nutu, & potentia habita est contra hostes suorum ortodoxorum qui bonam scit, & malam offerentium mentē, vt fecit Rex Lacedẹmonius Agislaus q a Deo victorias quas habuit in Persas, & Asiaticos tribuit, & vota obtulit illi quæ primò fecerat pro illis habendis: & bonā voluntatem magis acceptat Deus quàm oblatum. c. scriptus. xiiii. q. v. c. odi. xxiiii quæst. i.

2 † Iniquorum oblationes non recipit omnipotens Deus, nec munera Caim aspexit cum sciuerit in mente habere fratricidium sui fratris Abel. c. in grauibus, iii. q. vii.

3 † Et quidem infructiferæ sunt humanæ vires absque Dei suffragio quo nobis auxiliante non ferrum, non ignis, non hostium vis, nec dolus vllus, neque manus obesse poterint, & si aliter facerent utiq; errarent Duces, & populi, vt contingit Romanis qui victi permanserunt ꝑpter superbiam suam: cum autem Deus ob mortem Domini nostri IESV CHRISTI decreuisset per Romanos punire perfidiam Iudęorum vrbis Iesus excidium, miseramq; captiuitatem Iudaicę plebis die Saturni in quo nephas est hebręis quicquam facere adhortos superatis, & ii in captiuitatem ducti fuerunt à Tito Vespasiano Imperatore octuaginta septem, & vndecim millia glagio, & fame perierant. cccccc. millibus primò interfectis, & alia vice decies centena millia Iudęorum trucidata fuerunt à martiali gente Romanorum: & legimus reliquias viginti millium fuisse dispersas per orbem; post Romani sup̄bia inflati viribus suis, & non Deo victoriam ascribere cœperũt: Ideò in ipsos fuit imprecatus Propheta dicens. Leua Domine manus tuas in superbiam eorum qui te oderunt, & operati sunt mala multa, & nomen tuum non cognouerunt, sed sibi posuere munimenta victorię tuę. c. remittuntur, xxiii. q. v.

4 † Et de paradiso cœcidit Lucifer propter superbiam suam qua locum non suum vsurpare voluit imprudenter. c. quoniam x. distin. c. diaconi. xciii. distin. Et Romani non se cognoscentes offuscati superbia ab Imperio suo cœciderunt, cum Deum, & seruos eius odirét, & indè ab illis inermibus, & sine pera, & calciamentis subiugati sine exercitu Dei mente fuerunt, iuxta illud. Serui inerãt tibi Roma prius Domini dominorum; Seruorum serui nunc sibi sunt Domini. Nam Rex regũ, & dominus dominorum potentes ipsum non timentes deponit de sede, & exaltat humiles ipsum metuentes: humilitas scãdit sidera, & optimum est fundamentum penitentiæ, & vbi est fraus, & falsitas abest humilitas, c. i. de pœniten. distin. ii. & c. humilitas, xxii. q. ii.

5 † Humilitas valde cõmendatur in Prælatis, & Principibus. c. ecce, xciii. distin. & ficta humilitas est cum superbia, & qui vult alios sibi parere, pareat & ipse superiori suo, & Deo magis q̃ homini. c. in scripturis, viii. q. i. c. qui se, ii. q. vi.

6 † Victo Perseo rege Macedonum per prudentissimum Consulem Romanum Paulum Aemilium patrem Scipionis. Aemiliani nuncupati Numantini ex eo ꝙ cœpit Numantiam maximi Cornelii Scipionis Aphricani adoptiui: hi nõ se exultarunt in sua virtute ob eorum gloriosas victorias per ipsos habitas, sed illas Deo humiliter tribuebant: quod si semper fecissent Romani, eorum diutius durasset Imperium.

7 † Timotheus filius Cononis victorias multas habuit quas sibi, & proprię suæ virtuti, & non Deo tribuit, & demum uictus permansit, & sine honore contraria fortuna iudicio Dei: cui omnis laus, & victoria tribuenda est.

8 † Mores in re militari, festaque, & ludi sunt quandoque attendendi populorũ ꝓ victoria: cum autem Anthiocus Rex obsideret Hierosolymã Iudæis petentibus inducias septem dierum ꝑpter festa sua, ea libenter concessit, & plus ad portas eorũ cum maximo apparatu accessit cum tauris habentibus cornua aurata, cum odoribus multis quos sacerdotibus cũ magna pompa præsentauit, & post se in sua castra reduxit, & Iudæi continuò admirati, post festorum solennia se sponte ditioni Anthiochi dederunt.

9 † Et conrra Persas ocio triduarię religionis propter festa impeditos Melciades inuasit celeriter, & illos superauit.

10 † Athenienses autem occultis armis festiuo tẽpore quo ociosi erant Lacedæmonii agros hostiũ inuaserunt, & dep̄darunt, & victores fuerũt: qui duce suo Melciade cũ millibus decẽ, & mille auxiliariis amicorũ Platensiũ, millia sexcenta ociosi exercit⁹ Darii in cãpis maratoniis ꝓrũperũt.

11 † Rupto per Annibalem Marco Centenio Consule in Lucania superatis cõsulibus, castrametato G. Cornelio apud Cumas cum exercitu, Fuluio Prætore apud Erdoneam in Apulia cum xx. millibus mi-

litum

litum interfecto per Annibalem, & lapso biennio alio proconsule Fuluio in eodẽ loco Erdoneæ castrametato obsessa Erdonea, & ibi negligẽter custodito exercitu; hoc ab exploratoribus suis per Annibalẽ præscito castrametatum in Brutios cum expedito exercitu sine impedimentis cõuolauit Erdoneam, & sub eisdẽ locii auspiciis Romanas legiones vnà cum procõsule Fuluio per occisionem dissipauit.

12 † Omni die certandum est vrgente necessitate. c. si nulla, xxiii. q. vlti. Nec sunt curanda festa si vrget necessitas ab omni soluta lege: vt dicit Glo. in d. c. si nulla.

13 † Et M. Marcellus tempore festorũ Dianæ cœpit Syracusas hoc inopinante populo Syracusano intento læticiis.

14 † Crassi antiquitas certos dies seruabat quos infestos, & infœlices putabat: & in illis non pugnasset pre timore ob præterita bella in ipsis malè gesta vt in fastis cantat Ouidius.

Vẽdicat Ausonias Iunonis cura calẽdas
Idibus alba Ioui, grandior agna cadit:
Nonarũ tutela Deo caret omnibus istis
Nec fallere caue proximus ater erit
Omnẽ ab euentu illis, nã Roma diebus
Dãna sub aduerso tristia marte tulit:
Nec tibi dicta semel totis herẽtia factis
Ne seriem rerũ scindere cogar erunt.

15 † Et cum Arioiustus rex Germanorum esset cum Cæsare pugnaturus suis dixisset non esse certandum neque Phas sit superare hostes antè lunam; Cæsar ipsum inuasit non expectato tali tempore, & in fugam posuit Arioiustũ octuaginta Germanorũ millibus interfectis. Ita ꝙ stadia. cccc. terræ occupata cadaueribus fuerunt apud Rhenum fluuium quem ponte artè facto infra decem dies transiuerat Cæsar eum exercitu.

16 † Et cum forent Romani pridie nonas Octobris priuati exercitu à Cimbris. & talis dies infœlix, & infestus reputabatur esse Romanis: quo die Lucullus cum decem millibus peditum, & equitibus tantum mille contra Tigranum regẽ Armeniæ, Sirię, & Mediæ esset certaturus, hoste ex aduerso habente acie instructos cẽtum, & quinquaginta millia militum: & cum obiectum fuisset Lucullo de die illo infœlice Romanis quæ fuit sexta Octobris; in quo vnus Romanorum exercitus cõsumptus fuerat à Cimbris Duce Gneo Scipione Cornelio patre maximi Scipionis Aphricani; erga suos prudenter respondit Lucullus Imperator Romanorũ illum diem olim nefastum, & formidabilem Romanis fuisse: sed hodie erit nobis amicus, si impigrè pugnatum fuerit: & hunc diem ex atro, & tristi hilarem, amicum, & iucundum reddamus Romanis: & cõmisso prẹlio hostes fugauit quinque dumtaxat ex Romanis in dicta pugna occisi, & centum vulnerati: ex hostibus autem Armenis, Mediis, & Syriis vltra centum millia inferfecti permanserunt regis Tigrani accepta corona.

17 † Et pro ut legitur de P. Valerio Publicola Sabinos, Latinos, & Fidenates hostes suis cæcos, & claudos reddit militibus: vt illos melius occidere valerent: ita Lucullus Tigrani copias reddit suis inutiles, & inermes. Et dum Athenienses à Lacedemoniis molestarentur in diebus quibusdam festiuis celebratis Deæ Mineruæ extra vrbem armis secreto retẽtis celebrarunt festa, & anteq̃ intrarent Athenas facta hominum multitudine, depredatus fuit hostium ager cum Metello absque respectu vllo.

18 † In dura Macedonum expeditione quã fecit Paulus Aemilius contra Regẽ Perseum habentem maximum exercitum in falangibus ordine forti acie instructũ Macedonum, Asiaticorum, Hilliricorum, & Thracensium semigigantorum in non ẹquali planicie arte capto loco per Aemilium apud Leucum Fluuium non longũ ab Olimpio monte, ruptis fallãgibus hostium ex Romanis cœciderunt centum tantum bellatores fortissimi, & ex hostibus vltra quinquaginta millia militum, & rex fugit in Pella vrbe vbi captus fuit ab Aemilio, & ductus ad vrbem in triumpho vt aliàs dixi in tit. de triumphis: Et vt Posidonius Alexãdrinus scripsit Graiæ, & Romanæ scriptor historiæ, sic non est curandum de die certaminis præmente necessitate vt aliàs dixi.

19 † In re militari sunt attendenda optima documenta disciplinę militiæ quam boni mores exaltant, & coronãt gloria, & palma victoriæ. Nam boni mores pręferuntur scientiæ.l.i.& l.magistros, C.de profes.& med.lib.x. nam plus valẽt boni mores q̃ diuitiæ. l. suspectum, ff. de suspect. tut.& l.reprehendenda, C. de institut.& substit. Et magis sunt diligendi morum supellectiles quàm diuitiarum illecebræ, vt scribit Beatus Hieronymus ad Celentiam inter honorem seculi: & illecebras diuitiarum,& qui aliter agit aut stultus, vel dolosus est.l.Iulianus, ff. si quis ommis.cau.testam.

20 † Prudentissimus Ligurgus docuít ordines ciuiles in se documenta continentes bonorum morum esse sequendos, & fore fugiendas voluptates spurcas, & neminẽ esse alio meliorem nisi in quantum fugeret prædictas non laudabiles voluptates: & ꝙ in conuiuiis intemperatè non ederent,neque potarent præcepit.

21 † Et docuit optimus Imperator Græcorũ Epaminundas continentissimus se non putare proditiones parca esculenta,& poculenta sua cum assiduo exercitio,& docuit Ligurgus pueros instrui, & exerceri in moribus ne pigrescerent: & multũ distant damna morum à damnis rerũ temporalium: & sunt deteriores illi qui vitam, & mores hominum corrumpunt.c. deteriores,vi.q.i.

22 † Et morum nobilitas magis reddit quẽ famosum, quàm generis dignitas.c. nos qui,cum sequenti c.xl.distin. Et longè est pręstantius splendore moribus, & virtute; quàm rebus,nec rerum unquàm specie illustrabitur aliquis quem suæ turpitudinis macula dehonestat, vt scribit Quintilianus in milite Mariano. Si verò existimemus Imperium Populi Romani ad hanc diem militari disciplina, plura penè moribus quàm viribus vicimus: & cum bonos, vel malos mores dicimus vicia,& virtutes distinguemus.

23 † Rex Tarita Epirotarũ primus fuit qui regnum suum ornauit legibus, & moribus, literisq; græcis, & latinis cum vita politica: quod per anteà fuerat sine lege, & moribus. Propter ea habitus fuit in maximo honore,& veneratione. In Principibus nobilibus, & magistratibus quibuscunque doctoribus regentibus,magistris,& medicis:attendendi sunt principaliter boni mores,morum probitas, scientia,& artis peritia.l.i.ff.de decre.ab orig. fac.& l.i. C.de magis. lib.x. Licet quidã insensati nostri temporis seruent contrariũ,& vt cantat Iuuenalis Poeta Aquinas de moribus vltima fit quæstio in vita,& moribus docuit nos IESVS CHRISTVS Dominus noster pro quo pugnandum est spiritualiter,carnaliter, & ciuiliter, & sua, & nostra erit victoria tribuenda sibi.

24 † Quęro de vasallo feudatario si ratione lenocinii priuetur feudo; Dic ꝙ sic: quo etiam priuatur si vxorem retinuerit deprehensam in adulterio secundum And. de Iser.in constit. Regni Siciliæ sub rub. de lenonib.& raptor.mulie.

25 † Et quid de vasallo feudatario qui se miscuit cum filia,aut vxore, vel sorore, aut nuru domini sui an priuetur feudo, Dic ꝙ sic per tex. in c. i. in §. rursus, quæ sit prima caus.benefit. amitten.& fœderum domini tali perpetrantes priuantur vasallagio,& per dom.And.de Iser.& alios ibi scribentes: & hæc generant mali mores, & appetitus ineffrenati: quibus Marcus Antonius, & quidam alii Principes offuscarunt gloriam suæ virtutis.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS, EQVITIS, ET COMITIS LATERANENSIS PALATII,

Tractatus de Gubernatoribus & Ducibus clasſium, & qualiter eſſe debeant in re nauali.

De Gabellis & publicanis, & de eorum commiſsis ac collectis, atque muneribus & oneribus.



SVMMARIVM.

1 *Nauigant libenter militantes in mari, & mercatores ſub expertis ducibus, & gubernatoribus nauium.*
2 *Officia quæ nam ſint & artes degentium in claſſe.*
3 *Veneti qualiter olim ſe egerunt in Syria & Liburnia. & nu. 4. & 12.*
4 *Diſcordia catholicorum accreuit infidelium ſtatum.*
5 *Nauigare qui dicantur.*
6 *Nauigantes bene diſcunt adorare Deum.*
7 *Duces animoſi eſſe debent in exercitu & claſſe. Antigonus Rex qualiter fuerit animoſus.*
8 *Petrus Mocenicus olim dux Venetæ claſsis, qualiter fuerit uirtuoſus in mari.*
9 *Pictura prodeſt deſcripti orbis in omni bello.*
10 *Exploratores in omni bello proſunt. Cæſar inuitus fuit uirtutis Alexandri magni.*
11 *Loca hoſtium ſunt diligenter conſideranda ubi bellum geritur & nauigatur. & nu. 12.*
13 *Vectigalia quare reperta.*
14 *Immunis nullus eſt à ſolutione uectigalium, etiã ſi ſuper immunitate proferat Princeps reſcripium, quia præſumitur obreptitium.*
15 *Reſcripta contra ſtatuta & conuentiones uectigalium non ualent.*
16 *Pro uectigalibus tertia pars octauæ partis ſoluitur.*
17 *Vectigalia unde dicantur & deriuentur.*
18 *Immunitas uectigalium per Principem alicui conceſſa an extendatur ad ordinaria. & nu. 19. & ſupra nu. 14.*
20 *Domini terrarum gabellas imponentes tenentur cuſtodire territorium, aliàs ad emendã tenentur derobatis. & nu. 165.*
21 *Publicani poſſunt cum bona conſcientia conducere & emere gabellas.*
22 *Gabella eſt ordinarium munus inductum pro utilitate publica.*
23 *Nauta qui promiſit conſignare merces in portu Ceſenatico ſuo periculo, non tenetur ſoluere expenſas gabellæ quæ ueniebant ſoluendæ.*
24 *Statuta de gabellis non extenduntur ad inæſtimabilia bona.*
25 *Statutum quòd certum quid ſoluatur pro uitulo naſcituro in territorio ſtatuentis, an extendatur ad uitulos naſcentes in territorio alieno de beſtijs ſtatuentis & nu. 26.*
26 *Fraus opitulari non debet fraudanti doloſo.*
27 *Habitantes in uilla cum maiori parte familiæ, & in ciuitate cum minori, an teneantur ad onera ciuitatis uel ruris.*
28 *Ruſticus qui iuit ad habitandum in alia uilla, ne collectam in prima uilla ſolueret, an ad illam teneatur.*
29 *Statutum uel conſuetudo quòd ruſtici nõ emãt ſtabilia ſine onere collectarum, an habeat locum in ciue emente pro ruſtico.*
30 *Pactum ab uniuerſitate factum cum ruſtico q*

ipse collectã soluere non teneatur an ualeat.

31 Statuto disponente quòd nemo cum curru, naui aut bestia portare possit frumentum, sub pœna perdendi currum nauim aut bestiam, an cõprehendat. pullus uel scapha seu saccus

32 Legatum nauis aut bestiæ non comprehendi scapham neque pullum.

33 Statuto mandante animal publicari cum mercibus uetitis, si cum dicto animali fuerint pluries portata uetita, an una publicatio uel plures sufficiant. & nu. 34.

Fiscus in pœnalibus causam lucratiuam habet.

34 Pœnę duplicatio in speciebus non cadit.

Statutum quòd extrahens tales merces perdat currum, non comprehendit merces.

Statutum quòd extrahens tales merces perdat merces & currum, boues nõ comprehendit.

35 Statutũ mandans perdi salmam frumenti sine licentia portatam, non comprehendit saccũ.

36 Statutum mandans salmã mercium perdi, an perdat animal & currus cum quibus merces portantur. & nu. 37.

37 Statutum loquens de frumento an habeat locũ in alijs bladis & leguminibus.

38 Bladum & triticum est nomen generale.

39 Statuta & banna strictè debent intelligi & non ampliari.

Intellectus ad l. Cotem ferro. §. dominus. ff. de publica.

40 Satutũ q̃ nullus sine licentia possit frumentũ emere, de uenditore etiam intelligitur.

41 Statutum prohibens extrahi frumentum, an locum habeat in extrahente farinam.

Legans frumentum & marmor, non uidetur legasse farinam neque columnam.

42 Statutum prohibens iri de nocte cum lumine, locum etiam habet in eo qui uadit sine lumine.

43 Statutum prohibens extrahi animal sine solutione gabellæ, non habet locum in extrahente animalia forensia, uel ducta ad ciuitatẽ causa pignorum, uel commodati, aut deposi ti, nec animalia minuta. nu. 44.

45 Anseres & gallinæ an sint aues uel animalia.

46 Statutum de non extrahendis animalibus locum non habet in nominibus extractis & uenditis seruis.

Statutum de damno dato cum animalibus, de hominibus non intelligitur.

Statuta limitantia ius commune uel illi derogantia restringi debent.

47 Statutum loquens de rebus an habeat locum in hominibus liberis.

48 Animalia crassa quæ sint, & quæ sint animalia minuta. & nu. 49.

49 Gregis appellatione quæ animalia ueniant.

50 Statutum de ouibus an habeat locum in agnis.

51 Porci ueniunt appellatione pecorum et gregis.

52 Iumentorum nomine ueniunt boues & equæ, & similes bestiæ craßę.

53 Statutum de soluenda gabella pro armento, intelligitur de bestijs crassis & non minutis.

54 Statutum de gabella soluenda pro grege, intelligitur de pecudibus & animalibus paruis.

55 Animalia & currus alienus cum quibus fuerunt uetita portata, an incommissum esse dicantur. & nu. 56. & 57.

56 Portãs res illicitas cũ licitis an omnes perdat.

58 Statutum prohibens portari bladum super asinis, an intelligatur prohibere portari cum bobus, curru, & equo uel alio iumento.

Extensio admittitur in statuto ex idemptitate rationis.

59 Statutum q̃ pro bestia qualibet uaccina uel equina soluatur gabella, non comprehendit pullos lactantes.

60 Statutum quòd pro quolibet animali legato soluatur gabella, an comprehendat partum uaccæ prægnantis legatæ.

61 Statutum an & quando sit fauorabile pro partu & quando non, & de effectu partus ancillarum & animalium remisiuè.

62 Gabella soluta ex forma statuti pro emptione gabellarijs, an rescisso contractu per illos restitui debeat.

63 Statutum quòd pro legatis factis ecclesijs, pauperibus & pijs locis, filijs & filiabus, nepotibus & neptibus, soluatur gabella, an comprehendat legatum factum filiabus & neptibus naturalibus.

Filij naturales non sunt de domo patris, neque de sanguine agnatorum.

Statuta de filijs indifferenter, comprehendunt naturales natos ex concubina in domo retenta.

64 Statutũ q̃ gabella soluat̃ pro piscibus & mercibus retentis in platea, an locum habeat in bancha mutabili ubi pisces uenduntur.

65 Statutũ q̃ p re retẽta in platea soluat̃ gabella an cõprehendat detinentẽ coreũ extensum.

Heres

66 Hæres an teneatur ad solutionem gabellæ pro legato repudiato penes ipsum hæredem remanente, stante statuto quòd pro legato soluatur gabella.

67 Statutum quòd pro legato gabella soluatur, an locum habeat in caducis legatis.

68 Vxor, omnium bonorum mariti relicta usufructuaria, an possit exigere gabellas conducitas à marito.

69 Vxor an habeat partem usufructus in legato facto alicui renuenti illud.

70 Vxor domina & usufructuaria omnium bonorum mariti, ex legato per ipsum relicto, an ex protocolis habere debeat usumfructum.

71 Gabella soluenda à legatario pro legato, solui debet de residuo legati, deductis expensis & grauaminibus.

72 Statutum de soluenda gabella pro legato an locum habeat in legato liberationis debiti.

73 Statum prædictum an habeat locum in legato libertatis facto per patrem filio adoptiuo, uel per dominum seruo libero facto, quibus non tenentur aliquid relinquere.

74 Statutum quòd soluatur gabella pro legato, an obtineat in legato inutili.

75 Legatum liberationis quot modis fiat.

76 Statutum quòd pro legato soluatur gabella, an habeat locum in legato facto uxori de dote sua.

77 Gabella soluenda pro legato, in termino non soluta, an possit post terminum solui.

78 Gabella à quo soluenda sit pro legato facto duobus quorum alter repudiauit legatum, & alter acceptauit.

79 Vectigalia an sint fauorabilia uel odiosa.

80 Pacta inita in contractibus inter fiscum, an omnem populum afficiant.

81 Pacta insolita facta per uendentes gabellas, in fraudem fisci non ualent.

82 Vectigalia ad quos pectent, & pro quibus partibus.

83 Fraudantes gabellas qua pœna teneantur, & ad quos spectet dicta pœna.

84 Vectigalia à solo Principe imponuntur.

Noua uectigalia, sine facultate imponentes qua pœna teneantur.

Inferior à Principe nō potest uectigalia tollere.

85 Gabellæ possunt imponi à domino, uel republica, aut communitate habente priuilegiū uel ex præscriptione.

Gabellæ prędictæ an licitè fraudari possint. & an differant aut à proprijs Principum gabellis. nume. 86.

87 Mulio & nauta an teneantur soluere gabellam pro salma & mercibus per ipsos uectis in naui seu cum mulo.

Mulio & nauta retinere possunt merces donec eis fuerit satisfactum de eo quòd pro gabella mercium soluerunt.

Scriptor libri, librum pro mercede retinere pōt.

88 Nauta & mulio naulum & mercedem suam habere debent pro mercibus uectis quæ inciderunt in commissum & contrabannum.

89 Nautæ an teneantur soluere gabellas pro mercibus per ipsos uectis cum naui,

90 Publicani iniustè molestantes & extorquentes illos, qui transeunt cum mercibus ad quid teneantur, & qualiter puniri debeant.

91 Difficultas superueniens an excuset nautas, & muliones, & an intentari possit actio præcedentis culpæ.

92 Mercatores defraudantes gabellas Principum peccant.

93 Augusta immunis est à gabellis,

94 Gabellarum immunitas concessa alicui eundi ad mercatum, an locum habeat in recessu à mercato.

95 Saluus conductus concessus pro accessu, an intelligatur etiam concessus pro recessu.

96 Gabella pro cadauere non est soluenda, nec pro ossibus cadaueris statuto disponente solui gabellam pro cadauere.

97 Immunitas gabellarum alicui concessa in uno territorio an afficiat particularem successorem si territorium fuerit alienatum.

98 Pactum non afficit emptorem nisi sit reale.

99 Mercator cui ex pacto ciuitas promisit, ut cum eius nauigio cū mercibus in suo portu possit perpetuo ire & redire sine gabella, an amittat tale ius si per xxx. annos nō uenit.

100 Statutum disponens gabellam esse pro contractu soluendam, non comprehendit instrumentum annullatum.

101 Molendinarij ecclesiæ an teneantur soluere gabellas, collectas, & taleas per laicos impositas pro molendino ecclesiæ.

Prohibito uno, uidetur esse prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud.

102 Molendinarij Episcopi an teneantur soluere publicanis prout alij tenentur laicorum.

133 *Gabellæ iniustę an licitè fraudari possunt & nume.* 134.
135 *Communitas una an alteri communitati teneatur pro mercibus ad gabellas.*
136 *Mala administratio negotiorum gestoris positi per unum ex publicanis, qui gabellam conduxerũt, an alteri publicano cõsocio noceat.*
137 *Publicani qui indebitè pro contrabanno merces ceperunt, & in restitutione capsas primò clausas apertas redderũt multis ex mercibus deficientibus, qua pœna teneantur.*
138 *Occupans rem pro derelicto habitam tenetur ad solutionem gabellæ, uigore statuti quòd de qualibet alienatione uel donatione soluatur gabella.*
139 *Socij plures conductores gabellarum an posśint insimul illas facere in unum corpus.*
140 *Societas uectigalium an diuidi posśit inter socios, ita quòd quilibet pro eius portione teneatur.*
141 *Socius publicanorum, qui conduxerunt gabellam uini cum statuto quòd nullus posśit uendere uinum adminutum cum pœna. si suum uinum adminutum uendidit an teneatur ad solutionem pœnæ aliis consocijs publicanis.*
142 *Socius publicani qui rem occultauit ut uectigal non soluatur, an consocijs teneatur.*
143 *Filij familiàs publicani, an lucrum aut usumfructum quærant patri suo factum ex gabellis.*
144 *Filius familias an obligetur ad uectigalia.*
145 *Pater non tenetur in obligatione uectigalium.*
146 *Publicanis qui gabellas pro uno pretio conduxerunt, si augeatur comitatus & introitus, an sit augendum & pretium gabellarum.*
147 *Nauis an sit priuilegiata in tantum quòd capi non posśit pro gabella, & debito nautæ.*
Nauicularij & nauclerij non tenentur soluere gabellas pro mercibus, nec retineri de iure possunt pro gabella & passagio, neque pro repræsalijs.
149 *Nundine debent esse securæ pro accessu & recessu.*
150 *Gabellarij an teneantur ad onera personalia et ad realia. & an uectigalia imposita personis pro rebus dicantur onera personalia.*
152 *Quasi possessio exigẽdi gabellas animo retineť.*
153 *Statuto disponente quòd soluatur unus grossus pro naui onerata modio salis transeunte flumen. an si nauis onerata quantitate salis magna, non ualens pertransire flumen ob aquarum penuriam fuit exonerata in pluribus nauibus, debeat solui dictus grossus pro qualibet naui.*
154 *Gabellarii impediti qualiter agant & procedãt contra ipsos contumaces, & an cogi posśint ad testificandum.*
155 *Fraudare gabellas qui dicantur.*
156 *Lucrum illicitum, & extorsio quæ nam esse dicatur.*
Eleemosina de lucris illicitis fieri non potest.
157 *Lenones an teneantur soluere gabellam quæstus meretricij.*
158 *Muliones an ritè posśint transire per uias insuetatas, ne teneantur de fraudatione gabellæ, & reperti in loco suspecto puniri possunt pro contra banno & nu.* 159.
160 *Gabellas illicitas fraudare permittitur grauato ultra debitum.*
Gabellarii geauantes ultra debitum transeuntes, qua pœna teneantur.
161 *Pœna fraudantis gabellas.*
162 *Statutum permittens ferri blada per uias rectas. intelligitur si uia est tuta, aliàs est licitum transeuntibus ire aliò, etiam per uiam insuetatam. & nu.* 163. *&* 164.
163 *Statutorum uerba bene sunt ponderanda & attendenda.*
Res prohibitæ portari extra territorium, in uiæ repertæ, an ueniant confiscandę. & nu. 164
164 *Interpretatio uerborum statutorum, præsentis temporis ac præteriti, & præteriti perfecti, & de eorum effectu.*
166 *Transeuntium per uiam rectam & locum non suspectum an sit standum iuramento.*
167 *Transeuntes per uias insolitas cum farina & mercibus, an capi licitè posśint pro contra banno.*
168 *Doctores & scholares non tenentur soluere gabellas librorum & nu.* 169.
169 *Scholaris qui recesśit à studio an gabellas soluere teneatur.*
170 *Scholaris quando dicatur contrahere domiciliũ in loco studij.*
Doctores & scholares banniti & restituti, an recuperent pristina iura.
171 *Nouitii qui dicantur.*
Statutum eximens nouitios à gabella intelligitur de scholaribus qui sunt in primo anno studij.
172 *Immunes à gabellis an teneantur præsentare*

res suas in gabellarum loco, seu duana. & an teneantur accipere bulletam. nu. 209.

173 Publicani auidi pecunia iniusta multa committentes contra immunes & non immunes à gabellis, in quibus cadant pœnis,

Clerici & scholares immunes à gabellis alios excusantes & portantes res alienas cũ suis, priuilegium perdere debent. & merces sunt publicandæ.

174 Scholaris qui pro toto anno emit triticum & uinum, & pœnitens discedendo à studio id uendidit, an teneatur ad gabellam.

175 Gabella soluta pro animale uendito, an eo redhibito sit restituenda.

176 Gabella soluenda pro equo transeundo per ciuitatem, an habeat locum in equo super quo homo equitat.

Statutum prohibens portare frumentum extra ciuitatem sub pœna, non habet locum in portante pro usu suo.

177 Passagia & pedagia an sint in mari soluenda, prout in terra pro transitu.

Intellectus ad l. publicanus C. de publ. & l. sanè. ff. de imur.

Veneti sunt domini Gulphi maris Adriatici, & rectè in Adriatico ponunt gabellas, passagia, & pedagia.

Gabellæ seu uectigalia, passagia, & pedagia unde dicantur.

Guidagium quid sit.

178 Dominus an teneatur pro famulo soluere pedagium. & nu. 518.

179 Ius pedagii locari potest.

180 Spoliatus iure pedagij, restitui potest utili interdicto unde ui.

Ius pedagij non directo, sed quasi poßidetur.

Ius imponendi collectas, nec pignorari, nec in tenutam capi potest, licet poßit commodari.

181 Mulier an denuntiare poßit fraudantes gabellas, & an sit testis legitima in causa gabellarum.

182 Res licitæ cum illicitis portatæ an cadant in commissum.

183 Nauibus confiscatis ratione mercium illicitarum, an intelligatur confiscata pecunia existente in nauibus.

184 Immunes à gabellis portantes res alienas cum suis, allegando omnes esse suas, an dicantur fraudare gabellam, & in quam pœnam incurrant.

185 Mercatores cum cista uendentes merces per plateas, & nundinas, tenentur ad gabellas.

186 Vectigal quæ nam sit pars mercium.

Vectigal & gabella an idem sit.

187 Miles qui amplius non militat an teneatur ad gabellas.

Milites non militantes, sed negotiantes, nõ gaudent priuilegiis militaribus.

188 Milites an pro rebus suis ad collectas teneãtur.

189 Miles pro uectigali non præstito tenetur.

Miles pro illicita delatione, & emptione tenetur ad gabellas.

190 Statutum quòd soluatur gabella pro re extimabili et extimata. an locum habeat in re inextimata.

Statutum prædictum non habet locum in homine liberante in re sacra & religiosa.

191 Statutum de soluendo tot pro libra rei petitæ, locum habet in rei æstimatione.

Gabella in quacunque parte iudicij solui potest.

192 Vectigalia seu gabellæ an sint munera realia uel personalia.

Immunes ab oneribus personalibus, an teneantur ad onera realia.

193 Fraudantes gabellas qui nam sint.

Fraudantes gabellas an licitè perdant merces suas,

194 Mercatores reperti in loco suspecto cum rebus prohibitis sine bulleta & licentia an sint puniendi.

195 Mercator cui publicanus remisit accusationem per eum datam pro contrabannis, an poßit à iudice pro parte pœnæ condemnari.

196 Publicani an poßint agere contra hæredes fraudantium gabellas.

197 Mercatores qui cum publicanis conuenerunt certum quid nomine gabellarum soluere, pro mercibus conducendis & extrahendis, & fuerunt derobati, an teneantur ad solutionẽ dictarum gabellarum uirtute dictæ conuentionis.

198 Licentia data per gabellarios mercatoribus de conducendo merces, per quantum tempus durare debeat.

Licentia concessa per episcopum clerico capiendi sacros ordines à quocunque episcopo. durat etiam post mortem episcopi concedentis.

199 Licentia data per publicanos mercatori non expreßa quantitate mercium, intelligitur de prima extractione.

Securitas

Securitas concessa bannito intelligitur pro prima uice tantum.

200 *Licentia publicani data mercatori extrahendi merces quid continere debeat.*

201 *Prouisio statutaria de soluendo gabellā pro extrahendo merces, intelligitur de prima uice.*

Promittens simpliciter aliquem præsentare; semel præsentando liberatur.

Fideiussor de præsentando toties quoties. per binam præsentationem liberatur.

Fideiussor de præsentando toties quoties, semper, & quandocunque, tenetur semper præsentare, nisi casus mortis interueniat.

Dispensatio de obtinendis beneficiis uacandis, intelligitur, de prima uice beneficij uacati, uel uacandi.

202 *Soluens gabellam anni præsentis, non faciens mentionem de gabella anni præteriti, an incidat in commissum seu pœnam.*

203 *Ciuitas uel baro recognoscens superiorem non potest noua uectigalia imponere. & nu. 204.*

Requisita pro imponendis nouis uectigalibus.

Pœna exigentium noua uectigalia sine auctoritate Principis.

Cautela pro Principibus, ut possint sine peccato noua uectigalia imponere.

204 *Rauenna nobilissima patria Auctoris tenet priuilegium imponendi noua uectigalia, ad suum libitum.*

205 *Ciuitates non recognoscentes superiorem, & habentes merum & mixtum imperium, auctoritatem habent imponendi & exigendi noua uectigalia.*

206 *Noua uectigalia imponi non possunt à recognoscentibus superiores.*

207 *Gabellarii an habeant ius in rebus collectari solitis, & in commissum incisis.*

208 *Habiti pro ciuibus an teneantur ad onera, collectas & gabellas impositas ciuibus.*

Haberi pro ciuibus est fictio.

Statutum quòd quis habeatur pro ciue quomodo intelligendum.

Priuilegium causa fauoris inductum, in odium extorqueri non debet.

Forensis effectus ciuis est immunis à collectis.

Habiti pro ciuibus, ut ciues retinent priora priuilegia quæ ante habebant.

Ciues non possunt imponi inæstimo uillæ, ut euitent onera ciuitatis.

209 *Rectores pro rebus quas sui & suorum usus gratia portant. non debent soluere uectigal.*

Antiani & aliis officiales dum sunt in officio an teneantur soluere gabellas.

210 *Officiales superadditi collegiatis officialibus immunibus à gabellis et collectis, an & ipsi sint immunes ab ipsis gabellis & collectis.*

Officiales collegiati antiquiores in collegio an præcedant illos qui post eos fuerunt aggregati in collegio suo capitulo.

211 *Oratores seu legati pro rebus quas secum portāt; an teneantur soluere gabellas.*

212 *Publicani illicita exigentes qua pœna teneantur. & nume 213.*

Libellus qualiter sit formandus contra publicanos illicitè & iniustè exigentes.

214 *Mercatoribus nimis grauatis & ultra debitū à publicanorum uoragine, an liceat fraudare gabellas impunè, quoniam grauedinem fugere dicuntur, & non fraudare.*

Fraudem excludens non dicitur fraudē facere,

215 *Publicani qui nam esse dicantur, & 221.*

Publicanus an sit testis idoneus & omni exceptione maior.

Publicani an dicantur esse boni uiri.

216 *Publicani nomen tenent publicorum latronum.*

217 *Publicani an teneantur pro furtis & damnis datis per ipsos & eorum famulos.*

218 *Officiales quando teneantur pro familia, & quando pro famulo uiuo. & quando pro mortuo.*

Familiæ nomen quomodo intelligatur.

Remedium ordinarium non tollitur per extraordinarium, si causa iuuandi introductum fuerit.

219 *Actio pro familia an detur contra omnes socios,*

Plures publicani an ex eadem illicita exactione teneantur insolidum.

Plures publicani in fraudem fisci ementes, omnes tenentur ad solidum quadruplum.

Actio ex edicto prætorio de publicanis datur ad duplum contra extersiones, temeritates & audacias publicanorum.

Tentans fraudare gabellam an a pari iudicetur sicut is, qui est in fuga, uel præparatione fugæ.

Affectus quando puniatur non secuto effectu.

Fraudante gabellam mortuo, infra quantum tempus agat fiscus pro rebus quæ inciderunt in commissum.

Remißio publicani qualiter excuset quem à pœna.

Publicanus qualiter ex delicto serui non propositi ad exigendum uectigal non teneatur pœna edicti prætoris.

Vectigal solui debet pro militibus nouitijs non pro ueteranis.

Ad publicationem serui non sequitur publicatio peculij.

Serui fugitiui non incidunt in commissum.

250 Publicani per uim temerè & præsumptuosè quid accipientes, qualiter puniantur.

251 Officiales plus debito exigentes sine uenia puniuntur.

252 Officialis missus ad describendum uinum & frumentum, qui debitum suum non iustè cum damno datiorum fecit, ad quid teneatur.

253 Actio proponenda pro solutione uectigalis quando tempore duret.

Pretium in foro conscientiæ an peti poßit rei peremptæ sine dolo, quæ in commissum inciderat.

Fraudator gabellæ non tenetur infra quinquennium de culpa leui & leuißima ob casum contingentem in rebus quæ inciderunt in commissum.

Fiscus non tenetur pro frumento conducto contra deuetum & à piratis deprædato.

Derobatis à latrocinibus qui non soluerunt gabellam an teneatur fiscus uel Commune ad emendam.

254 Vectigal conceßum à non habente potestatem an præscribatur decennio.

Liberatio à uectigalibus præscribi potest triginta uel quadraginta annorum spacio.

Vectigal respectu tantum utilis dominij præscribi potest, & datur publiciana.

255 Ius uectigalium quanto tempore præscribatur, & an semper intelligatur de tanto tempore cuius initij hominum memoria non extet in contrarium.

Allegatio tituli cuius sit effectus & importantiæ.

256 Præscriptio causata ex consuetudine non soluendi uectigalis, uel exigendi per tantum tempus cuius initij memoria non extet in contrarium, an procedat de omnibus bonis, etiam de alijs quàm sit consuetum exigi.

257 Plus offerens in locatione uectigalis non admittitur, nisi præstet fideiussores idoneos.

258 Remißio quando sit facienda publicanis & conductoribus propter sterilitatem,

259 Miliare quomodo mensurari debeat, si fuerit uenditum uectigal per spacium duorum miliariorum.

260 Gabellæ quando dicantur uendi, & quando locari.

261 Conductor seu emptor gabellarum, si easdem gabellas alteri locat seu uendit, & inde aufugit, an fiscus habeat ius contra secundum emptorem, seu conductorem.

Conductor seu emptor gabellarum potest alteri æquè idoneo ius suum locare uel uendere.

262 Res quæ incidunt in commissum ob non solutionem gabellarum, sunt fisci seu publicanorum.

263 Pœnæ datiorum triplicantur publicanis.

264 Fiscus seu Communitas potest tollere gabellas suas à non soluentibus gabellariis promissa debito tempore, & illas denuò licitare plus offerenti,

265 Omnibus est permissum emere & conducere uectigalia quibus non est de iure prohibitum.

Gabellarius à tutela non excusatur,

Gabellarius non tenetur ad onera ciuitatis.

266 Officiales præsidentes in uenditione gabellarum pro communi, prohibentur ipsi emere & conducere gabellas.

267 Officiales qui nam sint illi quibus est licitum contrahere & pignorari remissiuè.

268 Iudæi prohibentur conducere gabellas Christianorum.

Iudæi prohibetur deputari ad officia publica inter Christianos,

Iudæus iurisdictionem temporalem habere non potest.

Iudeus non potest esse imperator.

Iudeus esse non potest iudex, neque notarius

Nec esse doctor, nec aduocatus

Nec potest esse tutor, nec esse medicus

Nec arbiter Christianorum, sed bene Iudæorum.

Iudæi non possunt esse tutores & curatores Christianorum in tutela & cura ut faciunt Christiani iurare, non possunt.

Iudæorum fugiendum est commertium & commensatio,

Iudæi nutrices Christianas habere non debent.

Iudæi quare sunt tolerandi in suo falso ritu.

Iudæi in die Passionis Domini Nostri Iesu Christi, tenentur tenere portas & fenestras clausas.

Iudæi & Hebræi unde dicti.

Agareni & Saraceni unde dicantur.

269 Iudæi tenere possunt emphyteusim ecclesiasticã perpetuam ab ecclesia.

270 Iudæi an ligentur statutis Christianorum laicorum circa ualiditatem & obseruantiam iuramenti.

271 Iudæi an gaudeant priuilegio Christianorum circa gabellas.

Iudæi an pro ciuibus habeantur ciuitatum ubi nati sunt, & earum gaudeant priuilegiis.

Iudæus carnaliter cognoscens Christianam qua pœna teneatur.

272 Iudæi qualiter sint puniendi, & alij circumcidentes Christianos, & receptantes apostatas. ementes quę & reuendentes Christianum, seu crucifigẽtes, uel Christianam in uxorem accipientes, remissiuè,

Christiani Iudæam non baptizatam in uxorem ducentes qua pœna puniantur. remissiuè.

273 Officiales deputati ad subhastandum res fiscales, ecclesiarum. minorum, & bona confiscata, per quantum tempus expectare habeant antequam eas liberent.

Consuetudinis forma, legis, uel statuti seruanda est in subhastationibus, aliàs nullus est contractus,

274 Promissum in subhastatione intelligitur repetitum in contractu.

275 Subhastatio non probat iustum pretium.

276 Subhastantes uectigalia pacisci possunt ut introitus habeantur.

Et accipere possunt mutuo pecunias, & dare auantagia publicanis, ut melius uectigalia locentur.

277 Offerens primus in subhastatione si idoneus non fuerit carens fideiussione, an secundus minus offerens idoneus liberetur ab oblatione.

278 Res ecclesiarum licitatæ an plus offerenti deliberentur.

279 Offerens in licitatione, an possit pœnitere,

280 In offerendo cæteris paribus locus est gratificationi,

281 Offerens notario uel præconi in subhastatione an obligetur.

Offerens in prima licitatione an & quando sit restituendus.

282 Publicanus qui anno præterito conduxit gabellas. Si promisit uiginti, & alius idem obtulit in licitatione an sit præferendus.

283 Res fisci uendendæ aut locandæ an sint semper subhastandæ.

284 Bona debitoris fisci an sint tacitè obnoxia fisco.

285 Debitor fisci qui non est soluendo non liberatur cedendo bonis,

286 Domus publicani debitoris fisci, an destrui de iure possit.

Domus legari non potest ut destruatur.

287 Domus pro delicto, debitoq; & pignore, an iure destrui possit.

288 Gabella non debetur pro rebus ad fiscum portatis.

Afferentes munera & res ecclesiæ & superioribus suis principibus, non tenentur ad gabellas.

289 Publicani qui anno præterito gabellas conduxerunt, licet nullus offerat aliquid tempore quo ponuntur ad inquantum, compelli non debent illas iterum accipere.

290 Contractus facti per officiales publicos, sunt seruandi per sequentes officiales.

291 Publicani pro urgente fisci necessitate, an possint ante tempus in pagis grauari,

292 Fiscus seu Communitas quæ uendidit gabellam frumenti, an teneatur soluere publicanis gabellam pro frumento per ipsam conducto pro necessitate & usu populi sui.

Gabellæ quæ dicantur ordinariæ & quæ extraordinariæ.

293 Publicani uendendæ carnis an possint inuitis macellatoribus uendere ex se carnes propè becarias.

294 Locationis contractus in se continet pactum, ne quid fiat per locatorem in præiudicium conductorum.

Conductores

295 *Conductores gabellarum impediti culpa uel facto locantis an agant ad intereſſe contra locantem, uel poſſit concedi temporis reſtauratio ipſis inuitis.*

296 *Conductor coactè ſoluens collectam pro lacatore debitore collectarum, uel decimarum, ſolutum repetit à locatore.*

297 *Conductor pro refectione rei locatæ uolontariè facta, an agere poſſit ad intereſſe.*

298 *Publicanis conquærentibus quòd pauci ueniunt mercatores, an ſit facienda remiſſio.*

299 *Guerra uel peſtis an ſit legitima cauſa remiſſionis pretiȷ gabellarum, & numero 300. 301.*

300 *Caſus inopinati qui dicantur.*

301 *Ceſsio in incorporalibus pro traditione habetur.*

302 *Solutio pretiȷ conuenti pro gabella, an ſit facienda ex pacto in pluribus terminis, uel in vna vice.*

303 *Emphyteutæ propter guerram uel peſtem impedito. an fiat remiſsio.*

Inquilinus qui tempore peſtis à domo recedit, an totam penſionem pro tempore locationis ſoluere teneatur.

304 *Remiſsio locationis an ſit facienda in locatione vnius anni.*

305 *Præſcriptio an interrumpatur per ſuperuenientem guerram ant peſtem.*

Poſsidentes prædia penes flumina, quę ſæpe inundari ſolent, aut prope confinia belli, uel peſtis an præſcribant.

306 *Ferię repentinæ an impediant præſcriptionem.*

307 *Statutum quòd ſoluatur gabella de frumento quod extrahitur, an locum habeat in frumento in portu portato, pro quo alibi fuit ſoluta gabella.*

308 *Statuto diſponente quòd pro omnibus rebus mobilibus & immobilibus ſoluatur gabella, an pro re portata pro pignore à debitore ad domum creditoris ſit ſoluenda gabella, & per quem ſolui debeat.*

309 *Stante ſtatuto ꝙ pro omni contractu ſoluant gabella, quomodo eſt ſoluenda ſi in inſtrumento fuerint plures res & plura pretia.*

310 *Statutum quòd pro quolibet pretio ſit ſoluenda gabella de quo contractu intelligatur.*

311 *Gabella an ſit ſoluenda pro pœna in contractu ſtipulata, ſtante prædicto ſtatuto.*

Pœnalis ſtipulatio propriè non eſt contractus.

312 *Gabella pro contractibus nullis, inualidis. inutilibus & reprobatis non ſoluitur. & nume. 314. & 315.*

313 *Statuta diſponentia circa crimina intelliguntur de perfectis & conſummatis criminibus.*

314 *Statutũ quod ſoluatur gabella de coneractibus, nõ habet locum in ceſsione iurium, uel rerum immobilium.*

316 *Gabella ſoluenda pro compromiſſo, an ſit etiam ſoluenda pro tertio arbitro ſeu arbitratore electo.*

317 *Statutum quòd gabella ſoluatur de contractibus non eſt ſoluenda de contractu publicato & inde reſciſſo.*

Statutum quòd ſolui debeat gabella pro contractu, aliàs contractus ſit nullus. non habet locum in teſtamẽto. nec in renunciatione ſimplici. reſolutione, uel reuenditione.

Teſtamentum non venit appellatione contractus.

318 *Quaſi contractus an comprehendatur à ſtatuto quòd gabella pro contractibus ſoluatur.*

319 *Statutum prædictum an locum habeat in contractu tacitè incluſo, uel in alium transfuſo, uel in acceſſorio, uel in additione contractus. ſeu adiudicatione, & nu. 320.*

321 *Statutum præfactum an locum habeat in contractu impreprio, ut in fideiuſſione, compromiſſo, & legitimationis inſtrumento uel procurationis.*

Compromiſſum ſecuto laudo an ſit propriè tranſactio.

322 *Statutum quòd ſoluatur gabella pro quolibet cõtractu alienationis, an locum habeat in permutatione.*

Contractus quilibet translatiuus dominiȷ continetur ſub nomine alienationis. & venditionis.

Venditionis nomen eſt generale comprehendes omnes contractus oneroſos: & quid de mutuo & commodato.

Gabella an ſit ſoluenda de inſtrumento electionis pauperum per ipſos pauperes, ſtante

dicto generali statuto.

323 Statutum quòd pro contractibus uenditionis soluatur gabella an habeat locum in promittente dare.

Dare est rem accipientis facere.

324 Gabella soluenda ex pacto uectigalis de omnibus donationibus non est soluenda pro legato,

325 Statutum quòd pro contractibus soluatur gabella, sublatum fuit in vrbe Rauennæ per Iulium II. Pontificem.

Veneti quo tempore tenuerunt Rauennæ ciuitatem sub dominio suo.

326 Statutum quòd pro contractibus soluatur gabella, an habeat locum in contractu facto extra territorium pro re cõtracta ibi in territorio & secuta est traditio. & nu. 328.

Gabella soluenda est in loco contractus,

327 Cautela pro euitando gabellas contractuum in loco ubi degunt statuta soluendi gabellas contractibus.

328 Iudex competens quis esse debeat super contractu celebrato Rauennæ de existente Foriliuij.

329 Statuto disponente quòd infra certum terminũ, ubi facti sunt contractus, uel ubi res sit contracta, soluatur gabella, aliàs contractus sint nulli, an si ab una partium fuerit oppositum non fuisse solutam gabellam, poterit altera pars id opponere.

Paria delicta mutua compensatione tolluntur.

Actor non fundans se in dolo rei, sed in iure communi petendo pretium reus repellendus est replicatione,

Exceptio locum habet inter mercatores ubi proceditur de bono & æquo.

Pactum nudum est obligatorium de iure Canonico.

330 Contractus an ipso iure sit nullus ob non solutam gabellam: stante statuto, quòd contratractus, pro quo si infra certum tempus gabella soluta non fuerit, sit nullus.

331 Moræ purgatio an admittatur in casu præmissi statuti ita quòd post præfixum tempus à statuto possit solui dicta gabella, ut valeat contractus.

332 Statutum quod non soluens gabellam uel illam fraudans nõ audiatur in iudicio, an intelligatur ita esse in omnì foro.

Ius & interesse an competat contra fideiussorem & ipsi fideiussori, pro executione non solutæ gabellæ pro contractu aut mercibus.

333 Debitor debitoris fisci an grauari possit à fisco. principali debitore fisci non existente soluendo.

334 Gabella contractus garentigiæ non soluta, an impediat executionem contractus: & ad quem spectat probare non fuisse solutam.

335 Minor portans res gabellę an teneatur ad gabellam.

Minor an cadat in commissum pro rebus portatis sine licentia gabellarij. & nu. 336

Minor an sit restituendus contra publicanos.

336 Tutor uel curator minoris qui pro minore mercando non soluit gabellam, & merces minoris incidunt in commissum, tenetur ad interesse minori.

Statutum uel consuetudo generaliter loquens includit minorẽ. & si puniat, aliquid quod de iure communi non est punibile. tunc minorem non comprehendit.

337 Socij gabellarum, si separatim partes administrent, an alter ab altero petere possit sibi communicari quod plus exegit.

338 Obligati dare communi sal pro tanto pretio, an si commune nõ indiget sale. possint cogere commune ad id acceptandum.

339 Venditor, si pacto conuentum est sal uendi, ut Princeps declarauerit pretium in tali mense, & mensis transiuit nulla facta declaratione, an in pœnam cadat uendendo ut primò faciebat.

340 Gabella qualiter sit soluenda & exigenda in territorio duorum dominorum,

Maleficium commissum in communi territorio duorum dominorum, qualiter & per quos sit puniendum.

Statutum quòd pro omni contractu soluatur gabella, an locum habeat in contractu facto inter patrem & filium.

341 Statuto dictante quòd infra decem dies soluantur tot pro pœna, & tot pro sorte, an lapsu decendij executio fiat pro pœna.

342 Statutum quòd pro omnibus causis soluantur iudicibus sportulæ, an comprehendat clericos pro causis suis.

343 Stante statuto quòd collecta soluatur, uel onus inferatur pro quacunque re stabili, quomodò soluenda erit collecta, uel onera fient, si habens possessiones suas in æstimo libratas

pro decem, unam ex illis uendidit, & aliam reliquit eccleſię vendendam, & pretium diſtribuendum pauperibus.

344 Gabella ſoluenda pro qualibet libello, an ſit ſoluenda pro additione ad libellum. & nume. 345.

346 Statutum quòd ſoluatur gabella pro quolibet contractu proprietatis, comprehendit contractum quo uſufructus acquiritur.

347 Gabella ſoluenda pro iudicio incohato: in quo loco ſoluenda eſt, pro iudicio in duobus locis incohato.

348 Statutum quòd pro quolibet cõtractu ſoluatur certum quid pro libra pretij conuenti pro gabella, aliàs contractus ſit nullus an annullet contractum, pro quo partem tantum gabellæ ſoluta fuit. & nu. 357.

349 Stante dicto ſtatuto ſi contractus non ualuerit alia de cauſa nulla debebitur gabella, & nu. 354.

350 Statutum dicens ſolui gabellam de pretio cuiuslibet rei deductę in contractum, de quo contractu intelligatur.

351 Statutum quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella an locum habeat in promiſſione obligatoria de vendendo, uel in contractu promiſsionis de uendendo, aut de euictione: & quid de contractu ceſsionis. & nu. 352.

353 Statutum annullans inſtrumentum contractus ob non ſolutam gàbellam, an annullet obligationem in eo contentam.

354 Statutum quòd pro quolibet teſtamento uel inſtrumẽto ſoluatur gabella, an locum habeat ſi reficiatur inſtrumentum uel teſtamẽtum amiſſo protocolo, uel ſi addatur, ſeu pluries leuetur iam ſoluta gabella.

Habens dominium in re certa, ſi illud culpa uel uoluntate perdit, an teneatur ſoluere gabellam.

Gabella pro hæreditate ſoluenda, intelligitur adita hæreditate.

Gabellarum ſolutio an exorbitet à iure communi, quo iure prohibitæ ſunt gabellæ.

355 Statutum quòd ſoluatur gabella de qualibèt hæreditate an locum habeat in patris hęreditate delata filio.

356 Gabella ſoluenda pro hæreditate, an ſit ſoluenda gabellario exiſtente tempore quo hæreditas adita fuit, uel gabellario temporis quo hæreditas uacauit,

357 Contractus an uitietur, ſi pro gabella ſoluitur minus ipſius debito pro contractu. & quid ſi de pluri ſoluatur & ſupra nu. 348.

Error perſæpe nocet in calculo dierum.

Condemnatus ex forma ſtatuti ad pœnam abſciſsionis manus, ſi infra certum tempus pecuniariam condemnationem non ſoluerit, an ſi per errorem dictam condemnationem integre non ſoluit incurrat in dictam pœnam ſtatuti.

358 Contractus an annulletur ob defectum unius nummi in ſolutione gabellæ ſtante ſtatuto præallegato.

359 Statutum quòd ſoluatur gabella pro quolibet contractu an locum habeat in re alienata ſubiecta fidei commiſſo conditione pendente.

360 Pœna an committatur pro actu & contractu inualido & quid de conuentionali,

361 Statutum quòd gabella ſoluatur pro contractibus locum non habet in actis quibus cauſa inſtruitur.

362 Statutum prædictum habet locum in apocis publicis & priuatis.

Apodiſſe an ueniant appellatione inſtrumentorum.

Vſus communis loquendi qualiter probetur,

363 Teſtes non ueniunt appellatione inſtrumentorũ in ſtatutis propriè intelligendis.

Gabellæ ſolutio per uenditorem ne, an per emptorem fieri debeat, de contractu emptionis.

364 Gabellam ſeu collectam quis ſoluere teneatur, cum poſſeſsio deſcripta eſt in cataſtro emptoris & uenditoris.

365 Statatum quòd pro cõtractu ſoluatur gabella, non habet locum in diſtractu.

Gabella unica tantùm ſoluenda eſt, ſtante ſtatuto quòd pro contractu ſoluatur gabella. & nu. 366.

Gabella an ſit ſoluenda refutatione facta contractus per pactum ſiue diſſolutione.

Contractus reſciſſus ut inualidus an reformetur noua conuentione.

366 Contractus quando dicatur renouatus & quando non, ut gabella ſoluatur uel nõ ſoluatur.

Contractus appellatione non uenit diſtractus.

367 Statuto dictante quòd pro contractu debeat gabella ſolui ſi fuit promiſſum per aliquem uendere domum, & pro ea ſoluta gabella, deinde facta uenditio an iterato ſoluenda

uel portatæ, quomodo sit soluenda.

Possessio quomodo æstimanda est, cum quæstio est de possessione.

391 Gabella quomodo soluenda de sententia habente plura capita.

392 Statutum quòd si pro sententia non fuerit soluta gabella, appellatio pro deserta habeatur, an vendicet sibi locum in paupere.

393 Statutum quòd soluatur gabella pro legato & litibus, an habeat locũ in legatis et litib⁹ pijs.

Legatũ malè ablatorũ piũ & debitum dicitur.

Statutum quòd nullus audiatur in iudicio, qui non soluit gabellam, locum habet tam in foro ecclesiastico quam seculari.

Statuto prædicto iudiciũ nõ reddit̃ nullum pro petitione in iudicio facta non soluta gabella.

394 Gabella an sit soluenda de legato facto consanguineo pauperi.

395 Legatarius vsusfructus, cui per testatorẽ remissa fuit cautio, quam præstare tenebatur hæredi de utendo et fruendo arbitrio boni viri, an teneatur soluere gabellam pro tali remissione, stante statuto supradicto.

396 Gabella qualiter soluatur pro vsufructu in contractu deducto, uel constituto per contractũ, uel testamentum aut codicillos.

397 Gabella an soluenda sit per debitorem, uel creditorem, statuto disponente, quòd pro contractu debiti soluatur gabella.

398 Statutũ ꝙ de quocunq; cõtractu soluat̃ gabella an habeat locũ in eo, qui rem dare tenetur.

399 Gabella pro venditione, vel donatione soluenda sit, stante statuto, quòd pro qualibet libra donationum soluatur pro gabella duodecim solidi, & pro venditione decem, & in fraudem maioris gabellæ quis vendit, ac pretiũ palàm recipit, sed inde illum clam restituit.

400 Gabella soluenda pro lana an extendatur ad pelles lanatas.

Pelles an veniant appellatione lanę.

401 Gabella una tm̃ solui debet. licet libellus plures querelas ꝑ diuersis delictis contineat, statuto disponẽte solui gabellã ꝑ qualibet accusatiõe.

402 Statutum ꝙ pro qualibet alienatione soluatur gabella, seu collecta, an comprehendat eccle siam alienantem, uel acquirentem.

403 Priuilegium alicui concessum, ne teneatur ad col lectarum solutionem pro prædijs suis. an extendatur ad prædia æstimata & in libro æstimi descripta per ipsum postea acquisita, ab alio bona fide possessa tempore priuilegij.

404 Statutum disponens solui gabellam de qualibet possessione acquisita de nouo, an vendicet sibi locum. in acquirente ciuilem tantum possessionem.

405 Superindictum salis, vel aliarum rerum vltra ordinarias gabellas, an sit exigendum à daciario ordinario salis, vel ab officiale ad id specialiter deputato.

406 Bona debitoris fisci vendita non seruata solẽnitate legis, an retractentur.

407 Bona vendita ob non solutam gabellam, uel ob non solutum tributum detineri & uendi cũ bona conscientia possunt.

408 Gabella soluenda ex forma statuti de mercibus uectis, contractibus, testamentis, & legatis, solui debet illis publicanis quorum est gabella tempore conductionis mercium ac initi cõtractus quantumcunq; conditionalis. De legatis vero annuis soluitur illis qui erunt gabellarij tempore solutionis. nu. 409.

410 Gabella locata per tyrannos aut partiales et factiosos post de ciuitate expulsos, cui sit soluenda, an tyranno vel factioso in ciuitate existenti, an expulso locanti.

411 Bonis fertilibus collectari solitis alienatis retentis sterilib⁹. quõ et à quo sit soluẽda collecta.

412 Forenses ignorantes statuta & pacta facta inter fiscum & publicanos, vel inter Communitates & daciarios, an cadant in pœnam.

413 Gabella an sit soluenda de officiorum lucro: & an extendatur ad lucrum ambasciatorum et aduocatorum stante statuto in ciuitate.

414 Macellarij, an gabellas teneantur soluere pro carne ad frustra vendita, stante statuto quòd vendentes bestias teneantur soluere gabellam.

415 Ciuitas an possit sibi imponere gabellas & collectas perpetuas ob occurrentes necessitates.

416 Decuriones dicunt̃ cõsiliarij, & eorum gaudent priuilegio ita quòd torqueri non possint.

417 Spurius an posit esse decurio, & habere dignitatem.

Dignitas non est impedienda illi qui non deliquit nec commisit.

Vitia parentum non sunt imputanda filijs.

418 Consilium quæ partes consilij faciant in loco solito congregatæ.

Castella et villæ recognoscentes superiorem non possunt facere consilium.

494 Pecunia exacta ex collecta imposita pro una causa necessaria, an possit in alia causa & re ac negotio ex pendi.

495 Milites, doctores, nec aduocati possunt esse talearum vel collectarum exactores.

496 Immunes à collectis & gabellis qui nam sint, & priuilegiati à iure. & nu. 497. cum seq.

497 Forenses habitantes in ciuitate, an teneantur ad onera realia & personalia.

498 Hospitalia & pia loca non tenentur ad onera ciuitatum.

499 Excedẽs annũ septuagesimũ hẽt excusationẽ ab oneribus, nec ad onera psonalia uocari debẽt.

500 Animalium custodes non sunt grauandi muneribus personalibus

501 Rsticiducẽtes uictualia p annona in ciuitate cũ plaustris p uictu ciuitatũ, uel fimũ extra eas portantes, ad onera grauari nõ debent.

502 Pater habens duodecim liberos in potestate immunis est à collectis & muneribus.

503 Principum referendarij excusantur ab extraordinarij muneribus.

504 Debitores q bona sua dederũt ĩ solutũ creditoribus nõ pñt p dictis bonis grauari ĩ collectis.

505 Famuli missi pro custodia in villa vt laborent, non debent pro re & persona grauari.

506 Collector vnus ex pluribus grauari non debet, nisi pro rata exactorum per ipsum.

507 Fideicommissarij non tenentur ad onera pro bonis per ipsos dispensatis.

508 Cæcus vtroq; oculo nõ tenẽ ad onera psonalia.

509 Clerici primorũ ordinũ an ĩcludanẽ in priuilegijs aliorum clericorum maiorum ordinum.

510 Podagrosi an excusẽtur à munerib⁹ psonalibus.

511 Exẽpti & immunes an includantur in mandato Principis quòd omnes ciues & districtuales ad onera personalia teneantur.

512 Mr̃ uel affinis pupilli lʒ cœperit soluere onera p pupillo, nõ põt cõpelli ad solutionẽ residui.

513 Emens à fisco bona delinquẽtis, nõ tenentur ad collectas dictorum bonorũ pro præterito tpe.

514 Collectarum solutio prescribi non potest.

515 Statuto dictante, q si quis venerit ad habitandum in ciuitate sit immunis à collectis per decennium. an is qui venit ad habitandum & discessit, & per longum tempus stetit extra ciuitatẽ, & inde redijt ad habitũ ĩ ipsa ciuitate, debeat gaudere ĩmunitate pdicta.

516 Immunes ab oneribus priuilegio, lege, statuto, consuetudine, an per nouam prouisionem possint compelli ad onera.

517 Onera an in loco originis & incolatus quis subire cogatur.

519 Dominus an teneatur pro famulo soluere collectas pro possessionibus suis.

520 Pignorari non potest ius ĩponendi collectas, nec illius tenutam capi, sed commodari potest.

521 Milites an teneantur ad collectas.

522 Milites tenentur pro vectigali non prestito.

523 Milites an de illicita delatione teneantur.

524 Famulus qui stat cum domino exempto à collectis, an teneatur soluere collectas.

525 Instrumenta apta ad arandum & cultiuãdum terram an capi posint pro executione. & supra nu 125. cum seq.

Inalienabilia veniunt in executione rei iudicatæ, si condemnatus aliud non habet.

Vtilitas publica præfertur priuatæ. & n. 527

527 Pactis priuatorum ius publicum tolli nõ potest.

Pacto fieri non potest, quod lege nõ est pmissũ.

Iuri publico renunciari non potest.

529 Boues dantes damnum in segetibus alienis detineri possunt vt damnum ab illorum domino resarciatur.

530 Boues aratorij an teneantur ad tributa.

Agricolæ sunt eximendi à publicis oneribus.

531 Hortolanus an veniat appellatione agricolæ.

532 Executio an fieri posit in bestijs deputatis ad macinandum in pistrinis: Et an capi possint p stipendiarios & officiales ad vecturã.

533 Executio vtrum fieri posit in uestibus & libris scholarium. & an in ianuis & tegulis domorum, & in trabibus affixis domibus.

534 Gabella non est soluenda de rebus necessarijs ad culturam agrorum, neq; de tritico & blado portato pro seminibus.

535 Familia Principum non tenetur ad onera extra ordinaria ciuitatum.

536 Princeps & Augusta pro bonis & possessionibus fiscalibus feudalibus & emphyteuticis, ad onera extraordinaria non tenentur.

537 Forenses an posint de iure collectari pro bonis sitis in territorio collectantium.

Fœnus exercentes possunt per ciuitatem quam habitant compelli ad præstandum pecunias communi.

538 Forenses non tenentur ad onera personalia tempore belli, nec pro rebus alibi sitis.

539 Ecclesia an tempore guerræ teneantur ad collectas.


VTO nauigatur sub prudẽtibus:& expertis ducibus virtute, & auctoritate munitis:sub quibus libenter nauigat,& militat gens Clafsica: quoniam hi probè ordinant, consulunt, & præcipiunt ad res subditas: Iulii Cæsaris,& G. Pompei exemplo: qui mira facilitate ordinabant,& instruebant nauales expeditiones.

2 † In nauibus plura sunt distincta officia, & artes, ultra duces in ipsis:sunt quidam qui patroni vulgo nuncupantur nauium curam habentes,cartamq; nauigandi, & bussum magnetis tenẽtes:& præter alios sunt nauarei dicti vulgo pilotæ à pilo nũcupati:quia cũ pilo mensurant aquã remo,lance,& filo cum ferreo seu plombato pẽdenti capite nauibus viam facientes,& vadum aperientes portuum ob renũa atterratorum:& hi expertes esse debent nautici exercitii,& habent cognoscere ventos,& eorum naturam experientia sua rerum magistram: & præuidere futuras tempestates,ipsis prouidendo,& imminentibus procellis consilio sano ꝑ clafsis tuicione reparando fluctibus studio omni:quibus magis pereunt naues, ꝙ bello:tenẽtur nauarei ire cum scaphis ad littora,& ad insulas mẽsurãdo aquas ut euitentur scopuli,& mala uada limosa,harenosa,saxosa,& terrena:vt aliàs dixi: ne clafsis paciatur nauigando, aut portum capiendo:& habent cuncta cunctare pro ipsorum salute: clafsis nã prouidos tutela tutatur, & negligẽtes extinguit incuria.

3 † Et probi,& diligentes olim fuerũt Veneti in Syria bellantes apud Ptholomaidã quã pluries sua uirtute potiti fuerũt.

4 † Et demum catholicorum quorundam discordia anno domini. M. CC. XC. tempore Vrbani secũdi Pontificis perdita fuit Ptholomaida cum nomine Christiano in Syria,& per Regem Babillonis destructa tunc fuit Ptholomaida suo ab Europa cessante fauore: prout cessauit insulę Rodon tempore Adriani sexti Pontificis. M. D. XXIII.

5 † Et illi nauigare dicuntur qui inceperũt nauigare licet non dum applicuerit locũ ubi intendunt accedere.l. qui Romæ.§. Callimacus,& per Glo.ibi,& Doct.ff. de uerbo.obliga.

6 † Et benè discunt nauigantes adorare Deum:ut de Anchisiade legitur in poęta vexato à ventis & à motis fluctibus tireni turbati maris &c. Incũbuere mari totũq; à sedibus Imis. Vna eurusq; notusq; ruunt crebrisq; procellis. Aphricus & uastos uoluunt ad litora flustus. Insequtur clamorq; uirum stridorq; rudẽtũ Eripiunt subito nubes celũq; ,diẽque Theucrorũ ex oculis põto mox incũbat atra. Intonuere poliet crebris mictat ignibus æter. Præsentemq; viris itentat omnia mortẽ Extemplo Aeneæ soluunt rigore membra Ingẽmit,& duplices tendens ad sidera palmas Talia uoce refert oterq;,quaterq, beati.
Quis ante ora patrũ &c.& inde Nudus, & ignota palinutæ iacebis harena &c.

7 † Et tenentur animosi duces aquatici belli esse semoti omni timore: Anthigoni exemplo regis secundi Demetri filii: qui dum aduersus Ptholomeũ foret pugnaturus nauali certamine; & gubernator nauis ei dixisset hostium naues esse plures:contra illas plures me solum opponas(inquit)animo inuictus Anthigonus:& ita suorum auxit animos mãdando gubernatori nauis ut retro maneret, & se animosè opposuit hostibus:& illos adeò perterrefecit ꝙ in fugam uertit.

8 † Et legitur olim idem fecisse Petrum Mocenicum ducem Venetæ clafsis apud Nigram corcirã quæ modo dicitur Corfu.& barbari regis infidi classem fugauit animi sui inuicti uirtute.

9 † Pictura prodest descripti orbis in omni bello ut non sint incognita loca ubi nauigatur, & bellum fiat.

10 † Prosunt & exploratores ut sciant duces hostium loca, & secreta illorum & si possibile foret illa uidere propriis oculis periculo cessante: esset perutile: Cæsaris exemplo:qui propriis oculis nauigationes:insulas:& loca inuadenda cernebat:

& explorabat præter alios exploratores & speculatores suos:inuidi uirtutis Alexandri magni:qui omni periculo se submiserat;ut honor & gloria animi sui inuicti propalaretur:non laudo ꝙ imperatores bellorum in explorando ponant personas suas tam pōderosas in arbitrio fortunę:quę est hostis & inuida uirtutis: qm̄ ammisso capite dispergit exercitus.

11 †Et quidē est prudēter considerandum: quando ignota petitur regio:ꝙ non oportet vagari in incerto: neque laberintum intrare sine filo:sed omni cum diligētia exactissima perquirere locorum opportunitatem:vt euitētur imminentia futura pericula ob occultos scopulos,& arenosa scanna à natura, seu ab industriali arte,uel à reumate facta.

12 † Vt olim in Liburnia fecerunt Veneti: qui caute nauigarunt ad Arbenses obsessos:sibi tunc confœderatos, & oppressos à Liguribus: & ibi se tutò reduxerūt ad amicos,& ad locum peroptatū : & ipsos Arbenses arte liberarunt ab obsidione tunc valdè fidos Imperii Veneti ut Veneta docet historia.

13 † Et quia pro communi vtilitate imperii uectigalia tam in terra, q̄ in mari reperta & imposita fuere:ideò de his, & de collectis,muneribus, & oneribus : quæ per dies ex causa imponuntur pro necessario vsu populorum scribere decreui.

14 † A quibus regulariter nullus est immunis : licet proferat rescriptum principis super immunitate:quia presumitur obrepticium.l.omniū. C.de uestig.& cōmiss.

15 † Vbi habetur per Doct. non ualere rescripta facta contra statuta,& conuentiones vectigaliū : & in l.quidquid ibidem.

16 † Et pro vectigalibus tertia pars octauæ partis soluitur pro uectigale.

17 † Quod dictum est à vehendo latinè : & gabella communiter vulgò dicitur italico sermone:quia vt vulgari sermone dicitur,molti se trouano gabati per le gabelle : & tollonea græcè à tollo tollis dicuntur : quia pro ipsis octaua pars tollitur,seu soluitur eorum:quæ vehuntur.l. à pstatione.C.de vectug.ita dicit And. de Iser.in tit.q̄ sint rega in.§.vectigalia.

18 † Et si foret immunitas concessa alicui per principem extenderetur immunitas tantum ad extraordinaria,& non ad ordinaria munera.

19 † Et si princeps specialiter contra legem omnium.C.de uectigal.disponeret;cum clausula non obstante:tunc talis immunitas sortitet effectum,etiam in ordinariis muneribus tenēt Glo. & Doct.in.l. fi.C.de aquę duct.& in l.rescripta.C.de preci. impe.offer. & per Bal.in l.omnes. C.quemad.præscrib. & Bar.in l.fi.C.si contra ius & vtil.publ.habetur per Doc. in l. Iulian⁹.ff.de leg.iii.& in l.v. iis qui ducenta.ff.de reb.dub.vbi habetur quòd immunitas concessa non extenditur ad munera ordinaria.

20 † Et tenentur domini terrarum imponentes gabellas,& pedagia custodire territoria sua:& si quid foret in ipsis derobatum per latrones tenebuntur ad emendam de iure : & ita seruabatur olim in Regno Siciliæ ex regia prouisione:habetur p Arch.in c.si quis peregrini.xxiiii. q.iii.& c.dominus.xxiii.q.i.& in.v.q.& c.administratores.iii.q.vii.& per Bar.in l.nequid ff.de incēd.rui.nauf.hodie vniuersitates dicti regni, & barones tenentur custodire territoria sibi data in feudum:aliàs cadunt in pœnam,& ad emendam derobatis per cap.regis Roberti:qđ procedit si potuerunt prouidere, & non prouiderunt:habetur per Bar.& Glo. in d.l.nequid.ff.de incend.rui.nauf. & per occurrentes in materia qōnes procedā.

21 † Et primò de publicanis : An cum bona conscientia possint conducere,uel emere gabellas : dic posse secundum Bald.in c.i.quæ sint regal.in vsib.feud.& in l.i.& per Ang.ibi.ff.de iust.& iur.

22 † Gabella namque est ordinarium munus : quando imposita est per statutum vel legem:secūdum Bar. in l.ii.ff. de iur. immu.quoniam pro publica vtilitate inducta est,quæ præfertur priuatæ.

23 † Nauta quidam promisit consignare merces in portu Cesenatico suo periculo,& expēsis:an teneatur soluere expensas gabellæ : quæ veniebantur soluendæ pro dicto contractu : dic non teneri. Ita

consuluit

consuluit Alex. de Imo.in consi. lib.ii. vol.vbi ponit si gabella sit onus contractus:uel rei trahendæ &c.

24 † Et cum statuta gabellarum sint stricti iuris ut lacius dicam inferius: & an statuta loquentia de gabellis habeant locũ super rebus inęstimabilibus : dic ꝙ non l.ita autem.ff.de administ.tut.& ꝑ Alex. in consi.lvii.iii.vol.

25 † Quæro de rustico loci statuti disponẽtis:ꝙ ꝓ quolibet vitulo nascituro in territorio soluantur duo solidi : & rusticus quidam prædicti territorii habẽs bestias suas pręgnantes cõduxit illas in alio territorio ubi parierũt uitulos plures: an ipse teneatur soluere gabellã pro ipsis vitulis in loco patriæ suæ vbi est dictũ statutũ:dic ꝙ sic,quia id dolo fecit:ꝙ secus foret dolo cessante rustici secundũ Bal.in l. si in fraudẽ. C.de lega.& per Bar.& Glo. in l.cũ satis. C.de agri.& censi.lib. xi.& in l.si ex facto,la.grãdi.ff. de hære.insti.

26 † Quia fraus non debet patrocinari doloso,nec valet ꝙ fit in fraudem legis, vel statuti,sed nullum est ipso iure.l.cum hi ff.de transact.& per Bal.in l.i.C. si quis in fraud.patro.

27 † Stat prouisio in ciuitate, ꝙ si quis per mensem tenuerit in villa familiam suam & ipse habitauerit in ciuitate an teneatur ad onera in uilla,vel in ciuitate?dic ꝙ tenebitur soluere in uilla:qa ibi est maior pars familiæ suę:Gl.est in l.i.ff. de liber. agn.& l.cũ scim⁹.C.de agri. & cẽsi.li.xi.

28 † Iddem est dicendũ de collecta si rusticus iuerit ad habitandum in alia villa ne solueret collectam in prima uilla,tenebitur in prima vbi præuentus est.l.proui. dendum.C.de decur.lib.x.& si non dolo discesit tenebitur soluere in loco vbi habet maiorem partem familiæ: & facultatum:quia incola dicitur illius loci.l.ciues.C.de incol.lib.x.& per Bar. ibi & in l.fi. C.de agri.& censi.lib.xi.

29 † Viget statutum, lex seu consuetudo:in ciuitate ꝙ rustici emẽtes bona stabilia teneãtur ad tales collectas:& ꝙ ciues emẽtes sint immunes ab huiusmodi angariis & collectis.Contingit ꝙ nobilis quidam precibus rustici pro rustico emit stabilia:vt non subsit oneribus prædictis quæ pœna teneatur:dic rem prædictam publicari fisco.l.i.C.de nauicul.non excusan. & ibi Bar.lib.x.

30 † Quid si per uniuersitatem fuit pactum cum rusticò ꝙ non teneatur soluere collectam:an ualebit tale pactũ. Distingue aut rusticus est oriundus in villa dictæ vniuersitatis,vel erit forensis & nõ subditus vniuersitati. Primò casu nõ valebit: nisi ex causa vera & approbata. Secundò casu fides est ipsi seruãda: & ualebit.l.ii. ff de iur.immunit.

31 † Bannum seu proclama stat in ciuitate seu statutum: ꝙ si quis portauerit bladũ sine licentia inscriptis habenda à publicano ꝙ perdat bestiam,nauim , vel currum:cum quibus portauit bladum:an debeat perdere pullũ vel scapham: seu sacchum in quo erat bladum: de quibus nõ meminit bannum vel statutum dic ꝙ nõ tenet Bal.in l.iii. C.de naut.fenor.

32 † Et similiter in legato nauis vel bestiæ non uenit scapha, neq; pullus:vt accessorium legato cum ex se stare possint, nisi aliter de consuetudine seruaretur.l.legatis.§.ouibus ff.de lega.iii. & per Bar. in l.cum quidam.ff.si cert.peta. & in l.vaccę.de euict.& in l.si ut certo.ff.cõmod.& in l.si quid ff.de leg.ii.

33 † Iubet statutum ꝙ animal cũ quo merces extrahitur sine solutione gabellæ publicetur:& si pluries cum eodẽ animale fuerint portatavettita an pluries animal publicari debeat,dic ꝙ nõ, cum sufficiat vna publicatio , nec possunt in eadem re concurrere plures causæ lucratiuæ secundum Bart.in l. Meuius. §. duobus.ff. de leg.ii.& Ioan.de Firmo in ultima parte sui tractatus gabellarum,cum fiscus dicatur habere causam lucratiuã, notat Bar. in l.i.ff solut.matri.

34 † Nec venit in tributum cum creditoribus delinquentis,habẽtibus causam onerosam,habetur per Bart.in l.rescriptũ & ibi Glo.ff.de pact.nec in speciebus cadit duplicatio pœnæ,vt per Bar.in d.§.duobus. Quid si dixerit statutum : si quis extraxerit tales merces perdat currum: non tamen ob hoc perdet merces : tenet

Bal. in l.iii. C. de naut. feno. Quid si dixerit perdere merces, & currũ: ꝑ hoc nõ habet perdere boues ilias ducentes: tenet singulariter Sal. in l.iii. C. de naut. fęno.

35 † Vbi dicit Saly. ꝙ si quis portauerit salmam frumenti sine licẽtia perdet illam: non tamen perdet sacchum cum quo salma furmenti portata fuit.

36 † Et si dixerit statutum perdat salmam mercium: non tamen perdet animal, neque currum: ita tenent Bald. & Saly. in d.l.iii. C. de naut. fœnor. Nec obstat lex nec liquide. ff. de pen. lega. neq; lex pecu liũ. §. quadrigæ. ff. de leg. iii. cũ prædicta sint accessoria: cum ex se stare non possint: & etiam quia ibi de fauore amplian do: hic de odio restringendo in statutis ꝑ regulã odia de reg. iur. in vi. & per d. Io. And. & Philip. Decium ibi.

37 † Quid si disposuerit statutum: ꝙ si quis portauerit vnum currum frumẽti cadat in pœnam decem librarum & perdat frumentum: non habebit locum in ammissione Currus neque bouũ: neque in aliis bladiis vtputa in ordeo: spelta: trisigo: mellega, lenta, saracino, legumnibus, vt de fasellis, & similibus nisi in frumento secundum Barto. in l. frugem. ff. de verb. signific. & Alexan. in l. triticum. ff. eodem titu. & Abba. in c. ex multiplici, extrà de decim.

38 † Vbi dicit bladum & triticum esse nomen generale: & text. in l. Medio. C. de suscep. & archar. & ibi Doct. lib. x.

39 † Cum banna & statuta strictè intelligi debeant: & non extendantur in pœnalibus & exorbitantibus à iure communi. l. si de interpretatione. ff. de legibus secundum Bal. & in l.iii. C. naut. fęnor. & l. q̃d quid astringẽdę, cũ similibus. ff. de verb. oblig. & per Firm. in tract. suo gabellarũ par. viii. principali in xii. col. Nec obstat l. cotẽ ferro. §. dñs. ff. de publ. quia loquitur in prohibitis de iure cõi. Nos autem loquimur circa prohibita de iure statutorum nisi aliter se haberet consuetudo patriæ, vsus loquẽdi. & rationis idẽptitas.

40 † Et si statutum dictauerit: ꝙ nullus sine licentia possit emere frumentum: & de uenditore nihil dixerit: An uidea tur idẽ statutum in uenditore, tenet Bart. ꝙ sic in l. vnica. C. de cupres. ex luco damasi. lib. xi. & in l. fin. ff. de accept. & in l. fin. C. de vidui. tollen.

41 † An statutum prohibẽs extrahi frumentum, habeat locum in extrahente farinam videtur dicẽdum ꝙ non l. Iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhibendum: & qui legat frumentum & marmor: non videtur legasse farinam, neque columnam, quia talia specificata non possunt reduci ad suam pristinam materiam. l. quæsitum. §. illud ff. de leg. iii. & quidq̃d dicat Alb. Gand. in suo lib. malefi. in tit. de reb. vet. circa nõ extensionem: & Alberi. de Ros. in i. par. statut. Tu dic contrarium esse verum: videlicet extendi. l. Pomponius. ff. de nego. gest. & l. ambigua. ff. de leg. & l. nam igitur absurdum. ff de oper. libert.

42 † Et si statutum prohibet iri de nocte cũ lumine, multo fortius prohibere videtur sine lumine. l. i. §. per calumniam. ff. si mulier ven. nomi. in pos. ne fiat fraus statuto, & uidetur absurditas, cum eadẽ ratio militet ꝓhibitionis. l. cotem ferro ff. de publ. & per Firm in tract. gab. in viii. par. & ꝑ Glo. in l. i. & ii. ff. de per. & commo. rei uend. & in l. tale pactũ. ff. de pact. & per Io. Fabr. in §. fi. Inst. de his q̃ sunt sui vel alien. iur. super vlt. Glo. vbi ponitur quando sit fraus legi vel statuto &c.

43 † Quæro de statuto disponente solui gabellam per transitum animalis extracti vel extrahendi de Ciuitate & si quis bouem uel mulum forensem per transitum duxerit per ciuitatem dicti statuti soluere habeat dictam gabellam? dic ꝙ non: quia statutũ intelligi debet de animalibus suę Ciuitatis & territorii extrahendis & nõ de forensibus: quæ extrahũtur pertransitum l. Cęsar. st. de publ. Glo. & Cyn. in l. si q̃s post hãc. C. de ędif. priua. & ibi per Moder. quod ẽt intelligitur de animalibus ductis ad ciuitatem causa pignorũ vel cõmodati aut depositi, ꝙ non soluatur gabella q̃n extrahunt vigore dicti statuti: tenet Fir. in i. par. sui lib. gab.

44 † Dicens dictum statutum etiam intelligi de animalibus magnis & non de minutis: vt sunt anseres, & gallinæ, allegat

Guil.du Cune.in l.de qbus ff.de leg.&c. suppofita confuetudine l. iii. ff. ad leg. Rod.de iact. & l.ii.ff.ad leg.Aquil. & l.i. §.ius naturale ff.de iuft.& iur. & l.auibus.ff.de leg.iii.

45 † Et quidam dicunt anferes & gallinas non effe animalia fed aues : & non inter animalia adnumerari. Nos contrarium dicimus quia,funt animalia,ut docet Imper.inft.de rer.diui.in §. gallinarum ibi & qui lucrandi animo ea animalia detinet loquens de gallinis & anferibus furtum committere intelligitur: ꝙ eft bonú fcire pro interpretatione ftatutorū &c. quæ fi difponerent de animalibus intelligeretur etiā de anferibus & gallinis ꝑ illū tex.Et fi difponerent de auibus fimpliciter nō intelligerētur de ꝑdictis anferibus & gallinis per tex.prædictum:contrarium videtur innuere tex.in l.auibus ff de leg.iii.in hoc feruabitur cõfuetudo & vfus communis loquendi patriæ.

46 † Nec locum habebit dictum ftatutū in hominibus fecuudum Flor.Dulf.de Sancto Petro in l.ii.ff.ad leg.Aquil. etiam fi ftatutum diceret de dāno dato per aīal bippedum & minutum ; non uendicabit fibi locum in hominibus liberis : neque in feruis.l.ii.§.i.ff.ad leg. Rod. de iact. propter odiū:quia odiofa reftringuntur ftatuta limitantia ius cōe , vel illi derogantia.l.quidq̄d aftringendæ.ff de verb. oblig.l.obligatione generali.ff.de pigno. l.penul.ff.de priuil.credit.

47 † Nifi ftatutū dictaret ꝙ pro qualibet re foluatur gabella,quia & homo liber cōprehenderetur fecundum d. Rayn.de Arfcen.de Forliu. olim Bar. præceptorē in iure Ciuili:quam fententiā vt veram & cōmunem tenet cautus Bart. Cepol.Veron.qui fuit concurrens d.Alex.Tarta. de Imo.in Gymnafio Paduano , in l.pecuniæ ff.de verb.fignifi.

48 † Quæ autem fint animalia craffa, dic effe equos,boues,cameli,elephantes , & fimiles beftię,quæ veniunt appellatione armentorum.

49 † Et minuta animalia funt pecudes , capre , & fimiles beftiæ,quæ veniunt appellatione gregis l.i.§.i.& l.oues.ff. de abige.& ibi Bar.& in l.fin.ff.de milit. vefte lib.xii.quę fcire optimum eft pro ftatutorū intelligentia,& formandis libellis.

50 † Quęro de ftatuto loquente de ouibus an habeat locum in agnis: dic quòd non nifi aliter fe haberet communis vfus loquendi & confuetudo l.feruus.§.ouibus ff de leg.iii.

51 †Appellatione pecorum & gregis veniūt & porci vt in d.l.feruus.

52 † Et appellatione iumentorum ueniunt boues & æquæ,& fimiles beftiæ craffę.l. ædiles.§. iumentorum.ff. de ædil. edict.

53 † Et fi ftatutum diceret gabellam folui de armento,intelligeretur de beftiis craffis,vt funt boues equæ, & fimilia animalia , & non de minutis,ut funt oues & fimilia.

54 † Et fi diceret folui gabellam de grege intelligitur de pecudibus & animalibus paruis tenet Bar.in l.fi.C.de milit.vefte.

55 † Quid fi confifcetur animal uel currus fraudatis vectigalibus,cum quo fuerunt portatæ merces,etiam fi fuerit animal alienum & non ipfius fraudantis uel currus alienus an intelligatur confifcatus currus uel animal alienū. Diftingue fi dominus currus uel aīalis fuerit fciens uel non de dicta fraudatione quæ fiebat: fi fciens perdit animal fuū vel currus. Si ignorans nō perdit nec ritè cōfifcabitur,nifi ftatutū uel confuetudo difpofuerit aliter, videlicet ꝙ etiā aliena animalia & currus cum quibus merces fuiffent portatæ de fraudata gabella,fciente vel ignorāte domino animalium & curruum huiufmodi,fecundū Bart. & Io.de Imo in l.cotem ferro.§. dominus. ff. de publ.aliàs fuccurretur domino beftiarū & currum ignoranti,fi tale ftatutum vel confuetudo non viguerit arg.l.fin.ff. de pigno.actio.

56 † Et contra portantem alienam rem licitam cū illicitis contra vectitum fuccurretur domino rei licitę cū illicitis portātę: aduerfus illum,qui res illicitas portauit & rem alienam licitam portari pofuit inter res uetitas portari , & caufa fuit res licitas perdi,vt tenent Bar.& Imo.in d.§.dominus,& in l.Athenis,ff. de aqua

plu.arcen.& in l.ii.C.de noxal. & Saly. in l.iii.C.de naut fęnor.& ibi probè examinat & distinguit &c.

57 † Et Imola dicit esse concedendam restitutionem domino animalis ex clausula generali : si qua mihi iusta causa &c. Si portans vettita cum aliena bestia nõ fuerit soluendo.l.i.C.ex quib. cau. maior. & per Inno.in rubr.de consu. quod iuri & æquitati conuenit.

58 † Dicebat Alber.de Gand.in lib. suo malef.in tit.de reb.portari vettitis,ꝙ si prohibitum est portare bladum super asinis An intelligatur esse prohibitum portari cum bobus,curru,& equo:vel alio iumẽto:& tenet ꝙ sic:quia in statutis admittitur extensio ex indẽptitate rationis prohibitiuæ legis,& ratione absurditatis vitandæ ne fraus fieret legi, & ipsius mẽti, & iddem tenuit Signorellus de Homodeis de Mediolano in repetitione sua legis Cæsar.ff.de publi.adde prædictis Gl. in l.tale pactum.ff.de pact.

59 † Quid si statutum dicit ꝙ pro qualibet bestia uaccina vel equina soluatur gabella:An debeat solui gabella de vitulo vel pullo equino lactantibus dic quòd non arg.l.quòd addes.§.si quis mulierẽ. ff.locat.& ibi Bal.quia tpe cõtractus erat vnicum corpus:ex quo dicitur ibi natũ esse in naui:& in vtero erat tpe contractus. Sed in uacca & equa petita fiat condẽnatio ad uitulum seu equum:vt accessoriũ, not.Spec.in.§.iii.de expens.&c.

60 † Quæro de statuto disponente, quòd ꝓ quolibet animali legato soluatur gabella,qd si legata fuerit vacca pręgnãs an sit soluẽda gabella etiã ꝓgo partu? dic ꝙ nõ secundũ Ang.in l.lege.ff.ad leg.falsi.

61 † Et an & quando statutum sit fauorabile pro partu & quando non,& de effectu partus ancillarum & animalium, habetur per Io.de Firmo in lib.suo gabell.in v.& viii.par. & in l. quæ in vtero.ff.de stat.hom.& ibi per Doct.

62 † Statuto cauetur Cesenæ solui gabellã de emptione rerum & aĩalium, & soluta fuerit gabella gabellariis, deinde res redhibeatur.An debeat restitui id quod est solutũ gabellariis, pro gabella emptori, qui eã soluit?dic ꝙ sic per venditorẽ vȝ & nõ per gabellarios,q̃bus soluta fuit,tenet Bal.in l.si præsidiũ.C.de ædil edict. & per Ang.de Perus.in l.debet.ff.eo. tit.

63 † Quæro de alio statuto disponẽte solui gabellã pro omnibus legatis factis ecclesiis.pauperibus,& piis locis, filiis & nepotibus, neptibusq́; masculis & fœminis,si factum fuerit legatũ filiabus & neptibus naturalibus teneatur filius vel neptis seu filia & neptis bastard⁹,& bastarda soluere dictã gabellam.Distinguendũ puto,aut isti filii sunt uulgo quæsiti : ita ꝙ non possunt ostendere patrẽ certũ,aut nati ex concubina certa in domo retẽta, ita ꝙ patrẽ ostendere possunt, licet naturalẽ,Primò casu tenebuntur soluere gabellam, pro legato stante dicto statuto: Quia statuta loquẽtia de filiis & nepotibus filiabus & neptibus nõ cõprehendũt tales naturales vulgo cõceptos, & ꝙ patrẽ demr̃are non possunt inst.de nupt.§. penul.Ita tenet etiã Cyn.in l.q̃squis.C. ad leg.Iul.maiest. & tales naturales vulgo cõcepti non dicunt̃ de domo, neq; de sanguine agnatorũ:quia nõ possunt docere se esse de tali prole,cum patrem ignorent.l.vulgo ff.de stat.hom.nisi cõmunis vsus loquẽdi vel cõsuetudo patrię,vbi casus contingerit,cõprehenderet vulgo cõceptos,& eos intelligeret & acciperet vt de domo,& arma sumerent,& onus vindictæ vt alii de domo,ꝼm Bart.in l.pronuntiatio.ff.de verb signi.& in l.filiũ eũ diffinimus.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur.Secũdò casu non, quia statuta de filiis indifferenter cõprehendunt etiam istos naturales natos ex cõcubina in domo retenta ꝼm Cyn.in d.l. quisquis.C. ad leg.Iul.maiest.Secus in materia differenti l. generaliter §.sæpius.ff. de decur. & l.tutelas ff.de cap dimin.& ita consuluit.Ang.in consi.suo incip. super primo dico legatum esse conditionale &c.

64 † Stat statutum solui gabellam pro piscibus & mercibus retentis in platea seu foro publico.An locũ habuerit dictum statutum in illis, qui bancham mutabilem portant & non affigunt in platea, vbi illam ita mobilem tenuerint cum piscibus

& mercibus dic ꝙ sic, etiam si cistã portauerint ad collum cum mercibus vel super dorso & humeribus tenebuntur soluere gabellam stante dicto statuto. Vt faciunt illi: qui portant lapides preciosos: seu zoias & cordellas super nundinis ad vendendũ modo huc modo illuc. l. si insula, & per Doct. ibi. ff. de flum.

65 † Et idem erit dicendum de eo, qui occupauerit plateam cum aliquo correo tenetur ad gabellam: Quod etiam locũ habebit in eo: qui correum venale portauerit per plateam: nisi illud portauerit: vel tenuerit causa sui vsus secundũ Bar. in consi. suo incip. statuto castri plebis. & in consi. cxiii.

66 † Stat statutum in ciuitate ꝙ pro legato soluatur gabella. An hæres teneatur soluere gabellam ꝓ legato repudiato penes ipsum heredẽ remanente: dic hæredẽ teneri ad solutionẽ dictæ gabellæ ꝓ dicto legato secundum Bal. in l. penul. col. vii. C. de condi. inser. & ratio est quia onus qđ non cogitur legatarius acceptare remanet penes hæredẽ cũ onere gabellæ.

67 † Idem est dicendũ de caduco legato & onus gabellæ sequitur legatum ad quem cunque vadat. l. Caio. ff. de adimen. lega. & C. de condi. inser. l. penul. & l. Celius ff. de leg. ii.

68 † Quæro de legato omnium fructuum & bonorum facto vxori per maritum: q habet gabellas emptas vel conductas: an vxor p̄stita heredi cautione possit exigere gabellas: dic ꝙ sic. l. i. C. de usufr.

69 † Et plus habebit etiam vsufructum pro rata de rebus legatis aliis personis: si legatarii noluerint acceptare legata & ante legatorum consignationem habebit. l. Sempronius & per Bar. ibi. ff. de vsufr. lega. & per Paul. de Cast. in cons. cii. & in cons. ccxxxviii. vbi repræhendit Bal. aliter tenentem in l. quotẽ. ff. famil. hercis. ff. ad legem falci. l. quoties.

70 † Quid si maritus notarius legauerit vxorem suam esse dominã & vsufructuariam omnium bonorum suorum: an in dicto legato veniãt vsufructus & seu red ditus protocolorum dic ꝙ non: quia nõ dicuntur fructus secundũ Doc. in l. quædam. §. nihil. ff. de edẽ. nec dicuntur redditus ꝓtocolorũ esse in bonis not. Doc. in l. diuortio. ff. sol. matr. & Bal. in l. i. C. de fruct. & lit expen. quod limita nisi essent tales scripturę, quibus multi & plures fructus perciperentur: vt in loco prædicto limitant scribentes.

71 † Quæro de statuto disponente solui gabellam pro legato ad rationem sex denariorum pro centenario cuiuslibet legati quomodo intelligatur: dic solui de eo quod restat legatario deductis grauaminibus & expensis. l. circa. §. sicuti, & l. quot. & per Bar. & Doct. ibi. ff. ad leg. falci. & per Bal. in l non amplius. ff. de leg. ii. & per Glo. in l. per diuersas. C. mãd. Et locum habet tantum dictum statutũ in eo legato ex quo aliquid percipitur per legatarium, nisi esset pium legatum ex quo nulla soluitur gabella.

72 † Quid de legato liberationis debiti: an ꝓ eo solui debeat gabella dicto stãte statuto per debitorẽ liberatum: dic solui gabellam: quia ex illo legato consequitur cõmodum: & debiti liberationẽ debitor. l. quærebatur & per Doc. ibi. ff. ad leg. falci. & in l. si creditoris, & in aucten. hoc amplius, & ibi Bal. C. de fidei comm.

73 † Et etiã pro legato liberationis ex forma statuti facto ꝓ patrẽ filio adoptiuo: cui de iure nõ tenebať aliquid relinquere secundũ Bal. in l. cum adoptiuis, in v. col. C. de adopt. vbi dicit teneri ad solutionem gabellæ pro dicto legato.

74 † Et multum operatur legatũ liberationis: habetur in tit. de liber. legat. & per Bertachinum in lib. suo gabell. in viii. par. Quod limita in debitore primo liberato & in habẽte tutam exceptionẽ liberationis debiti: secundum Bal. in l. iii. in fin. ff. de lib. leg. & Bar. in. l. si creditor. ff. eod. cum ex ea nihil quæratur legatario & propterea nõ tenebitur ad solutionem gabellæ pro dicto legato dicto stante statuto.

75 † Et quot modis fiat legatũ liberationis: habeť in l. iii. & Bal. ibi. ff. de lib. legat. & in l. cũ necessitatẽ. ff. de fidei commis.

76 † Quæro de statuto qđ vir vxori nõ possit legare vltra libras centum: & aliud

est statutum in eodem loco: ꝙ pro quolibet legato soluatur vna gabella. Et si vir legauerit centum vxori: grauando hæredem ad solutionem gabellæ: an valuerit tale legatum: dic ꝙ valebit: & qđ fuerit solutum pro gabella: non computabitur in dicto legato, ne formam statuti excederet, etiam quia non valuerit, tenet Bal. in l. ii. §. ii. in antiqua lectura. C. commu. de lega. & Bart. & alii in l. sed si hoc. §. i. ff. de condi. & demonst.

77 † An solui possit gabella pro legato post terminum statuti, si nō fuit soluta in termino tenet Bar. ꝙ non in l. fi. C. de cōd. inser. in lectura antiqua in ix. opposi.

78 † Quæritur de onere legati īposito duobus, quis teneatur ad gabellam stāte statuto pro legato solui gabellam, & alter prædictorum legatariorum recusauerit legatum, dic illum teneri qui non renunciauit, sed ipsi fuit acretum altero recusante. l. ciuitatibus. §. Lucius. ff. de leg. i. & per Bal. in l. i. C. de cad. tollen. & in l. i. ff quando non pe. par. & in l. quoties. C. de fideicom.

79 † Olim dominus meus Reuer. d. Cardi. de Aragonia, cuius anima requiescat in pace, tempore Iulii secundi Pōtificis maximi, dum resideret Rauennæ, cum curia sua, vbi Pontifex nouem fecit Cardinales, me humanissime interrogauit, si vectigalia dicantur odiosa esse, vel fauorabilia de sui natura. Responsum reuerēter dedi tanto digno principi domino meo, fore odiosa de sui natura & stricti iuris, & allegaui Abbatem in consil. suo. lxxii. & in cōsi. cii. & Bar. in l. contractus C. de fid. instr. vbi tenent statuta gabellarum tanquàm odiosa esse stricti iuris, & strictè debere intelligi.

80 † Quæsitum postea fuit si pacta inita in contractibus inter fiscum factis: & seu cōmunitates loco fisci existentes & publicanos afficiant omnem populum, responsum dedi, firmant Doct. ꝙ sic in l. Cæsar. ff. de publ. & in l. donationes. C. de don. inter vir. & vxo. tenet & Bald. in l. donationes. C. de donat. ab Augusto ad Augustam factis lib. xii.

81 † Et si pacta in solita valeant facta per vendentes gabellas in fraudem & præiudiciū fisci. Responsum dedi quòd nō per tex. in l. i. C. de pas. pu. lib. x.

82 † Quæsitum quoque fuit ad quos spectent vectigalia, & pro quibus partibus, responsum reuerenter dedi ad fiscum regulariter pertinere duas partes, & tertiā municipibus, seu Ciuitatibus, nisi forēt vectigalia reseruata principi. l. si exceptis. C. de vectig. & commis. & tunc Reuerendissimus D. meus prælibatus Cardi. de Aragonia cuius anima iterum atque iterum requiescat in pace, mihi in membranis dono dedit pulchrum librū euangeliorum manuscriptum, optimè ornatum, auri & argenti munitis fibulis cum aureis & argenteis literis maiusculis in quolibet euangelio & epistola.

83 † Quæro de pœna fraudantis gabellas, & ad quem pertineat, dic regulariter ad fiscum pertinere, vel ad publicanos loco fisci l. creditor, ff. de actio. emp. Ang. frater Bal. consuluit pertinere ad fiscum pœnam huius modi, cum ipse offendatur. Et non emptor, pro quibus faciunt nota. per Bartach. in lib. suo gabellarum in vlt. par. versicu 20. & 31. Vbi ponit de adulterio, & de pœna illius, qui fraudauit pecunias communis, & per Ang. de Aret. in insti. de actio. in §. pœnales, colum. iiii. versic. ex quo.

84 † Vectigalia solus princeps imponit c. innouamus, de censi. c. si quis romipetas xxiiii. qō. iii. & l. vectigalia. ff. de publ. & vectig. Et non habentes facultatem imponendi noua vectigalia, deportantur & capite etiam puniūtur. l. fi. ff. ad leg. Iul. de ui publ. & noua vectigalia dicuntur & sunt siue augeantur vltra debitum, siue minuantur, vel denuo imponantur l. vectigalia & fi. & per Bal. ibi. ff. de publ. & l. vectigalia. C. de nou. vecti. nō impo. Nam principis est priuilegium, & ipsi soli ius competit, imponendi & committē di exigi gabellas ut domino orbis. l. deprecatio. ff. ad leg. rod. de iact cum ius vectigalium sit de magno imperio prot ter quod inferior à principe non potest illas imponere. l. vectigalia. C. de vectig. & cō mis. & per Doct. ibi & l. non solent, & l.

vlt.cum Glos.ibidē, & per Ioan.de Firmo in pri.& vlti.par. sui lib vectig. & sic est principis priuilegium imponere tollonea seu uectigalia & gabellas & noua vectigalia & pedagia imponere, tollere, & minuere, mutare, & reformare ad libi tum suum secundum tempora ob necessitates occurrentes.l.vectigalia.ff.de publi. vbi dicit Imol. vt supra dixi, quòd hoc inferior à principe facere nō potest licet imponat collectas per dictam. l.vectigalia ff. de publ. & per l.ii.C.no. vectig.non impo.

85 † Quod limitandum est in domino, vel republica, aut communitate habente priuilegium, vel ex præscriptione tanti temporis cuius initii memoria hominū nō extat in contrarium, quę prę scriptio pro titulo & priuilegio habetur iuribus vulgaribus.vt alias latius pluries dixi, nihilominus poterit fraudari gabella hu iusmodi à forensibus sine peccato ullo, & non à subditis suis, vt omnes commu niter firmant in l.vectigalia ff.de vectig. & publi.& per Firm. in libr. suo gabel. vltim. part.

86 † Et sic differt à gabellis propriis princi pum, & ab inferiorum gabellis.

87 † Quæro de casu in dies occurrenti. An mullio & nauta teneantur soluere gabel lam pro salma, & mercibus per ipsos ve ctis in naui seu cum mulo, dic quòd nō, sed dominus mercium tenetur pro mercibus suis, & mullio & nauta pro naui, & mulo suis soluere gabellam.l.cum plu res.§.vehiculum & per Glo & Bart.ibi. ff.de loca.& cond. & in l.1.§.hic titulus. ff.de publ.& vectig. Nisi aliter dispone ret loci statutum vel consuetudo, in tan tum quòd si nauta vel mulio solueret ga bellam, pro mercibus & salma non suis repetere potest à dominis mercium, qua rum vti poterit retentione, donec fuerit satisfactus, de eo quòd soluit per Glo.& Bart.in l.non sorte.ff.de condi.indebi.& per Bal.in l.fi.C.de commod. Vbi ponit exemplum de scriptore retinente librum scriptum pro mercede sibi debita & soluenda &c.

88 † Quid si merces in naui vectę, vel portate cum mulis in commissum vel contra bannum inciderint, an nauta & muliones debeāt habere naulum & seu mer cedem suam integram, dic quòd sic: quia spectabat ad dominum habere licētiam, & seu recipere bullectam à publicanis, & illis soluere gabellam, & tenebatur curare omni diligētia, ne suæ merces inciderent in commissum.l. pen. §. fin. & per Bar.ibi.ff.loca.

89 † Et molestari non debent à gabellariis nautæ & muliones habentes bullectas pro mercibus per ipsos uectis cum naui bus vel mulis suis, licet ipsi non sint descripti in eis, sed domini merciū ad quos spectat onus soluendi gabellam & recipiendi bullectam pro mercibus suis. l. parsissum in fi.& per Bar. ibi.C. de curs. publ. & de ang. & perang.lib.xii. & per Bal.& Saly. in l.iii. C.de naut.fœnor.

90 † Vbi reprehendunt gabellarios, qui mo lestant habētes bullectas, & ob molesta tiones & extorsiones huiusmodi publica norum deuiantur gabellæ & pedagia in maximum damnum dominorum ipsorum, quibus ad interesse tenentur publi cani secundum Bal.in l.iii.C.de naut fę nor.& in l.i.C.de cadu tollen.& in l.i.ff. de rerum diuisio.& in authen.quæ rem. C.de sacros.eccle. Officiales regii in regno Sicilie faciunt iurare in licitatione gabellotos, vt nihil accipiant, vltra veterem vel nouam formam statutam à Rege dicti regni.

91 † Quid si casus acciderit præcedentis cul pæ, vbi actio nata non poterit intentari contra nautam, vel mulionem, seu agaso nem. An difficultas superueniens excuset ipsum à pœna, dic difficultatem superuenientem excusate.l. si uehenda.ff. ad leg. Rhod de lact.remittit tamē mer cedem, & reddit receptam vt in Glo.ibi. l.si vno.§. Item.ff.loca. & lacius dixi in lib. rei & disciplinę militaris terrestris in tit.de obedien exer.

92 † Quæro si peccant mercatores deufradātes gabellas Principis, dic quòd sic: vt tenet Abb in consi.lxv. & in consi.cii.& vide infra nu.cxxxiii.& melius per. Do. Ioan.Ant.de nigris de Ciuitate Campa

nie. I.V. D. in c. regni vt illorũ,col.vi. ver.an autem in rub.de port. etiam si fo rent mercatores ipsius Pricipis, qui sint exempti· & alii non exempti:neque im munes pluries moniti: vt vectigalia sol- uant legitima eo maxime: quia nõ sunt regulariter immunes illius Principis:ni si à personalibus muneribus & non à realibus.l.i. & l. cessante. C. de comer. & merca.

93 † Quæro de serenissima Augusta:an sit immunis à gabellis dic ꝙ sic : cum ful geat radiis Imperialibus inclyti viri sui Cæsaris Augusti : & gaudeat priuilegio fisci & ipsius Imperatoris Glo. est in l. Princeps.C. de legi.not. Ioã.Bertac.|de fir.in vii.par.sui lib gabell.

94 † Quid si est concessa alicui mercatori immunitas eundi ad mercatum: ita ꝙ ni hil habeat soluere ꝓ gabella suarũ mer- cium portaturum ad mercatum. An ea- dem immunitas intelligatur concessa etiam in recessu: vt non teneatur solue- re gabellam dic ꝙ non: ita consuluit A- lex de Imol.in cons.xlvi.in ii.vol.incip. redemptoris, & c. ponderatis verbis di- cti capituli.

95 † In saluo enim conducto concesso pro veniendo: intelligitur etiam pro recedẽ do.l.vtimur,& ibi Bar.& Ang. ff. de se- pul.viol.& l.i.C. de naut. fœnor.lib.xi. quod ex causa Leo Papa decimus nõ ser uauit Ioanni Paulo Baiono Perusino: sed illi fecit truncare caput: inquiens ti- bi saluum conductum feci pro redditu, & non pro recessu.

96 † Queritur de casu occurso si sit soluen da gabella de cadauere portato in naui, vel super mulo dic ꝙ non ? est soluenda aliqua pro corpore mortuo.l.ii.& l. nec corpora.ff de relig. & sumpt.fune. Et si statutũ disponeret solui debere gabel- lam pro cadauere: an locum habuerit in Cadauere in ossibus dissoluto:dic ꝙ nõ: tenet Bar.in l.i.& in l.funeris.ff. de reli gio.& sumpti.fune.

97 †Quæro de immunitate alicui concessa gabellarum & pedagii in aliquo territo rio:& territorium foret alienatum:an ta lis concessio afficiat particularem suc- cessorem : dic ꝙ sic: secundum Bal. in l. pen. C.de cond.inser.

98 † Pactum non afficit emptorem : nisi sit reale:vt puta promitto non ædificare in fundo : ne luminibus afficiatur : & tunc afficit quemcunque futurum successorẽ: secundum Bar.in l.iii.post Glo. ff. de a- lien.iud.mutan.causa fact.

99 † Pacto promisit communitas Cæsenæ cuidam mercatori posse in portum Cæ- senaticum cum duabus nauibus onera- tis mercibus ire sine gabella : & per an- nos triginta ibi non accessit mercator cum dictis nauibus: an post dictos. xxx. annos potuerit vti dicta immunitate cõ- uentionis, dic ꝙ sic : quia non perditur beneficium pacti per triginta annos: sed illud etiã est seruandũ ꝑ triginta annos: cũ immineat necessitas: nisi ante fuisset dictus mercator ꝓhibitus à dicta cõmu- munitate conducere dictas naues in por tum:& post dictam prohibitionem tran siuit tantum tempus: quo posset præscri bi:tenet Bar. in l. cum in filii.C. de de- cur.lib.x.& Floria.in l.si partem.ff. quẽ admod.seru.amitt. & in l.seruitutes. ff. de seruit.

100 † Et si statutum dixerit solui gabellam pro contractu. Quid si quis annullaue- rit instrumentum , & non fuerit soluta gabella infra tẽpus statuti an teneatur ? dic ꝙ non:cum contractus differat ab in strumento. Instrumentum enim est car ta facta per tabellionem cum solemnita tibus requisitis à lege continens contra- ctum & seu cõuentionem parcium. Ideò vnum non trahitur ad alterum: secundũ Imol.& alios scriben. in l. seruum filii. §.cum qui.ff.de leg.i.& Bar. in l. si quis legatum.ff.ad leg.Cor. de fals. & Bal. in fi. C.de fal.causa adiect.legat.

101 † Molendinarii ecclesiæ an cogi posint de iure pro molendinis ecclesiarum ad soluendum gabellas:collectas: & taleas: & alias angarias & perangarias locorũ per ipsos laicos impositas,dic ꝙ nõ:quia sunt immunia ecclesiarum bona ab hu- iusmodi exactionibus. l.i.& ii. C. de e- pisc.& cler.& l.placet, C.de sacros.eccl. & c. vnico, de vit. & honesta.clerico.& de

de immunit.eccleſ. per totum tit. c. ecclesiarum ſeruos.xii.q.ii.& c. ſimiliter, vi.q.i.c. non minus,de immunit. eccleſ. nam certū eſt quando aliquid ꝓhibetur: videtur eſſe prohibitum omne id, per quod prouenitur ad illud.c.quanto,cum ſimil. de priuileg. & ita iudicauit vt inferius dicā Guil.de Peruſ. Doct. antiquus per allegata multa: quæ habeo manu ſcripta ad huc non impreſſa.

102 † Quæro ſi pacto datiarii caueatur ꝙ omnes molendinarii molendinariorum ciuitatis teneant̄ ſoluere conductoribus molendinorum vnum aureum in anno. An molendinarii epiſcopi teneant̄ ad id ſoluendum: dic ꝙ non ſecundum dominum Riccar.Malumbra, Doctorem illuſtrem in l.i.C.de epiſ.& cler. per illam legē.l.in ſacris.C.de proxi.ſacro. ſcrin. & l.iubemus,C.de aduoc.diuerſ. iud.& l.fi.C.de princ.agen.in reb.

103 † De rebus emptis in nundinis:an ſit ſoluenda gabella:etiam ſi poſt ex interuallo extrahantur de ciuitate: vel etiam ſi traditio rerum emptarū in nundinis fiat ex interuallo: dic ꝙ non: habetur ꝑ Bal. in l.i. C. de nund. & debent eſſe ſecuræ nundinæ vt ibi etiam pro gabellis ꝓ acceſſu & receſſu. Et prędicta tantum locum habent in nundinis factis Principis auctoritate & nō in mercatis: quæ fiunt & fieri poſſunt abſque principali auctoritate,l.vnica.C.de nundi. & aucten.ne fiant pignora. Dicebat Odoff.in auct. habita.C.ne filius ꝓ patre: ꝙ ille qui ſoluit gabellam in loco capi ibi non poteſt pro repreſaliis:nec arreſtari poſſunt nundinantes ratione pedagii pro eorum perſona:vel mercibus nec ipſis venientibus ad nundinas: imponi de iure datia poſſunt,quia nundinantes liberi eſſe debent in acceſſu & receſſu.

104 † Quæro ſi in locatione pedagii veniat capanna,& domuncula:vbi eſt ſolita exigi gabella vt acceſſorium:dic quòd ſic ſecundum Bal.in l.ii.C.de verb.ſign.

105 † Quæritur ſi quis teneatur ſoluere gabellam in ciuitate vbi eſt penuria: ꝓ rebus portatis pro vſu & uictu dictæ ciuitatis vbi eſt careſtia dic non teneri: quia neceſſitas famis illum excuſat: quę magna eſt cauſa,l.i.& ꝑ Bar.ibi,C. de patr. qui fil.diſtrax. quia neceſſitas nō habet legem nec legi ſubeſt,l.i. & per Bar. ibi. ff.de oper.liber.

106 † Et propter neceſſitatem famis euntes ad molendinum per alienū territorium: vlterius ꝓcedentes in alio loco vbi eſt aquarū abundantia,& ſeu copia pro molendo non tenentur aliquid ſoluere ꝓ gabella in dicto alieno territorio pro paſſagio & reddit: quia illuc iuerunt propter neceſſitatem famis: nam fames eſt magna cauſa neceſſitatis vt in d.l.i. C. de patr. qui fil.diſtrax. & per Bar. ibi:q̄ in d.l.ꝓpter famem: quæ magna dicitur neceſſitas:eſt permiſſum patri vendere proprium filium:Accedunt p̄dictis not. per Doct.in l.ii.ff.ſi cert.petat. Et iuris diſpoſitio ſuſpenditur & canon propter neceſſitatem, ſed non penitus tollitur.l.caſus & per Barr.ibi.C.de teſtam. multa permittuntur fieri ex cauſa neceſſitatis præmentis: quæ alias non permitterentur vt aliàs dixi in defenſorio apoſtolicę ſedis: & in conſi. quod feci in fauorem matrimonii sereniſſimę Reginæ Anglorum Catherinæ,olim filiæ inclyti Catholici regis Hiſpaniarum.

107 † An ꝓ rebus portatis ꝓ domorū & ædificiorū fabricatione & refectione neceſſariis ſit ſoluēda gabella,dic ꝙ ſic,ſi ſpāliter exceptę nō reperiant̄:habet̄ ꝑ Glo.in

108 l.vniuerſi,C.de vectig.& cōmiſſ. †Cōſignauit mercator Melfetanus gabellario in duana pecias duas pāni lanæ,& vnā lini:vt faceret ſibi bullectā extractę:cōtingit ꝙ gabellarius fecit tm̄ bullectā dictarum duarū peciarū panni lanę tantū: & ommiſit ſcribere peciā lini,an incidat in cōmiſſum mercator in extrahendo bona fide dictā peciā lini,dic ꝙ nō: quia error ſcripturæ ommiſſus ꝑ gabellariū nō debet nocer̄ mercatori:q̄ bona fide aſsignauerat ī duana ipſi gabellario: dictā peciā lini vt tȝ Ale.de Imo.ī cōſ.ccxiii.ii. vol.

109 † Fraus quot modis committatur: habetur in Glo.& per Doct.ibi in c. quanto, de priuil.& in Glo.cap.plerique.xiiii.q. iii.& in l.fraus.ff.de legi.

110 † Quid si statutum disposuerit solui gabellam pro animale quolibet. An intelligatur de viuo & mortuo animale: dic de viuo tantum intelligi: & nõ de mortuo: nisi aliter dictauerit statutum & consuetudo patriæ: tenet Bar. in l. cum de lanionis, ff. de fund. instru.

111 † Pro quo facit ꝙ homo mortuus nõ dicitur homo: nec vlterius est de eo habenda consideratio, quantũ ad pœnas. Nisi semetipsum propter delictum occiderit, vel hæreticus fuisset: vel in notorio crimine lęsę maiestatis: vel famosi latronis: cuius cadauer ẽt damnatur cum memoria defuncti, l. ob delictum, ff. de re mili. & l. i. C. & ff. de his qui sibi mor. consc. c. Moises, xxii. q. ii. c. si episcopus, de hæret c. in summa. xxiiii. q. i. ff. ad leg. Iul. maiest l. capitalium, §. famosos latrones, ff de pœn. & sic pro aliis criminisius nõ suspenditur mortuus secundũ Bal. in l. i. C. ne ex delict. defun. & in l. ii. C. qui testam. fac. pos. vbi dicit stati in arbitrio iudicis.

112 † Quidam conduxit à cõmuni datium seu gabellam vt vulgò dicitur imbutaturæ del vino: & recollituræ furmenti: fabæ: ordei: & aliorũ bladorum: & leguminum: cum pacto & cap tulo, ꝙ si quis nõ cõduxerit per totum mensem Augusti; teneatur soluere gabellario conductori datii prædicti vnum soldum ꝓ sextario & barile quolibet: & inde gabellarius iuit ad scribendũ in territorio frumẽta; & vina, & alia blada & legumina: repeṙiit frumẽtum & alia quædã blada: vua, & legumina: esse ad huc in solo non messa & immatura: & non recollecta · an de his in solo ad huc existentibus: debeat habere soldum vnum pro sextario & barile quolibet, dic ꝙ non · l. non solum, cũ seque. leg. ff. de rest. in integr. quia pactum datii debet intelligi de frumento blado: vino: & leguminibꝰ illis: quæ sunt seperata à solo & disposita remanere extra ciuitatem: & non de eo quod suo tempore introduci debet in ciuitatẽ: nec põt imputari dño frumenti vini: bladi: & leminum: ꝙ non conduxit: quia non dum erant seperata à solo: vt d. l. non solũ. & l. fructus pendentes. ff. de rei vend.

113 † Quæro modo de quibus rebus sit soluenda gabella: & ꝓ quibus rebus non sit soluenda, cognito prius de his pro quibus non soluitur gabella: vt inst. de tute. in prin. cognoscetur & reliquũ cũ vnius inclusio: sit alterius exclusio.

114 † Pro rebus nãque ad exercitũ & ad classem ꝓ vsu & munitionibus delatis exercitus & clas sis: non soluitur gabella, l. licitatio, §. res. ff. de publ. & vectig. & per Bar. & Doct. ibi. Quod fauore procedit publicæ vtilitatis: etiam si in venditione & seu locatione vectigaliũ, & seu gabellarũ esset pactũ omnes teneri ad solutionem gabellarũ ꝓ omnibus rebus portaris: nõ obstãte priuilegio seu exẽptione: quia illa verba intelligunt, ꝙ non obstãte aliquo priuilegio, scilicet de priuilegio nõ clauso i corpoř iuris: auct. qua in ꝓuintia, & ꝑ Doc. ibi, C. vbi de crim. agi oport. & c placuit, & ꝑ Doc. ibi i. q. ii.

115 † Nec soluitur ꝓ nauibus & mercibus q̃ ui ventorum: aut tẽpestate impulsæ. vel piratarum incursione aut timore in aliquẽ portũ deuectæ vel reductę fuerũt. l. Cæsar, & l. interdũ, & l. fin. §. si ꝑꝑ necessitatẽ, ff. de publ. vectig. & cõmis. & ibi ꝑ Doct. & in l. i. vbi Bar. & Bal. C. de nauff. lib. xi. & in l. i. & iii. C. de naut. fęno. lib. xi. & per Bal. & Roma. in aucten. habita. C. ne fil. & ꝓ patr. & ꝑ Dy. in l. fi. §. si ꝑꝑ necessitatẽ. ff. de publ. & ꝑ Fely. in c. ii. in fi. extra de cõst. & in c. querelam, de iur iur. vbi habeť ꝙ si nauis vẽtorũ impulsu in portũ deuecta sit: non tenetur quis ꝓ ea soluere gabellã neq; ꝓ mercibus existentibus in ea: nisi aliter seruareť de consuetudine in practica ꝑꝑ statuta terrarũ. l. fi. §. si ꝓpter necessitatem, ff. de publ. & vectiga. & per Bal. Andr. de I ser. & Iacob. Aluarot. in §. nauigia. in tit. de statut. & consue. contra libert. eccle. vbi est registrata aũt. nauigia. C. de fur. neq; de bonis naufragatis naufragiorum soluitur aliqua duana seu gabella. l. i. C. de nauf. lib. xi. habetur per Affli. in constic. rapinas, col. iii. habetur ꝑ Fely. in c. significauit, extra de Iudęis: & in c. querelã, de iur. iur. Et pariter

non tenebitur quis soluere gabellã: si timore militum seu hostiũ fugerit in territorio vicino: & poterit res suas extrahere & reportare non soluta gabella. Et illi quoque: qui propter necessitatẽ vadunt ad molendum in vicino territorio tempore ęstiuo ob penuriam aquæ: redibunt absque solutione gabellæ: ita tenet Bar. in l. i. C. de nauff. lib. xi.

116 † Neq; nauta punitur: qui propter impetum maris non seruat locum itineris. tenet Bal. in l. ii C. de naut. fenor. quæ adeo vera sunt: ꝙ etiã si foret pactum cum publicanis & cõmunitate: ꝙ omnes teneantur soluere non obstantę aliquo priuilegio: ꝙ omnino non tenerentur: quia priuilegium intelligitur: præterq̃ de priuilegio clauso in corpore iuris: secundum Bal. in d. aucten. qua in prouintia. C. vbi de crim. agi. opor. & per Paul. de Castr. in l. i. ff. de leg. & sic ille, qui est immunis de iure communi non debet soluere gabellam aliquo pacto non obstante, ꝙ officere non potest priuilegio clauso in corpore iuris: habetur per Bal. in aũt. qua in prouintia. C. vbi de cri. agi. opo. & ꝑ Paul. de Cast. in d. l. i. ff. de legi. & Bar. in l. i. ff. de iud. & ꝑ Ang. de Periglis in l. licitatio, ff. de pu. & vect. & cõm.

117 † Estq; notandum licere Principi, concedere ex causa priuilegium non soluendi gabellas: & ob benemerita concedere exemptiones: & immunitates: & iurisdictiones tacitè & expresse: secundũ Bal. in c. i. de cõtro. inuest. & in c. i. de capit. qui cur. uendi. & Bar. & Ange. in l. ii. C. de bon. vacan. lib. x. & inde reuocare nõ posset: cum transeat in vim pacti & conuentionis, l. quod semel, & ibi Bar. ff. de decre. ab ordi. fa. & in l. hi qua. ff. de iur. immun.

118 † Quæro de Principe: qui sua liberalitate concessit alicui priuilegium immunitatis: an intelligatur concessisse in præiudicium suum dic ꝙ non: Immò dicto priuilegio non obstante poterit Princeps: si ipse indiguerit imponere collectam dictis huiusmodi priuilegiatis: qui ad solutionem tenebuntur. c. subiectum, de decim. & per Fely. in c. nouit, de iudic. & in c. i. de probat.

119 † Quidam priuilegiatus & immunis à collectis: fuit condemnatus ad soluendum collectas & non appellauit, an audiendus sit in executione sententiæ: si produxerit priuilegium immunitatis dic non audiri, l. si qui, & l. ciues, C. de appel.

120 † Ad prædicta facit si vniuersitas virtute compromissi habuerit in fauorem laudum contra forensem condemnatum ad soluendum onera ciuitatis: & per multum tempus steterit ꝙ non soluerit: & inde soluerit onera dictæ communitati victrici: & uolens posteà forensis reclamare à laudo non poterit, l. i, in fin. C. de iur. & fac. ignor. & l. ad solutionem, C. de re iud

121 † Nam faciens custodiam coactus volẽs se excusare aut defendere non auditur, l. voluntariè, C. de excus. tut.

122 † Licitum est Principi accipere naues & currus subditorum suorum pro portandis rebus necessariis ad classem & ad exercitum: probat tex. in tit. quę sint regal. in §. & plaustrorum & nauium, & ibi And. de Iser. Bal. & Aluar

123 † Et an teneatur fiscus soluere mercedẽ dominis nauium ibidem habetur. Et si Princeps vni mandauerit sub certa pœna: vt cum tali naui portet mille sacchos salis: an excusetur à pœna si cum illa naui id facere non potuerit: sed cum alia dic quòd non excusabitur. l. ii C. de nauicular. quoniam est parendum prin. l. i. C. vt dig. ord. ser.

124 † Nam Principum præceptis est regulariter parendũ reuerenter ꝑ subditos suos repente: quibus nõ est licitũ si pœnã sacrilegii fugere intendunt: dicere erga Principem suum cur ita facis.

125 † Est quoque notandum quòd instructa fundi istructi: vt sunt boues aratorii, aratra, & vomeres ad arandum: & ascriptitii adeò sunt hæc priuilegiata: ꝙ pro executione instrumenti, vel sententiæ non possunt capi pro debito. l. executores, & l. pignorum, iuncta ibi aucten. agricultores, C. quæ res pig. oblig. pos.

126 † Nec pro pensione veniunt in apotecã,

l.si non inducta,ff.quib.mo.pig. vel hypot.solu.& ratio est optima:quę melior assignari non posset:ne veniat sterilitas, l.i.§.de ope.ſt.de aqu.plur.arc. dicebant Cyn.& Imol.in d.l.executores: ꝙ non possunt etiam sponte pignorari.Et an in subsidium posſint nihil aliud habente agricola pignorari,& capi tenet ibi Cyn. ꝙ sic & in l.spem C.quę res pign oblig. poss.nisi extaret prouisio: ꝙ boues alienari non posſint nisi cũ pedagio: ꝙ verũ est,tamen addas tu prædictis:ꝙ etiã stante dicta prouisione,& pacto alienari non possunt ꝑ debito boues aratorii quia deputati sunt ꝑ publica vtilitate:q̃ præfert̃ priuatę:vt alias dixi iuribus vulgaribus.

127 † Regulariter non soluitur gabella ꝑ rebus necessariis ꝑ usu,& victu quotidiano:& pro exercitu, & classe portatis: vt de armis,& aliis rebus pro victu, & bello necessariis,l. vniuersi. & per Glos. & Doct.ibi. C.de vectig.& commiss.& l.cætera,§. si quis ad opus, ff. de leg.i.& l.si publicanus, §. de rebus, & per Glos. & & Bar.ibi,ff.de publi.

128 † Tenet Bald. in l.iii. C.de naut. fœnor. lib.xi.stari iuraméto portantiũ res:quas ferunt ex causa sui proprii vsus:nisi qualitas rerum,& personarũ aliud suaderet: aut in promptu foret probatio contraria secundum Glo.& Doct in clem. fin. de cens.& sic habenda est verisimilium consideratio: quem sequitur Io. de Firmo. in lib. suo vectig. & dicit locum habere pro victu,& ꝑ gustu.vel monstra portatis secundum Bal in l.i.C.vbi res expor. poss.& dicit Glo.in clem. vlt.de cens. ꝙ quando ꝑ vsu portant̃ res, vt fraudetur datiũ est quandoque deferendũ iuramétum portitoribus,si illas portant ꝑ vsu. tenet Arch.in c.quanq̃,de cens.lib.vi.& Io.And.in c.sup de ver.sign. Glo. clem. fin.de cens. intelligi quando quis emit & portat ꝑ vsu quotidiano, & nõ ꝑ vsu humano necessario védat: & nõ vt prose laborari faciat:& sic ꝑ rebus non soluit̃ gabella licitè portatis ꝑ proprio usu, & necesſitate sua, & familiæ suæ:vt ꝑ esu, & potu, & pro vestibus, & aliis rebus similibus ad proprium vsum.

129 † De anulis quoque qui portantur in digitis non est soluenda gabella quantumcunque ꝑtiosis:tenet Bal.in l. si laborante,§.sed si volũtate,ff.ad leg.rod.de iact. neque pro omnibus rebus vt dixi:quæ ꝑ dies portantur ad usum quotidianũ, & pro vsu humano necessario est soluenda gabella, neque pro cultura agrorum, vt de fundo instructo, pro rastris,bobus,& similibus aratoriis: vt aliàs dixi, neque ꝑ semibus extractis ꝑ serendo semine, neque de eo:quod ad fiscum portatur,neque de ruralibus instrumentis, l.i. & l. vniuersi.C.de vectig.& cõmiss.& Doct. ibi pro publica vtilitate non soluitur gabella. Et sic dabitur iuramentum portantibus dictas res si sunt, & portentur pro vsu suo:secundum Glo.in clem. fin. de cens.

130 † Est ansiè,& cum omni studio,& diligẽtia curandum:ne ferrum, arma, aromata,animalia, & alia bona per Agyptum portẽtur ad infideles hostes.l. vsurpationem,C de vectig.& cõmiss.& per Spe.in lib.suo vectigal. & Firm. in suo gabell. lib.in prima par.bonus est tex. in l. vnica,C.de itiner.custo.lib.xii.

131 † Si stat prouisio ꝙ nauis perdatur:qua ferrũ portetur ad hostes infideles. Quid si aliquis illud posuerit in nauim ignorante domino nauis: an dominus nauis perdat nauim stante dicta prohibitione: quidam tenent quòd sic: contrarium tenuit Iaco.Ruffinus in l.conuenticulam, C.de epis. & cler. & in l. cotem ferro, ff. de publ.& vectig.& ipso iure sunt innodati excõmunicatione Papali illi qui ferunt arma, ferrũ, & aromata ad hostes, & ab omnibus licitè capi possunt:& quæ portantur ipso iure sunt confiscata absque alia declaratione.

132 † Quero de publicanis si peccãt mortaliter exigédo gabellas illicitas,dic quòd sic:& plus incidunt in excommunicationem:& tenentur ad restitutionem:tenet Abb.in c.innouamus, extra de cens.idẽ tenent Bar.& Doct.in l.vectigalia, ff. de publ.& vectig. & Bal.& Saly. in l. cum proponas,C.de naut.fœno.& Bal.in l.i. C.de cadu.tollen.

Et

133 † Et licitum esse fraudare gabellas illicitas, & iniustas: cum fraudantes huiusmodi gabellarum illicitarum, & iniustarũ non teneantur Deo, nec mundo. Et ꝙ est reprobata gabellarum exactio facta ꝑ cõmunitates sine principis consensu, & illud quod extorquetur ex illis, illicitũ est, & indebitum de iure restituendum: habetur per Abba. in proœ. Gregor. de const. & per Glo. Ang. & Alex. de Imo. in l. vectigalia. C. de pub. & vectig. Bald. & Ange. in l. ii. C. de iur. anull. aure. & Alex. in l. si publicanus. ff. de publ. & vectig. & Bald. & Salyc. in l. iii. C. de naut. fœnor. & Bal. in l. veluti. ff. de iust. & iur. & in l. i. C de cad. tollen. & Firm. in vlt. par. sui lib. gabell. & vide d. Ioan. Anto. de Nigris de ciuitate Campaniæ in c. regni vt illorum col. vi. in rub. de portul. & supra num. xcii.

134 † Limitat Abb. post Inno. in c. olim, il. i. de rest. spol. nisi vertatur scandalum in fraudem gabellarum, nam tunc nõ iustè fraudatur gabella, cum nihil sit facieudum cum scandalo cap. nihil. de præscri. & cap. ii. de nou. oper. nunc. & cap. cum teneantur de præben.

135 † Quæro si vna communitas teneatur alteri ad solutionem gabellarum pro suis mercibus, dic ꝙ sic, excepta Roma, secundum communiter scribentes in l. licitatio. §. fiscus. ff. de publ. & vectigal. & in uectigalia C. vt nou. vectigal. & in l. i. §. meum. ff. de quæst.

136 † Publicani duo conduxerunt, seu emerunt gabellas, & vnus posuit factorem quendam suorum negociorum gestoré, qui malè se gessit in negotiis: An alter pro eo tenebitur, qui illum non posuit: dic non teneri, & tenebitur ille solus: q. posuit illum, & pro eo ipse solus reddet ratioñe l. si ex duobus. ff. deneg. gest. & l. fin. ff. de solut. & l. i. & ii. ff. de institor. act. & l. non solũ. ff. de administ tut.

137 † Publicani quidam pro contra banno acceperunt certas capsas merciũ sigillatas, & verè non erat mercator in aliqua pœna, neq; contra banno: quia habebat licentiã à publicanis illas ferendi, & soluerat gabellam, vel cõpositus erat cum gabellariis anteq̃ mitteret suas merces: & reperitur in restitutione capsarũ, quæ erant sigillatæ, ꝙ erant apertæ, & sine sigillo, præsumptio erit cõtra publicanos, & eorum familiam, & contra ipsos iurabitur in litem per mercatorem, & in duplum ciuiliter tenebuntur ad restitutioné. l. i. ff. naut. caup. stabul. & Iudex præmisso iuramento mercatoris stabit arg. l. de actione in litem iurando. ff. de fur. & l. in actionibus. §. fin. ff. de pollicit. prædicta procedunt de æquitate procedendo ciuiliter, sed poterint etiam criminaliter puniri de furto publicani, si dolus interuenerit in tali casu, & bonus iudex arbitrabitur, si illos ciuiliter, vel criminaliter habeat punire. & c. l. etiam. C. pe fur. Quod erit in arbitrio suo.

138 † Quæro de illo, qui occupauit rem habitam pro derelicto. An teneatur pro illa re occupata soluere gabellam, stante statuto ꝙ soluatur gabella pro qualibet re alienata, vel donata, dic teneri secundum Bar. Ang. & Io. de Imol. in l. quod seruus, ff. de stipul. seru. & in l. i. ff. si ex noxal. causa aga. quia ille videtur donare: qui rem habet pro derelicto.

139 † Quero si plures socii possint à fisco conducere gabellas: & vnum corpus facere insimul de per se in tali societate: dic quòd sic secundum Glos. in l. i. ff. quod cuius. vni. nom. & in l. adeo. ff. pro socio.

140 † Et an societas uectigalium diuidi possit inter socios, ita quod fico non teneantur insolidum dicit Imol. in l. licitatio. §. socii, de publi. & ibi Glo. & in l. nulla. ff. pro socio, ꝙ quando sunt plures socii, si de consensu fisci diuiserunt administrationem, periculum, & lucrum cuiuslibet est proprium in patte sua: ꝙ secus est si absque consensu fisci diuiserint vectigalia, quia vnus pro alio tenebitur fisco. Et si diuiserunt animo diuidendi societatem non tenebitur vnus ꝓ alio cõmunicare lucrum alteri socio: nisi diuiserint gratia commodioris administrationis. l. Caius. ff. de leg. ii.

141 † Socii plures conduxerunt gabellam vini vbi est statutum, ꝙ nullus possit ven

dere vinum ad minutim sub pœna decẽ solidorũ:& contingit ꝙ vnus ex sociis gabellæ vendidit vinum ad minutim: an tenebitur consociis suis soluere pœnã statuti, dic ꝙ sic, si id fecit sine licentia consociorum in gabella.l qui hæredi.§.Paulus.ff.de cond.& demostr.

142 † Quęro de socio, vel publicano: qui occultauit rem vt vectigal nõ soluatur, vel vt alii nihil habeant pro dicta re. an debeat aliis nocere: dic quòd nõ l.fraudanti,& per Imo.ibi.ff.de publ.& vectig.

143 † Filiusfamiliàs publicanus conduxit gabellas,& fecit negotiationem merciũ, & fuit lucratus multum in dictis gabellis, & in negociatione mercantili.an id dicatur aduenticiũ,& debeatur vsufructus patri: dic quòd sic: secundũ Bar. & Bal.in l. cũ oportet. C.de bon.liber.& Bal.in add. ad Specu.in tit. de acto.& in l. fori.ff. de aduoc.diuers.iud.

144 † Et an obligetur filiusfamiliàs ad vectigalia: dic quòd sic.l.non minor.ff. ad municip.l.in fraudem §.fi.ff.de iur.fis &.C. si aduers.fis.per tot.

145 † Et an pater teneatur pro filio in obligatione vectigalium si filius deliquerit, vel fisco debuerit: dic quòd non habetur per Spec.in tit.de execut.senten.§.sequitur: vers.quid si filius.

146 † Quæro de casu si locatis gabellis augeatur comitatus,& seu introitus:& per consequens augeatur introitus earum, an sit augendum pretium gabellarũ : dic quòd sic.l.Itẽ si fundi.ff.de vsufr.cũ autẽ augeatur introitus clericorum : augetur & numerus eorum: vt in tit.vt determi. sit cleri.nume.

147 † Quæro de naui an sit adeò priuilegiata quòd non possit capi pro gabella, & debito, tenet Bar.quòd sic in l.i.C.de nauicul.lib.xi.vbi dicit quòd nauicularii, & naueclerii non tenentur soluere gabellas pro mercibus, nec retineri de iure possunt pro gabella, & passagio, neque pro repræsaliis, firmat Bart.in l.vnica.C.de nund.

148 † Quæro si de rebus emptis in nundinis sit soluenda gabella, etiam si post ex interuallo extrahantur de ciuitate: dic nõ teneri etiam si traditio rerum emptarũ nũdinis fiat post ex interuallo: tenet Bal. in l.vnica C.de nund.& tutæ esse debent nundinę etiam pro gabellis in accessu,& recessu de nundinis principis auctoritate factis intelligo:& nõ de mercatis, quæ fiunt,& fieri possunt absque auctoritate Principis: & dicebat Odoffr.in auct.habita.C.ne fil.pro patr. quòd illi qui soluunt gabellas in loco capi non possunt pro reprę saliis.

149 † Et dicit Bal.in d.l.vnica, quòd venientibus ad nundinas, nulla potest imponi gabella, neque pedagium: quia nundinantes debent esse liberi, in accessu,& recessu, nec aliquid ab ipsis capi potest pro represaliis vt superius dixi in pluribus quęstionibus.ciii.

150 † Quæro si gabellarii teneantur ad onera personalia:& vectigalia dicuntur onera personalia, quæ imponuntur personis pro rebus.l.i.& per Bart.ibi.ff. de publ. & vectig.dic principales gabellarios nõ teneri ad onera personalia ciuitatum, reliqui teneantur.l.i.& per Bart. ibi quib. muner.excus.hi lib.x.

151 † Quæro si in locatione pedagii, & gabellæ ueniat capana, & seu domuncula vbi solitum est exigi gabellas: vt accessorium : dic quòd sic vt supradixi nu.104, secundum Bal in l.ii. C.de verb.sign.

152 † Quasi possessio exigendi gabellas retinetur animo, & dicitur habere causam continuam, vt dicebat Bart.in l.iusto.§. non mutat.ff.de vsucap.

153 † Occurrit casus, stat prouisio principis quòd quilibet transiens flumen cum naui onerata plus modio salis teneatur soluere unum grossum, contingit nauem magnam ibi per transire onustam sale,& non valens nauta pertrãsire propter pondus, ob aquarum penuriam, vt aliàs dixi: exonerauit sal in pluribus nauibus,& in qualibet naui posuit vltra modium salis an soluere teneatur dictum grossum pro qualibet naui, vel vnum grossum tantũ pro oĩbus si exonerauit, ex necessitate nõ tenetur nisi pro vno solo, grosso, si ex voluntate tenetur pro omnibus.l fi.§.i.ff. ad leg.Rod.de iact.

154 † Gabellarii impediti qualiter agant, & procedatur contra ipsos contumaces, & an cogi possint ad testificandũ not. Spec. in tit. de causa poss.& proprie.in §.iiii. & in tit.de prim. & secun. decre.§.iii.& in tit de teste,§.testium.

155 † Modo quæro quis dicatur fraudare gabellam:dic illum, qui transit cum mercibus vetitis per viam non rectam, sed deuiam,& insitatam.l.quæ fiscales & per Bar.ibi.C.de nauicul.lib.xi.& per Bald. & Saly in l.iii.C.de naut. fœnor. quod est verum in portante res vetitas,& prohibitas extrahi:& in reperto in loco phibito,& suspecto Bald.in l.cum antea.C. de dona.ant.nupt.& in l. idem quoties. ff.de cond. obturp.caus.& in l.iii. C.de ædil.edict & per Arch.in c.quæ venatoribus lxxxvi.distin.& in c.non est putanda.i.q.i.& per Innoc.in c.quia plerique de immu.eccle.

156 † Vbi ponit de lucris illicitis,& de extorsionibus gabellariorum, & an de his possit fieri eleemosina:dic secundum Abba. quod non in c.innouamus de censi.

157 † Quæro de lenone. An teneatur soluere gabellam quæstus meretricii : stante statuto quòd pro quolibet lucro soluat gabella:tenet Ang.de Vbal.de Perus fra ter Bal.quòd non in aucten. de leno.licet. C. Calligula seruauerit contrarium in vrbe:Suetonio teste cũ Valer.Max.

158 † Quæro de mulionibus si possunt transire per viam inusitatam cum mercibus: dic quòd non aliàs si fuerint derobati tenebuntur ipsi ad emendam mercatoribus:quod fallit si via vsitata fuisset vasta, & rupta,vel ab aquis inundata, vel occupata ab hostibus, seu latronibus. Et ita intelligendum est quando aliquis repertus est in territorio,via, & loco inusitatis sine causa iusta:not.Saly in l.iii. cum Bal. C.de naut.fœno.& Firm.in vlt.par. sui libri vectigalium col.xii.

159 † Vbi ponit quando repertus est,& deprehensus in loco suspecto, & inusitato: & quando sponte,& quando coacte,puni re potest,& per Io.And.in add.ad Spec. de const.in §.i.versi.sed incidit & ꝑ Bal. & Saly.in l. cum proponas. C. de naut. fœnor.& l.ii.§. si quis cũ ibi angustie. ff. si quis caut. & l. Cæsar.ff.de publ.

160 † Dicebat Bal.in l.cũ proponas,de naut. fœnor.quòd si qs hoc faciebat causa sui iuris seruandi, vel quia vectigal erat illicitum:& tunc non est peccatum id fraudare,vel quia ultra debitum nimis grauabantur à publicanis de facto, & tale damnum refici debet per publicanos: ita prędantes dominis suis vectigalium.l i. §.fi.de lib.leg.

161 † Quæ nam sit pœna fraudantis gabellas inductas de iure communi contra illos, qui fraudant gabellas, dic quòd est rerum ammissio,quæ portantur de quibus non est facta professio, neq; solutio. l.i.& per Doct.ibi.C.de vectig.& cõmis. & l.commissa.ff.de publ.

162 † Est quoque considerandum circa statutum permittens ferri blada per uias rectas,quòd intelligendum est si via sit tuta,& ita esse debet,aliàs liceret transeuntibus ire aliò,& etiam per uiam inusitatam vt supra dixi.habetur per Alber.de rosa.in.i.par.statu.in q.lv.

163 † Et sunt bene ponderanda verba statutorum,& etiam illorum : qui extrahunt merces in via recta,vel non recta,an ipsi valeant conuinci testibus, vel coniecturis,seu indiciis,habetur per Bar.in l.i.C. de itin.cust.lib.xii.vbi dat cautelam circa extractiones huiusmodi pro officialibus,& pro extrahentibus,& gabellariis: et tenebuntur si statutum dixerit nõ posse iri per vias fractas,& non tutas,nisi ꝑ vias rectas, & tutas.l. non solum.ff. de excus.tut.dicebat Cyn.in l.cum proponas. C.de naut.fœno.quòd si res quæ illegitimè vehuntur,vel exportantur deprehenduntur in via antequàm perueniatur ad locum quem exire non licebat:nunquid veniant confiscandæ, & tenet quòd non,quia redire poterat retro, & pœnitere.l.qui falsam, & per Bal.ibi. ff.de fals.

164 † Et Bar.aliter tenet videlicet si nondũ sit consumatum:sufficere esse repertum in via non recta,& inusitata:licet nondũ exiuerit territorium & quod non valet pœnitere:habetur in l.quæ fiscales, & ꝑ

Bar-Bal. & Alber. de Rosa ibi. C. de nauicul. lib. xi. qđ est verum si statutum in tempore presenti videlicet de extrahente loquatur: aut per verbum preteriti imperfecti. l. i. §. hæc verba ff. quod quisque iur. & in Glo. l. arboribus, de vsufr. videlicet si extraherit: quo casu requiritur perfectio, & consumatio actus, & tūc procederet opi. domini Cyn. & sequaciū Iacob. Butri. & Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cler. & in l. iii. & per Bar. & Saly. ibi. C. de naut. fœno. & in l. si fugitiuus. C de ser. fug. & tunc est mitius puniendus legis benignitate, & non in tota pœna: sed arbitrio iudicis, scilicet in dimidia: quo quis puniretur ex forma statuti si actus fuisset consumatus. l. interpretatione. ff. de pęn. l. i. circa fin. ff. de crimi. stellion. & per Spec. in tit. de cōst. & Bal. in locis præallegatis, & per Sal. in l. i. C. de rapt. virg. l. sancimus. C. de pęn.

165 † Et tenentur domini colligentes pedagia, & exigentes gabellas custodire territoria sua, & reficere damna derobatis in eorum territorio, & districtu: tenet Bald. in c. i. §. conuenticulas, de pac. iura. firm. dixi etiam superius num. xx.

166 † Reperti autem in via recta, & in loco non suspecto stabitur iuramēto. l. i. C. de litto. & itin. custo. lib. xii. & ibi Bart. & per Bald. in l. si quis non dicā rapere. C. de episc. & cle. dicebat Bar. in l. pręsidiū. C. de curs. publ. lib. xii. ꝙ quilibet semp debet sequi viam publicam, & rectā: qua communiter omnes vtuntur: adeò ꝙ si extra viam reperiatur mala suspitio generatur cōtra eum, & si ibi derobaretur, non tenerētur domini locorum ad emendam. Quod dixit esse notandum contra portantes aliquid contra deuetum, seu vetitum per deuia, & in l. quæ fiscales. C. de nauicul. lib. xi.

167 † Dixit ꝙ si quis repertus fuerit cum farina frumenti, vel aliis rebus, & mercibus vetitis portari extra territorium in alia via non recta, & non consueta est suspectus, quod uelit exportare contra deuetum, & distingue vt supra in pręcedenti articulo. De statuto loquente in præsenti tempore, vel in pręterito imperfecto, aut in tempore futuro, & per verbū præteriti perfecti, secundum Bal. & Sal. in l. cum proponas. C. de naut. fœno.

167 † Quæritur de Doctore, & de scholare, an teneantur soluere gabellam librorū, dic quòd non, quia sunt deputati ad eorum vsum l. fin. §. diuus & l. si publicanus. § de reb. ff. de pub. & per Bar. ibi & in l. vniuersi. C. de vettiga. & cōmiss. & ꝑ Doct. in auct. habita. C. ne fil. pro patr.

169 † Et si statutum dixerit scholarem non teneri ad gabellam: an ille tenebitur qui desit esse scholaris: dic ꝙ sic secundū Bal. in l. naturaliter. §. Apium. ff. de acquir. rer. dom. & in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœn. vbi distinguit: & in consi. suo incip. scholaris quidam: Inst. de rer. diuis in. §. pauonum, scilicet quando recessit scholaris à studio, & cœpit aduocare, vel mercari, vel esse iudex: & tunc tenebitur stante forma dicti statuti: quia reuertens non gauderet priuilegio scholariū: quod amisit recedens à studio. l. legatis §. si ex officio. ff. de leg. iii. vel si quinquēnio abfuit à studio, & tenebitur, licet de tempore absentię stet in arbitrio Iudicis. l. iii. C. de domest. & prote. lib. ii.

170 † Et an, & quando dicatur scholaris contrahere domicilium in loco studii: habeť per Bar. & Glo. in l. Lex Cornelia. ff. de iniur. & reuertens ad studium à quo recessit non tenetur iterato soluere matriculam, nisi fuisset bannitus scholaris, uel doctor, & inde restitutus quia tenebitur restitutus iterum matriculari: nec recuperabit per simplicem restitutionem banni finito tempore pristina priuilegia, nec primum locum in collegio nisi priuilegium, & seu gratia restitutionis ipsum nominatim restitueret ad prina iura, omnia, & quęcunque priuilegia, cum verbis prægnantibus Principis restituētis alias pro nouicio habetur. l. i. C. de his qui in exil. dati sunt lib. x. & l. qui ad tempus. ff. de decur. & si recesserit à studio tempore vacationum censetur permansisse assiduo in studio dicto tempore.

171 † Et nouitii dicuntur: qui infra annum sunt, & non profiterunt, vt de religiosis, & statutum eximens nouitios à gabella

intelligitur

intelligitur de scholaribus, qui sunt in primo anno studii sui l. interdũ. §. quot. & per Bar. ibi. ff. de publ. & vectig. & ca. gradibus, xxxv. q. viii. & l. cum vetus. ff. de vin. trit. oleoq; lega. & per Fir. in tra. suo vectig. col. viii. vers. trigesimo. succes siuè quæro, dicit statutũ ꝙ scholaris &c. vbi tractat de priuil. noui c. &c.

172 † Quæro si teneatur ille, qui non habet soluere gabellam portare res gabellario in duana, vel alio deputato loco gabellarum: dic ꝙ sic l. fin. & per Doct. ibi ff. de publ & per Reuer. d. Card. Zabba. in clemen. vlt. de cens. Et distingue ſm Bar. in d. l. fin. ff. de pub. in §. quoties, videlicet quando liquet gabellario, & quando nõ, & quando est res ex qua non debet solui gabella ex forma statuti: qa tunc nõ est petenda bullecta, nec res incidit in commissum, nisi aliter seruaretur de cõsuetudine: vt in duana Neapolis, vbi oẽs res præsentantur etiã immunes à solutione gabellarũ, & pro ipsis rebus immunibus fit bullecta gratis earum dominis.

173 † Occurrit ꝙ publicani quandoq; ansietate lucri opponunt contra immunitatẽ exemptorum, & etiam clericorum: quorum priuilegium est notoriũ, & clausum in corpore iuris, negando illos etiam clericos, seu scholares, & esse tales, vel ꝙ res nõ sint suæ, vel sint mercãtiles, & cadũt publicani in pœnas legales: Ad hoc faciunt not. per Gl. & Card. Zabba. in cle. fin. de cẽs. & Firm. in vii. par. sui lib. vect. & per Doc. in c. q̃q̃, de cens. vbi habetur clericis esse interdictã negociationẽ cum distrahat mentẽ à diuinis: quibus habẽt incũbere clerici, vt inferius dicã in casibus in quibus sunt immunes clerici à gabellis. Nec habent prædicti clerici, & scholares immunes, & priuilegiati alios excusare sub ꝑtextu sui priuilegii, & exẽptionis, aliàs res tales publicabuntur detecta fraude, & perdent priuilegium suum, argu. l. illud. C. de anno. & trib. & de nauicul. non excusan. & per Barto. ibi. C. lib. x. & C. de sacrosan. eccl. l. qui sub pretextu.

174 † Quid si scholaris pro uictu suo emeret frumentũ, & vinum pro toto anno, & mutato proposito id vẽdiderit, an teneatur soluere gabellam stante statuto ꝙ soluatur gabella pro rebus vendendis, per venditorem, vel pœnam imponẽte emẽti frumentum, & vinum, pro reuendendo, dic non teneri scholarem prędictũ ad aliquã solutionem gabellæ, nisi habuisset à principio voluntatẽ reuendendi: ſm Bart. & Doct. in l. cętera §. siquis parauerit, ff. de leg. i. & per tex. & Bal. in l. i. §. idem officius. ff. de exercit. actio. & l. i. §. illud. ff. de aqu. quoti. & æstiu. & l. Cæsar ff. de publ. & l. Senatus. ff. de cõtrahen. empt. & per Alber. de Rosa. in i. par. sui lib. statu. & ꝙ dabitur iurm scholari, si à principio quando emit frumentum & uinum, si habuit voluntatẽ consumendi pro suo vsu, vel uendendi causa lucri, vel ne &c.

175 † Quid si fuerit soluta gabella de boue vel equo vendito, si aĩal prædictũ venditum redhibeatur. An restitui debeat illi, qui soluit: dic quòd sic, per uẽditorem vt aliàs dixi secundum Ange. in l. debet, in fin. ff. de ædil. edict. et Bald. in l. ii. C. de ædil actio.

176 † Et licet stet statutũ in ciuitate ꝙ ꝓ quolibet equo forense transeunte per ciuitatẽ, teneatur quis soluere gabellã: non tñ tenebitur quis soluere pro equo, quem equitat pro vso suo, vt cõsuluit Petr. de Anch. in cõsi. cclxv. incip. ꝓmittendũ est. Et licet stet ꝓhibitio pœnalis et corporis afflictiua ꝙ nullus portet bladũ extra ciuitatẽ, ꝙ ille, qui ꝓ suo vsu portauerit non tenebitur ad talẽ pœnã, & ꝙ nõ incidet in eã, tenet Io. de Imo. in l. cætera, §. fin. ff. de leg. i. et Bald. in l. cũ proponas, C. de naut. fœno. et Hipol. de Mars. in singu. suo lxxxvi. vbi plura allegat et per Bar. in l. sed et ipsi ff naut. caup. stab. et Bal. et Saly. in l. iii. C. de naut. fœnor.

177 † Quæro de passagiis et pedagiis, an ita soluanẽ in mari, sicut ĩ terra, dic ꝙ sic ſm Bal. et Sal. C. de naut. fœno. nõ possunt tamen imponi gabellæ et passagia in mari de iure, nisi per dominos illius maris, secundũ Innoc. in c. innouamus de cens. et per antiquam consuetudinẽ, cuius inicii memoria hominum non extat in contrariũ l. domini prædiorũ. C. de agri. et cẽs.

lib.xi. & talis consuetudo secundum omnes ritè scribentes pro titulo & priuilegio habetur, vt aliàs dixi in primo libro præsentis operis: & ita intelligitur lex publicanus. C. de publ. & l. sanè. ff. de iniur. & per Bar. & Bal. habetur in l. cum proponas. C. de naut. fœnor. Propterea inclytum Dominium dñorum Venetorum, cũ sint domini Gulphi maris Adriatici ex priuilegio & titulo suo Apostolico & Imperiali: & etiã dictæ lõgeuæ consuetudinis tanti tpis: cuius inicii memoria hoium non extat incontrarium, rectè in Adriatico imponunt gabellas seu vectigalia, passagia, & pedagia: quæ à vehendo & à passu, & à pedè respectiuè dicta sunt. c. super quibusdam, cũ Glo. ibi & c. q̃q̃, & c. innouamus, de cẽs. & vectig. dicitur id quod soluunt pro passagio, & pedagio ꝑ transeũtes cũ nauibus ꝓ mercibus suis, vel pedester aut equester. Et guidagiũ dicitur id quod soluitur alicui pro guida, vt vulgò dicitur, vt tutò ducat aliquem in via in terra, & aqua, & per loca etiam aliena. c. quanq̃, de cens. in vi & c. super quibusdam, de verb. sign.

178 † Quæro si dominus teneatur pro famulo soluere pedagium: dic ꝙ sic: ſm Bald. & Saly. in l. vsurpationem. C. de public. vectig. & cõmiss. per leg. siquis. C. de dona. inter vir. & vxor. Nisi dñs esset immunis à pedagio cum sua familia: pro collectis bonorum famuli non tenebitur dñs not Bar. in l. si penes. C. de agr. & cẽs.

179 † Quæro si ius pedagii locari posſit dic ꝙ sic. l. fin. & l. vectigalia, & per Bart. & Doct. ibi C. de vectig. & commiss. & in l. locatore. ff. locati.

180 † Et si quis fuerit spoliatus iure pedagii An restitui posſit: dic quòd sic. Intentando vtile interdictum vnde vi per vtilem actionẽ eius loco surrogatam vel vtilem constitutionem. l. si quis in tantam. C. vnde vi & ff. de vi & vi arm. l. i. §. si filius & per Firm. in iiii. par. sui tracta. gabell. Istud est ius quod directo iure non posſidetur, sed quasi posſidetur. l. seruus. §. incorporales. ff. de acquir. poss. Vnde locum habet vtile interdictum quasi vti posſidetis quod etiam datur interdictũ hoc quasi vti posſidetis cum officio iudicis, iuribus vulgatis. l. quoties. ff. de seruitu. & l. sicuti. ff. si seruitu. vend pignorari autem non potest ius imponẽdi collectas nec in tenutam capi licet posſit commodari. l. etiam & per Bal. ibi. C. de execut. rei iud.

181 † Quæro si mulier posſit denũtiare fraudatorem gabellæ, & an denuntiatus conuinci posſit testimonio illius mulieris: dic ꝙ sic: prout consuluit d. Bar. de Salyc. in consi. incip in nomine domini: casus talis ponitur &c. Cauetur in pactis datii, & in l. ea quidem. C. de accus. Contrariũ tenet in consi. incip. in nomine domini amen. An mulier admittat̃ ad denuntiandum concordat opiniones Io. de Firmo in tract. suo gabell. distinguendo aut iudex processerit ex officio: & non ad denunciam mulieris, vel testis. Primo casu credi dicto mulieris. Secundo non credi, & per Bar. in l. diuus. ff. de publ. & ita intelligi opiniones Bal. & Saly. &c.

182 † Quæro de casu, quem pluries habui in facto: si quis portauerit res licitas cum illicitis. An oẽs incidant in cõmissum: dic ꝙ non, sed illicitæ tantũ incident. l. si publicanus. §. de rebus & l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publ. & ibi Bart. & in l. si censoria. ff. de verb. sign. arg. l. sancimus. C. de pœn. & l. rescriptũ. ff. quib. vt indig. & per Bar. Bal. & Saly. C. de naut. fœno. & per Doct. in l. cotem ferro, de publ. & per Cyn. in l. cum proponas, C. de naut. fœno. & per Bart. in tracta. suo vectig. in vlt. par. in iii. col. ibi octauo quero &c. quẽ videas omnino, cùm pulchrè distinguendo examinat hanc quæstionem: & per Alber de Gand. in lib. suo malef. in tit. de reb. vect. nisi extaret statutum, vel consuetudo loci: ꝙ licita cum illicitis publicarentur: quia ista pœna non tam imponitur pro persona, q̃ pro re. l. fin. ff. de calum. habetur per Bar. latè de prædicta materia quando licita cum illicitis publicantur, & confiscentur in d. l. publicanus, & in d. l. cotem ferro. ff. de publ. & in d. l. iii. per Bald. & Saly. C. de naut. fœno. & in l. i. C. de euict. & in l. fi. C. de errog. mil. anno. lib. xii.

183 † Quid si nauis confiscetur ratione mercium illicitarum. An pecunia cõfiscetur stante statuto merces confiscari: an comprehendat & intelligatur etiam de pecunia: dic ꝙ non Bar.in l.penul.ii col.C.de naut.fœno.lib.iiii. Secus foret si essemus in loco statuti disponentis pecuniam pro mercibus haberi: aut foret prohibitũ, pecunias non extrahi posse de territorio sine licentia, seu bullecta, ut in regno Siciliæ, vbi regia prouisio uiget, ne pecunia extrahatur de dicto regno sine licentia, & pro ea soluitur gabella vt de mercibus &c. & pro mercibus Veneti portant aureos in asserto Turcarum statu.

184 † Quæro de illo qui est immunis à gabella, & portat res alienas, & mentiendo dicit esse suas, vt in dies contingit in facto. An dicatur fraudare gabellam: dic ꝙ sic. l.i.& ibi Bar C.de nauicul.nõ excus.lib. xi.& l.fi. C.de anno. & tribu. & ibi Bar. lib.x.inquiens ꝙ si ciuis exemptus dixerit in fraudem gabellarum, vel collectarum committatiniorum obligatos, soluere certum quid cõmuni pro gabella, vel taxis, siue collectis, res esse suas, & eas emisse, aut emi fecisse proprio nomine suo ciuili, res ipsæ confiscabunt, vel cõfiscari debeant.l.i.& per Bar.ibi. C.de nauicu.non excus.lib.xi.& in l.i.& ibi Bal. & in l. sacrosancta.C. de sacrosan.eccles. non tamen res propriæ cum alienis portatæ incident in commissum secundum Bal.in l.iii.C.de naut fœno.

185 † Quæro de statuto disponente ꝙ quilibet mercator tenẽs merces in platea nundinarum venales teneatur soluere gabellam: an illi qui cum cista cum mercibus, & gemmis, vt aliàs dixi vadunt per nundinas teneantur soluere gabellam prædictam: dic ꝙ sic: ita tenet Bart. in l.qui in sella.ff.de seruitu.rust.præd.

186 † Vectigal vt aliàs dixi dicitur octaua pars eius ꝙ vehitur debita fisco noĩe vectigalis.l. vniuersi.& l.à legatis.C.de vectig.& Saly.in l.vectigalia. C. vt no.vectig.& etiã locum habet edictum de vectigalibus pro rebus, quę non vehunt de loco ad locum quæ sunt intra ciuitatem ob idẽptitatẽ rationis, & vectigal, & gabella iddẽ est secũdũ cõem vsum loquendi municipiorum: & tollonea & aliis variis modis nuncupant, vt dicunt Doc.in c.i.q sint regal.in vsib.feud. & per Gl.& Doct.in c.super quibusdã, de verb. sign.

187 † Quæro de milite: qui omisit professionem. An priuilegiatus sit post misionẽ ne incidat in commissum vectigalium, dic ꝙ sic, si ab exercitio militari non fuerit remotus, & ipsum exercuerit.l.omnibus. C.de vectig.& commiss.& l.i.C. de his qui cum impleuer. stipen. lib.x. Secus erit in milite negotiante, & mercante vt in priuato l.fi.§.diui quoq; fratres ff.de vect.& ff.de his q nõ adimpl.stipẽ. nec illi milites gaudent priuilegiis militaribus: qui nõ militãt, sed negotiãtur. l.pen.& per Bal ibi. C. de milit. testam. & l.si diuus §.grammaticos.ff.de excus. tut.& per Bar.ibi in l.fin.ff.de mil.testa. & Alex.in l.cẽturio, ff.de vulg.& pupil. subst.prædictis accedit pulchra Gl.Inst. de milit. testam.§.sed hactenꝰ, in verb. post misionem honestam, vel inhonestam, & vbi seruabitur.l.i.C.de his qui non imple.stipen.

188 † Et an milites teneantur soluere collectas pro rebus, quas posident, dic regulariter secundum Bal.in l.placet, & pen. C. de sacrosan. eccles. omnes teneri ad collectas, & milites quoque arma exercentes pro republica militantes teneri pro rebus suis ad collectas.

189 † Item pro uectigali non præstito teneri l.imperatores, ff.de publ.& vectig. & l.si ex causa §.si incommissum.ff.de minor. Item de illicita delatione ut in l.cotem ferro.§.dominus.ff.de publ. & vectigal. & l.ex illicita emptione l. omnibus. C. de vectigal & commiss.

190 † Stat statutum in ciuitate ꝙ pro re ęstimabili soluatur gabella ad rõnem vnius denarii pro libra. An tale statutũ habeat locũ in re inæstimabili, dic ꝙ non, neq; pro re æstimata minore vnius libræ, ẽm Bar.in l.prætor. ff.de dam. infec. et per Paul.de Cast. in l.neq; leges.ff.de legib. et per Bar.in l. neque tamen.ff.de administ.tut. et in eo cõprehendi potest homo liber: cum recipiat æstimationem de

iure lõgobardo:in loco ubi ius longobardũ seruatur.l.ii.de cõuiciis in lõgob.lib. i.& l.i.in lõgobarda de homi.liber. hom. & l.ii.cũ simil.in lõgob.qualiter seruorũ venditio fiat.Secus de iure Romano quo hamo liber non recipit ęstimationem,& hęc est vna de cõtrarietatibus iuris Romani,& iuris lõgobardi,vt latius dixi in lib.contrarietatũ iuris Romani, & iuris lõgobardi.l.liber homo.ff.de verb.oblig. & l.liber hõ.ff.ad leg.Aquil. Et dictum statutum nõ haberet locũ in libero hoĩe vbi ius Romanũ seruaretur: bene locum haberet si dictum statutũ loqueret̃ in rebus:nã rerũ appellatione venit etiã homo liber ſm Doc.in l.pecunię.ff.de verb. signi.iun.l.rei,eo.tit.Nec locum habebit in re sacra,& religiosa : quæ non recipit æstimationem ſm Glo.in d.l.pecuniæ & ibi per Bart.Cæpl.Veron.

191 † Et an statutũ de soluendo tot pro libra rei petitæ verificetur per æstimationem ipsius rei,dic ꝙ sic,secundũ Glo & Bald. in auté.generaliter.C.de epis. & cler. vt nota sit quantitas solutionis faciẽdæ vectigalis publicano l.si fideiussorem accepero.ff.de fideiuss. Et põt solui gabella in quacũque parte iudicii,& proderit soluenti ſm Bal.in l. per diuersas. C.mãd. & in l.i.ff de postul.& in aũt contra rogatus,in fin.C.ad trebell.

192 † Vectigal,seu gabella an sint munus reale,vel personale,dic esse personale, quod imponitur personis pro rebus.Ideò clerici nõ tenẽtur.l.fi.C.de vect. & cõmiss. & c.quanq̃,de cẽsi.& per Bar. in l.i.ff.de publ. & si quis habuerit immunitaté de nõ sustinendo onera personalia,non tenebitur ad hæc onera soluendi gabellas l. cum implures.§.penul.ff.loca.

193 † Quæro de illis qui dicuntur fraudare gabellas,dic esse illos:qui transeunt cum mercibus,& non soluunt , etiam si ipsos non interpellauerit gabellarius, vt soluerẽt gabellã:nam põt tacere donec trãseat mercator,quo nõ offerẽte,vel nõ soluẽte possunt ei merces auferri l.fi:§. diui fratres,& ꝑ Bar.& scrib.ibi.ff.de publ. Qđ est verũ si dolosè transit,& non per errorem,quo casu res liberãtur solutione du

pli vectigalis,vt in d.l.fin.§.diui fratres. ff.de pub.& vect. vel gabellarius erat in loco,aliàs transiens nõ est in culpa, ſm Alex.in consi.clxxi.ii.vol.vel nisi gabellarius remiserit gabellã trãseunti l. fi.§. siquis professus,& Bart.ibi.ff. de publ.& de legitimo gabellario intelligitur habẽte auctoritaté ab illo:qui dare potest, vel de legitimo eius procuratore habẽte generale mandatũ.Et quidam videntur dubitare circa prædicta qũo res dicatur incidere in cõmissum.Tu limita ſm Saly. in l.ii.C.de vectig. & cõmiss. & Bart.& Moder.in l.cõmissa.ff.de publ. Aut est ommissa ꝓfessio,& solutio gabellæ pertranseuntes,& tunc tota res perditur ipso iure,& eius dñium transit in gabellarium,seu in publicanũ loco fisci existentem,vt in d.l.cõmissa & ibi per Doct.ff. de publ.ibidem tñ tenet Glo.& in l.cum duobus.§.idé respondit.ff.pro socio & in l.fin.& per Bar.ibi.C.de sacro.eccle.possessioné non trãsferri nisi hois facto , & sic intelligitur lex,& statutum etiam priuari possessionem,cũ strictè intelligatur. Igitur requiritur factum hominis,id est, Iudicis cõpetentis,vt auferatur possessio ſm Bal.in l.siquis in tãtã,col.xxiiii.C. vnde vi: Et de ommissa professione rerum,& de solutione etiã ommissa intelligitur si dolosè fuerint ommissæ, & nõ ꝑ errore non profitentis,qui error si facto publicani interuenerit res nõ cadit in cõmissum,aliàs cadit vt supradictũ est per l.vlt.§ diui fratres.il.ii.ff.de publ. & vectig.sed si professio non fuerit ommissa, sed tantũ solutio , & tunc duplicatur id quod solui debuit pro vectigale.

194 † Et quando reperitur mercator in loco suspecto,vt in littore maris,cũ rebus ꝓhibitis,sine licentia,& seu bulleta extractæ puniendus est.ſm Bal.in l.non quia, C.quæ res vend.nõ poss. dicebat Flor.de Sancro Petro in l.arboribus.§. idem tractari.ff.de vsufr.& Bal.in l.si fugitiuum. C.de seru.fugit.illum esse puniendum, qui reperitur in limine territorii , vel in territorio vicino per custodes.

195 † Quæro si publicanus accusauerit,& inde accusationé remiserit:nunquid iudex

dátiarii,

datiarii, seu publicani procedere possit ꝓ parte pœnæ quæ venit in causa imponenda, dic ꝙ sic.l.iuris gentiũ.§. si pacisca r.ff.de pac.nisi in pacto vectigalis, seu datii, vel gabellæ esset: quòd possit publicanus remittere oẽm accusationẽ, & pœnã: qa tũc poterit, & imputabit fisco, vel cõmuni, ꝙ tale pactũ fecit: possum enim mãdare, vt qs trãsigat sup re mea.c. dilectus, de religios.domi.l.in re mandata.ff. de arbitr.l.transactione.C.de transf.

196 † Quero de casu modo occurrenti: Si publicanus poterit agere contra hæredem fraudantis gabellas, siue vectigalia, dic ꝙ sic, si possideat res ipsas, quæ ob fraudem inciderunt in cõmissum: & quatenus ad eum peruenerit. l. fraudati, & per Glo. ibi & Bar.ff.de publ.& l. cotem ferro, & l.commissa.ff.eod.tit. Quod procedit in delictis verè confessis, vel lite contestata cum defuncto: qui deliquerat: habetur per Io.de Firmo in lib suo gabell.in iiii. par.col.v.

197 † Pisanus quidam mercator pactum fecit cum publicanis soluendi ducentas libras pro conducta animalium, & centũ soluendi pro extracta: conduxit animalia, & illa non extraxit: quia dum esset in territorio causa illa extrahendi: fuit derobatus; an teneatur seruare promissa, & soluere tercentũ libras, ducentũ ꝓ conducta, & centum ꝓ extracta. Quidã dicunt non teneri argu. l. extraneus. ff. de condi. ob caus. & ea non secut. & l.si liber.C.eod. Tu contrarium dic ꝑ tex.in l.pecuniam C. de cond.ob caus. vbi dicit Bal.ꝙ si pecunia esset data medico pro cura infirmi: tandem iste infirmus non culpa sua, neque medici, sed casu; aut facto tertii fuit interim mortuus ꝙ datũ non repetit, quia per eum nõ stetit quin impleret, sed per casum superuenientem infirmo: & sic in casu nostro nõ habebit obesse casus fortuitus publicanis prædictis per d.l.pecuniam, nisi fuissent in culpa, vel specialiter obligati ad omnes casus fortuitos qui accidere possent in territorio suo, & promiserint emendare damnum.

198 † Quid si gabellarius dederit licentiam mercatori transeunti cum mercibus, per quot dies durabit licentia talis: dic ꝙ durabit per septem tantum dies: nisi foret aliter pactum, promissum, & cõuentum inter ipsos: vltra quos septẽ dies, & alios forte conuentos: si postea transit dicitur fraudare gabellam.l.i.& per Bar. & Bal. ibi.C.de exact.trib.lib.xii. quod verum est etiam si illi septem dies transeunt in successores vectigalium, vt docet Roma. in l.municipia, §.interdum, ff.de publ.& in rub.de arbitr.col.xxii. quorum septẽ dierum duos habebunt ad eripiendum inter; & quinque dies ad perficiendum inter. Et in contrarium facit Glo.in l. i.C.de postul.dicebat Reuerendissimus D.Cardinalis Zabarella in clem. fin. de elect.licentiam perpetuò durare: nisi foret concessa ad certum tempus, vel ad certum vsum: vt in c.i.de commod.& in c.sicui, de preben.lib.vi. & quia licentia est quædam gratia: etiam q̃ gratia debet ampliari, per quam licet, ꝙ aliàs non liceret: nec talis gratia, seu licentia potest reuocari absque causa nisi re integra: ex causa autem posset per successorem etiã concedentis reuocari: & idem infert Reuer.D.Card.in loco prædicto: ꝙ mortuo episcopo concedente licentiam clerico capiendi sacros ordines: à quocumq; episcopo potest clericus illa vti: vt in d.c.si cui, de præben.in vi.

199 † Et si in licentia non fuerit expressa quantitas mercium: intelligitur de prima extractione: & de prima vice: quantũcunq; fuerint extractæ.l boues.§. hoc sermone, ff.de verb.sign.prout de securitate data bannito tenet Bar. in l. dotis ꝓmissio.ff.de iur.dot.& per Io.de Plat. in l.i.C.de nauicul.lib.xi.

200 † Debet enim bulleta seu licentia data in scriptis per publicanũ mercatori extrahenti bladum continere quantitatem bladorũ extrahendorum, & personas extrahentes; & dies; & pro quãto tempore debet durare dicta licentia, & scribere in libro: aliàs non excedit septem dies dicta licentia vt supra dictum est: habetur per Doct.in l.vltim.C. de administrat.rer. publ. & ibi latè per Luc. de Pen. & per

scriben.in l.fina.ff.de publ.& vectiga.& illi qui habent bullectam,siue licentiam non cadunt in commissum,neque in pœnam aliquam.

201 † Et concessio in materia statutaria vel restringibili:intelligitur de & pro prima vice,vt de eo qui promisit simpliciter aliquē mulionē seu aliā psonā præsentare, semel præsentando liberatur à dicta promissione:& si promiserit toties quoties psentare quando fuerit requisitus: præsentando bis requisitus liberatur à dicta obligatione secundum Paul.de Castr.in l.duobus,§.i.ff.de iur.iuran.& Alex. in consi.xv.iiii.vol.& in decis.domini Matth.de Affli. & seu decisio.cons. Neapol. num 130.6.notab in meo libro,nisi promisisset illum presentare toties quoties semper,& quandocumque fuerit requisitus:quoniam tunc tenebitur semper præsentare: nisi casus mortis interuenisset ciuilis, vel naturalis mors enim omnia soluit aucten.de nupt.§. deinceps. In dispensatione de obtinendis pluribus beneficiis intelligitur de primo impetrandis.c. potest,de præben.in vi.

202 † Et si quis soluerit gabellam pro anno præsenti : & de gabella anni pteriti non fecerit mentionem an incidat in cōmissum seu pœnam,dic ꝙ non . Ita cōsuluit Abb.in consi.lx. quia pro anno pterito intelligitur solutam in duriori causa, & pro anno præsenti remanebit debitor : nisi aliter fuerit expressum inter partes, l.i.ff.de solut.

203 † Quero pe ciuitate seu barone recognoscente superiorem . An possit imponere noua vectigalia,datia,passagia, pedagia, & gabellas vt vulgo dicitur, dic ꝙ non. Immo imposita non debent solui, & soluta quomodocunque restitui : & sola ciuitatum vota, & decreta nō sufficiunt ad noua vectigalia imponenda:& si expedit alicui ciuitati nouum vectigal imponere præses prouincie debet rescribere Principi pro obtinenda licentia. l.i. C. de exapt.tribut.lib.x.& quòd per Principem est concessum ciuitatibus pro releuatione onerum & angustiarum suarum.ipsis seruandum est pro impositione vectigalium:quæ exigi non dn̄t vltra antiquam consuetudinem: vel vltra statutum Principis sub pœna perpetui exilii,& illicitum vectigal exigi non debet & exactum restitui,l.i.& ii.C.vt vectig. noua &c & l.vectigalia.& l.non solent, & per Glo.ibi,C.de vectig. & commiss. Peccatum est imponere noua vectigalia: & illicitum exigere, quòd non remittitur nisi restituatur indebitè exactum, & est firma cautela pro dominis terrarum & ciuitatum habere papalem licentiā & dispensationem circa talem impositionē antequàm imponantur:& si temerè fuerint imposita,lex & Canon. punit imponentes huiusmodi temerarios.

204 † Patria mea nobilissima Rauenna habet speciale priuilegium à sede Apostolica imponendi noua vectigalia pro necessariis publicis : & talis impositio non habet trāscendere iuris tramites, sed debet esse secundum ius quod est non excedere tertiam partem octauę partis l.fin. C.de vectig.& commiss. Principes imponunt nouas gabellas:cum regulariter nō sunt imponenda noua vectigalia p Principes ne propriam animam perdant : nā gabella in variis casibus est ponenda vt puta in duana ancoragi,stallagi,pontici, starii,tumuli,salmæ,portus,piscarię,macellariæ,grani,panis, leguminum, vini, olei,bladorum, & huiusmodi mercium, affidaturæ,herbagii,pascuorum,ius glādium,ius casei,baractariæ,ius olei, & similia:ius ferri,azari,picis,salis,staterię, ponderum, mensurarum : de quibus in regia camera summarię.Nec vectigal est soluendum pro nouo vectigali imposito contra ius diuinum:& humanum vt docet Ysaias in x.c.habetur in c. quāto,capitulorum regni,& per scriben.ibi.

205 † Omnis nempè ciuitas non recognoscens superiorem: habet regulariter ius, & potestatem imponendi vectigalia noua: & illa exigendi notat Bald. in c.i. de pa tenen.& in l.fin.C.de vectig & commiss.& per d. Ant.de Butr.in c. super,de verb.sign.& per Glo.in aucten.de defen. ciuit.in §. iusiurandum, & Ang. in l.ii. ff de appella.& per Bar.& Saly.in l. ve-

ctigalia, C.de vectig & commiss.& idem est in aliis ciuitatibus habentibus merum, & mistum Imperium cum gladii potestate ex priuilegio Principis, vel ex legitima consuetudine, aut lege, vt dicebat Bal.in tit.de pa.constan.& Bar.in l. presides, C.de episc.audien. & in l. quo minus.ff.de flum.

206 † Et stat firma regula quòd recognoscentes superiores non possunt imponere noua vectigalia sine licentia & auctoritate superioris petita & obtenta vt d.l.vectigalia & l.non solent,& per Docto.ibi,& in l.si publicanus,ff.de publ. & vectig.& per Specul.in tit.de causa ꝑprie.& poss. §.i.& §.in omnibus, versi. quid de collectis quæ imponuntur ex causa necessitatis:vt dicit Ang.post Glo.in aucté.quib. mod.effici.sui & Bal. & Imol.in l. iii.ff. de re iudic.& Bal in cap. primo quæ sint regal.in l.etiam, C.de execut. rei iudi.

207 † Quæro si gabellarius habeat ius in re: quę incidit in commissum? dic quòd sic: vt superius dixi & idem fortè est dicendum de bonis illius : qui debuit soluere collectas & non soluit.l. i. & ibi Glo. & Bar. C.de vẽd.rei fisca.lib.x & in l.creditor .ff.de actio, emp. & ét ꝑ pœna scđm Bal.in l. fi.C. si adue fisc.& in re ipsa collectãda tñ.l.i. C.si propter publ.pensitatio. & per Bar.in l.fi.C.de iur.emphy.

208 † Quæro de eo,qui habetur pro ciue, An ex forma statuti teneatur soluere gabellam & collectam impositam ciuibus,dic quòd sic:secundum Bal.in l. quòd fauore.C.de legi.quia tale statutum faciens nostri pro ciuibus est fauorabile:licet in hoc resultat in odium,quòd teneatur ad gabellam,seu ad collectam, & tale odiũ: quod afficit veros ciues:in hoc non consideratur, habetur plenè per Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & in l. maritus.ff. de adult. nam haberi pro ciuibus est fictio secundum Glo.in l.mercis.ff.de verb.signi.& Bal.in l. ingenui, C de ingenu.& manumiss. & tale statutum quòd habeatur pro ciuibus intelligitur quo ad fauores: & non quo ad omnia secundum Bal.in l.Ruffinus,de milit.testa. & propterea habiti pro ciuibus gaudebunt exemptione gabellarum,concessa ciuibus. Nec debet priuilegium inductum causa fauoris extorqueri in odium:vt d.l. quod fauore, & per Bal.in c.i.de natu.feud. in vsib. feud. Et plus dicit Bal.in l.fi. C. de fidei cõmiss. quòd forensis:effectus ciuis est immunis à collectis. Et an habiti pro ciuibus : vt ciues retineant priora priuilegia quæ ante habebant, dic ꝙ sic, tenet Bar.in l. nõ tantũ.ff.de bo.poss.secũd.tab. &Bal.in l. ea lege. C. de cond.ob caus.& per Doct. in l.falsa.ff.de condi.& demonstr. Nec potest ciuis poni in æstimo villę, vt euitet onera ciuitatis.l. vnica, C. si cuiiaf. relict.ciuit.lib.x. vbi habetur fisco applicari feudum:quem quis prętulit ciuitati fugiendo,ne vocetur ad consilia.

209 † Quæro si pręsides prouintiarum: auditores officiales,rectores, magistratus,cõmissarii:principum muliones,agasones, portantes res principum suorum,& pro eorum familia teneantur soluere gabellas pro ipsorum rebus ad vsum suũ portatis dic non teneri.l.si publicanus.§. rebus,& ibi Glo. ff. de pub. & vectig & l. vniuersa,& per Bal.C.de vectig. & commiss.& l. licitatio §.res.ff. de publ. & ꝑ Bar. in l.i.C de lustr.au.eorron.lib.xi. Et licet non teneantur soluere gabellas pręditi pro rebus, quæ pro vsu suo portantur.l.censoria.ff.de verb.signi. tenentur tamen denunciare publicanis & accipere apodissam aliàs confiscatur ac si solui debuissent, vt superius dixi.l. fi.§. diui quoque fratres lib. ii.ff.de publ.ita tenent Bar.iuris luminare maius,& Nicol. Crispus de Neapoli per Gl.in l.atlethæ.ff de excus.tut.officiales publico,vt sunt sapientes Rauennæ Anciani & con sules ciuitatum deputati ad regimen publicum fore immunes à gabellis & collectis extraordinariis tantum,& non ab ordinariis.l.i.§.patrimonii,ff. de mune. & oner.l.fi.C. de exacto, trib. & l i.C. de apoc.publ.lib.x. habetur ꝑ Bar. optimè distinguentem in l.i.C.de immu.nemi.concedem,& in l.i. C.de mulio.& in quo loco,& l.curia. C. de decur. distinguendo onera personalia, & realia : ad

prædicta facit consilium aliàs per me factum in ciuitate Neapolis in causa vertente inter officiales forenses, & gabellarios terræ Atripaldi: & bene scripsit. D. Par. de Put. in soléni suo tractatu syndicatus in vers. & verbo gabella: vbi optimè concordat opininionem Glosarum ad inuicem discordantium in præmisso casu: concludendo officiales: & magistratus, vbi gerunt officium & magistratum, non teneri soluere aliquam gabellam: tenet Glo. in l. onera. ff. de mune. & oner. & Bar. in l. atlethæ. ff. de excus. tut. & in l. neminem. C. de sacros. eccl. & in l. actores, C. de exactor. trib. lib. x. vbi dicit teneri ad collectas. l. i. C. de immun. nem. conced. lib. x.

210 † Quid si collegiati officiales immunes fuerint à gabella, & à collectis: & alii post officiales fuerint additi in dicto collegio suprà numerarii: vt sæpe contingit causa necessitatis. An ipsi additi supranumerarii fuerint & ipsi immunes à gabellis & collectis & ab aliis oneribus: ꝓ ut sunt primi alii de collegio ordinarii, dic ꝙ sic: ita cõsuluit Ale. de Imo. in cõs. clxxvii. Antiqui tamen ordinari tenebunt præeminentiam in eundo, & sedendo, & loquendo: quibus gradatim deficiẽtibus in locum antiquorum succedent: & illud tenebũt supra numerari: & aliis post ipsos collegiandis: licet in antiquorum locum successerint: & ita Reuer. D. Cardi. de Anchona. D Petr. de Acoltis de Arecio vir profundæ scientiæ determinauit differentiam sessionum vocum & præcedentiæ, & vertentẽ inter canonicos antiquos, & nouos præbendatos supranumerarios, vtriusque capituli canonicorum: cardinalium, & cantorum, san. Rauennatis ecclesiæ per tex. in c. episcopo. xvii. distin. & hic Reuer. D. Cardin. fuit filius olim recollendæ memoriæ excellentissimi domini Francisci de Acolitis de Aretio: & fuit de Rota Romanę curiæ, & factus post à Iulio II. in ciuitate Rauennæ, Card. sciẽtia sua maxima: & post mortem Reueren. D. Cardin. de Flisco habuit Archiepiscopatum ecclesię Rauennę, & fuit subrogatus in ius defuncti Cardinalis de Flisco; cum quo primo in rota litigabat dictũ archiepiscopatum: quorum amborum Cardinaliũ dignissimorum, & nobilium, anima requiescat in pace &c. Hic Reuerendissimus D. Petrus de Acoltis Cardinalis meritissimus renunciauit dictum archiepiscopatum Rauennæ nepoti suo dignissimo D. Benedicto de Acoltis: qué etiã per Clementem septimum Pontificem maximum decorare fecit dignitate Cardinalatus.

211 † Quæro de oratoribus siue legatis vulgo dictis ambasciatoribus, an teneãtur soluere gabellam pro rebus: quas secũ portant pro suo usu: dic non teneri: sed si portauerint bona & res non sui vsus gratia ad locum: quo uadunt de his tenebuntur: nisi aliter vsus patriæ, lex vel cõsuetudo disposuerit, habetur per Glo. in l. si publicanus. §. de rebus. ff de publ. sed non tenebuntur soluere pro illis rebus, quas portant de loco vnde reuertuntur. l. à legatis C. de vectig. & cõmiss. habeẽ per Io. Firma. in vii. par. sui lib. vectig.

212 † Quęro de publicanis quibusdam modicæ cõscientiæ, qui scienter illicitè exigunt & extorquent à transeuntibus, & à mercatoribus, & à nautis: qua pœna teneantur pro illicitè exactis per ipsos, & eorum familiam: dic teneri vt aliàs dixi pæna furti, & actione furtiua. l. etiam, & ibi Doct. C. de furt. tenentur quoq; edicti prætoris actione in factum hac distinctione. Si ignorantes ad duplum infra annum: nisi exactum restituatur. c. i. §. conuenticulas & ibi Bald. de pa. iuram. firma. Post uerò annum tenentur in simplum: & si soluerint ante sententiam liberabuntur publicani à pœna. l. hoc edicto. ff. de publ. & ita formabitur libellus: Peto querelanter talem publicanũ scientem me in aliquo non teneri pro gabella: & exegit à me seu ab institore, vel ab exercitore meo, vel factore, & negociorum meorum gestore, &c. decem aureos indebitè & iniustè: quæ mihi restitui in duplum peto & insto: & propono ad hoc actionem in factum ex edicto prætorio de publicanis: vt not. Spec. iuris

ris in tit. de cens. in §.ii. & Io. Bertach. de Firmo in suo tractatu gabell. vbi dat formam positionum & sententiarũ &c.

213 †Et si priuata aucté. vel propria exegerit tenebuntur in quadruplum: & ita condénabuntur vt fures & etiam capitaliter punientur pp consuetudiné. l vnica iun cta Glo. C. de superexact. lib. x. Nam illi qui illicité extorquẽt: ciuiliter, & crimi naliter recté punientur p ius dicentes superiores. l. ita permittente, & l. licitatio. §. illicité, ff. de publ. & vectig.

214 † Quero si publicanorũ voragine vltra debitum exigẽtium mercatores possunt de iure fraudare gabellas impuné: hac de causa ꝙ nimis, & indebité & vltra debitum grauant vt supra dixi: tenet Bal. ꝙ sic in l. iii. C. de naut. fœnor. quia isti nõ dicuntur fraudare gabellam, sed vitare grauamen: secundum Abb. in c. innouamus, de cens. & qui fraudem excludit nõ dicit fraudé facere: secundũ Bar. in l. cum pater. §. Ticio, ff. de leg. ii. qm̃ publicani non dñt abuti gabella: & si abutunt est li citũ fraudare illos: scd̃m Bal. in c. i. q̃ sint rega. & i l. veluti, & p Ang. ibi. ff. de iust. & iur. & in l. ii. C. de cadu. tollen. & per Bar. in l. vectigalia. ff. de publ. nam sicut pp illicita publicant licita. ita pp excessum illicitæ exactionis licet vitare licita scd̃m Bal. in l. cũ ꝓponas, C. de naut. fœ nor. idé dicit d. Matth. de Affl. in cõst. re gni Neap. icip. magros fũticarios i x not.

215 † Publicani dicuntur: qui sunt cõductores iuris publici: & publico iure fruunt vectigalium conductorũ, & hos quidam publicos canes vocant; vt canes publicé latrantes & clamantes: alienaq; peroptãtes & furantes mortifera eorum cõscientia crassa. l. i. cum Glo. & l. quanto, ff. de publ. & l. eum qui, & l. publica. ff. de verb. sign. Publicanos enim non testes idoneos nec omni exceptione maiores esse dicuntur tenet Spec. iuris in tit. de test. & de oppositionibus cõtra testes ibi. Item quia periurii publicani &c. & dicebat Abb. in c. nouit, de iudic. publicanos esse quasi publicé peccãtes: & dixit Imo. in l. quanto, ff. de publ. fore notandum: ꝙ eo ipso ꝙ quis est publicanus non præsumitur vir bonus nisi aliter appareat de bono nomine & fama ipsius.

216 † Item quæro de furtis publicanorum cum teneant notoriũ & famosum nomẽ latronũ publicorum de die: & de nocte furantium: nam fures dicunt à furuo ꝙ est nigro: quia de nocte furantur. l. i ff. de furt. Sed publicani tenent peius nomen q̃ fures: quia in nigro, id est, de nocte, & in alba luce de die apparente Sole, & eo existente furantur manifesté.

217 † An teneantur publicani pro furtis & damnis datis & factis per eorũ seruos: nisi seruos exhibuerint ꝓ noxa, dic ꝙ sic: & ꝙ insolidũ teneant sine noxę deditione. l i & l. quãtæ audaciæ, ff. de publ. & p Doct. & l. i. ff. de noxal. & l. iii. §. penu. ff. de publ. & l. i. ff. naut. caup. stabul. & l. i. ff. ad leg. Iul. repetund. & l. cuiuscũque, §. Labeo, ff. de instit. actio. & p Bar. in l. familiæ, ff. de publ.

218 † Et quando officiales tenentur ꝓ familia, & famulo viuo; & quãdo ꝓ mortuo: notat Bar. in l. i. §. familiæ. ff. de publ. & p Doct. in l. i. C. de assess. & in l. quoties. ff. de noxal. Et familię nomen intelligitur tã de liberis, quam de seruis, qui in eodem sunt deputati: & habent ministerio, & dictio familię multas habet significationes. l. ꝓnuntiatio, §. famil. ff. de verbo. sign. cũ simil. & l. fin. C. de verb. sign. & l. si ex duobus, ff. de neg. gest. & l. i. & ii. ff. de instit. actio. Est bene notandũ ꝙ remediũ ordinariũ non tollitur per extraordinarium: si fuerit introductũ causa iuuandi. l. i. ff. de publ. & vectiga.

219 † Pro familia dat actio contra oẽs socios publicanos: quamuis illa sit in dominio vnius eorũ & ex pluriũ facto agit contra dñm: ac si vnus fecisset: & si plures publicani acceperũt aliqd̃ illicitũ, an insolidũ possint oẽs cõueniri ꝓ illicité exactis: dic ꝙ sic, si aliter nõ sit soluẽdo ille: q indebité exegit aliàs nõ: cũ quilibet teneat pro parte sua tm̃. l si multi, & p Doc. ibi. ff. de pub. sed iter oẽs sufficit vnã pœnã solui: scd̃m Bal. i rub. de pęn. iud. q malé iudi. & Bar. in l. si qs, ff. de iurisd. omn. iud. Et

si plures in fraudē fisci emerint: omnes tenentur ad solidum quadruplum.l. aufertur.§.fi.& l.qui cōtractibus,ff. de iur. fis.& in furto omnes tenentur insolidū: not.Io. de Firmo in suo tract. gabell. in ii. par. col.vi. vbi habet gabellarios plures teneri pro parte in dubio ad soluendum fisco:nisi se insolidum obligauerint ex pacto: vel nisi aliter sit inops vel absens:quoniam tunc insolidum fisco tenebuntur aucten.hoc ita.& per Glo.ibi & Doct. C.de duob.reis, & l.i.C. quo ord. quis conuenia.lib x.& contra extorsiones,temeritates, & audacias publicanorum committitur edictum prætorium de publ.& in duplum tenentur extorctorum indebitè. l.i.ff.de publ.& l.i.C. de superexacto. lib.x. Quæro de eo, qui qui tentauit fraudare gabellam:an paria sint,vt de eo,qui est in fuga vel in præparatione fuge.l.quæsitum.ff. de pign.& l. si quis.C.de epis. & cler.dic ꝙ non de iure cōmuni: cum non puniatur affectus, non secuto effectu consumato. nisi essemus in atrocissimis delictis,vt in assassinio,sacrilegio, crimine læsę maiestatis; & similibus:vel aliter dictaret statutum aut consuetudo: & in Regno Siciliæ est constitutio incipiens magistros funticarios:quæ punit tentantes. l.i.& ii.C. de vectig.& cōmiss.& in l.cōmissa,& ꝑ Scriben.ibi,ff.de publ.& sic ꝑ delictum hoc: merces ꝑdunt secuta sentētia.l. si quia, & ꝑ Bal.ibi.C.vnde ui. Fraudās gabellam si moriat, infra quinquenniū fiscus pōt vēdicare res: q̄ inciderunt in cōmissum. Sed lapso quinquennio non aget fiscus not.Bal.in l.ii.C.de vecti.& cōmis.

220 † Et hæc actio datur contra hæredes cōsocii publicani ꝓ quanto ad eū peruenerit.l.cum si exibuissent,cum seque.ff. de publ.quod non procedit in aliis societatibus l. ... adeo ff. pro socio & ibi ꝑ Scribē. & an transeat ad hæredē hæredis: habet ꝑ Firm.in lib.suo gabel.in vi.col.ii.par.

221 † Publicani autem dicunt illi: qui sunt positi ad exigendū vectigalia publica: siue pro fisco,siue ꝓ se fisci loco & nomine exigant;soluendo tū quid fisco Cæsaris,à quo dicta vectigalia conduxere seu emerunt.l.quantę,§.fi.ff.de publ. & vectib.& ibi Glo.& in l.eum qui vectigal. ff.de verb.sign. Et ꝓpriè sunt publicani: qui vectigalia habēt populi Romani: & in propriè sunt aliarum ciuitatum vt in d. l.eum qui,Fallit in dominis Venetis:qui viuunt lege sua veneta: & non lege Imperiali: nec recognoscunt superiorem.l.i. & per Bal. ibi.ff. de rer. diuis.& per Saly.in l. i. C.de naut.fœn.

222 † Et an possint gabellarii interesse mensurationibus rerum venditarum:vt puta olei,frumenti, & similium rerum venditarum,dic ꝙ sic.l.si quis,& ibi Bal.C.de vectig.& commiss.

223 † Et cum sal sit de regalibus Principis quæritur, si aliquis vendiderit sal sine principis licentia,& seu sui fisci, vel publicani loco fisci existentis. An cadat in cōmissum, & perdat sal, & pretium: dic ꝙ sic,& applicabitur fisco:vel publicanis loco fisci existentibus. l. si quis, & ibi Bal. Saly.& sequaces, C.de vectig. & cōmiss.& l.creditor.ff de actio.empt.& est notandum ꝙ iudices debent habere in se sal sapientiæ: vt sacertotes qui sunt sal terræ: vt docet Euāgelium.l i.ff. de iust. & iur. & iudices debent habere in se sal & non fatuatum,scilicet scientiæ & conscientię;aliàs sal scientię sine consciētia est diabolicum.c.æterni,de re iud.

224 † Et an portantes sal per terras Principis locantis salmas:teneātur soluere gabellas cōmunitatibus dictarum terrarū subditarum eiusdem Principis,dic ꝙ sic: quia priuilegium ꝙ non soluatur gabellæ per fiscum est ipsius fisci: & non aliorum,l.licitatio, §. fiscus, & per Bar. ibi.ff.de publ. quod intelligit de ordinatio onere: secus de extraordinario idem Bal.in loco prædicto in §.mercatores:ad quod fiscus non tenetur: nec qui locum habent ipsius:vbi dicit Bal.& Dy.de Mugillo Mutinensis:ꝙ ementes frumentum & salmas à Principe non tenentur soluere vectigalia extraordinaria:& ꝑ Ange.in l vectigalia.C.vt no.vectig.

225 † Statutum dictat aliquem puniri pœna dupli, tripli, aut quadrupli. An maior vel minor pœna sit attendenda: dic mi-

norem, esse attendẽdam: quia regula est iuris, ꝙ in contractibus, & pœnalibus ꝙ minimum est attendendum in dubio: & simplum in illo cõputabitur. l. quidq.d. ff. de verb. obl. & sic non erit in totũ pœna, nisi expresse hoc dicatur. l. hoc edicto, & per Bar. ibi, ff. de publ. & vectig. predictis accedunt dicta per Bar. in l. manus. §. duobus, ff. de leg. ii.

216 † Quæro de statuto disponente solui gabellam ꝓ lapidibus. An cõprehendat lapillos pretiosos, videlicet gẽmas, & margaritas, carbonos, iacintos, adamantes, & similes lapides: ita ꝙ de ipsis sit soluẽda gabella virtute dicti statuti: dic ꝙ nõ secundnm Bar. in l. fin. §. species. ff. de publ. quia appellatione lapidum non ueniunt lapides pretiosi: quæ nam sit differentia inter lapillos, gemmas, & margaritas: habetur in l. si non sunt, ff. de aur. & argen. lega. & an appellatione lapidũ veniat calx quæ fit ex lapidibus: habetur per Spec. & per Io. And. in add. in §. i. in tit. de loca.

227 † Item quæro si lapides pretiosi sint inter mobilia, uel immobilia: dic esse inter mobilia: nisi sint deputati pro murando ędificio: habetur in Spec. in tit. de fruct. & interesse & per Bal. ibi in addi. & per Angel. in aucten. de nupt. §. & quia parum, col. iiii.

228 † Et facit ad quęstionẽ de pecunia: quæ inter mobilia est. l. Iulianus, §. fuit quęsitum, & per Doct. ibi post Glo. ff. ad Trebell. & in l. cętera, § sed si parauerit, ff. de leg. i. etiam si sit redacta ex venditione rei immobilis secundum Bal. in l. demũ. C. de colla. tamen si est destinata ad emptionem prædiorum vrbanorum, vel rusticorum dicitur immobilis, & sine decreto non potest alienari secundũ Doct. in d. §. si parauerit, & bonus est tex in l. quid ergo, in § quid ergo, ff. de cõtra. iudici. tutel. & per Firm. in ii. par. octauæ par. princip. sui lib. vectig. col. i. vsque ad decimam quæstionem inclusiuè.

229 † Quęro de pœna fraudati vectigalis: an transmittatur ad hæredem vt alias dixi: dic ꝙ non: nisi post litẽ contestatã: & pupillus potest euadere pœnam cõmissi ipso iure. si infra triginta dies soluerit. l. si publicanus. §. fi. & l. Imperatores, ff. de publ. & vectig. & de cõmiss. eorum. Dicebat Bar. in l. ii. C. de publ. & commiss. posse fiscũ, seu ab eo conductorem gabellarium vendicare rem quæ incidit in cõmissum etiam post mortem fraudantis ab hærede mortui fraudãtis, & plus etiã dixit Bar. vendicare posse ab omni etiam singulari possessore, & successore: & tempus inspicitur quo quis possederit: non tempus quo quis repulsus per uim recesserit vt in l. cõmissa, C. de vectig. & commiss. & ratio est quia dominium rerum transfertur ipso iure in fiscum: ergo & pœna transit in hæredẽ, & in quemlibet possessorem. licet possessio nõ transfertatur nisi facto hominis: ut supra aliàs dixi, id est per sententiam iudicis cõpetentis, & quatenus ad hęredẽ peruenerit actio datur. l. si publicanus, ff. de publ. & per Bar. in l. i. C. ne ex delict. defunct.

230 † Quæritur si contra fraudantes gabellas, & non soluentes collectas posʃit fieri sententia diffinitiua lite non contestata. Bar. Bal. & alii in l. ii. C. vbi quis de curio. vbi ponit de obligato ad publicas functiones fiscales: tenent ꝙ sic, & dicũt valere sententiam litẽ nõ contestata in causis vbi ꝓcedĩt summariè, & de plano sine strepitu, & figura iudicii. secundum Inno. in c. cũ olim, de accusa. & Lanfran. de Oriano in clem. sępe, de verb. signi. & Firm. in sing. suo tract. gabell. in vlt. par. in vi. col. ibi vigesimo quæro &c. Ponit multos casus in quibus valet sententia diffinitiua lite nõ contestata: & per Lanfran. in præallegato loco.

231 † Quid de pœnis fraudantium gabellas an veniant in venditione, & locatione ipsarum gabellarum tenet Bal. ꝙ sic in l. i. de fruct. & lit. expens. & in c. ii. de feud. cogn. in vsib. feud. Cyn. in l. creditor. ff. de actio. empti.

232 † Firmat Bal. in l. i. C. de caduc. tollen. & in l. iii. C. de naut. fenor. vectigalia imposita ꝑ inferiores à Principe ordinario priuilegio, uel pſcriptione vt aliàs dixi non posse sine peccato fraudari à subditis suis, sed benè à forensibus: & si passa-

gerius cum ſcapha in flumine debens recipere vnũ denarium & receperit duos: licebit tranſeuntibus fraudare gabellam iniuſtam, & ire aliò declinando paſſagiũ: & ꝙ ipſe paſſagerius tenetur ad intereſſe paſſus deuiati culpa ſua domino ipſius paſſus: quibus addo not. ꝑ Abb. in c. innouamus, de cẽſ. & per Pet. de Anc: & Moder. Phili. Decium mihi valdè amicum in reg. poſſeſſor. de reg. iur. & ibi ꝑ Dyn. & Io. And. & Bal. in l. ii. ff. de rer. diuiſ. & in l. veluti. ff. de iuſt. & iur. vbi firmant clericos, & laicos ſine peccato fraudare gabellas illegitimas cum ꝓpriè non dicatur fraus, nec propriè fraudare; ſed onus vitare, & extorſionẽ, & oppreſſionem fugere pro libertate legitima pręhendo cauſam ne gabellarius iniuſtus incurrat peccatum iniuſtè recepti, ſeu recipiendi, & inde reſtituendi cũ ipſi non remittatur peccatũ, niſi reſtituatur ablatum; niſi debita facta reſtitutione. c. ſi res aliena. xiiii. q. vi. c. qui rapit. xvii. q. iiii.

233 † Ipſis autem ciuibus qui ſibi ex ſe abſque principis auctoritate ob neceſsitates ſuas poſuerunt gabellas, & collectas: non eſt licitum eas ſine peccato fraudare: quia ipſas ſibi cõmuni conſenſu impoſuerunt: reliqui autem non iure tenentur ad aliquã ſolutionẽ dictarum ciuiũ impoſitionum. Et ſi ab aliis exegerint tenebuntur ad reſtitutionem; & vlterius habent confiteri de peccato Nam poni debet vectigal. legitima cum cauſa, & ea ceſſante exigi non debeat: videlicet ſi ꝓ ponte faciendo, & pons eſſet factus, & ſummerſus, aut ꝙ excederet legitimum modum exigendi: & quòd talis impoſitio eſſet nimis: vt dicit Bal. in rub. ff. de rer. diuiſ. col ix. & ꝑ Hoſtien. in ſumm. de cenſ. in §. ex quibus, & per Azo. in ſumm. C. de rer. diuiſ. & per Fely. in c. i. col. xiii. de conſt.

234 † Quæro ſi fraudans gabellas licitas poſſit capi ꝓ repreſaliis: dic quòd ſic: quia fraudauit gabellas: quòd ſecus foret ſi ſoluiſſet ꝓ licitis, vel fraudaſſet illicitas: qm̃ tunc capi nõ poſſet ꝓ repreſaliis ſecundũ Bal. in c. i. quæ ſint regal. in vſib. feu. & in auct. habita, C. ne fil. ꝓ patr.

235 † Quid ſi ſunt conceſſæ repreſalię cõtra ciues ciuitatum Tuſciæ. An illi qui nati ſunt in caſtris Tuſciæ poterint capi virtute dictarum repreſaliarum: dic ꝙ non, cum illi non ſint ciues Tuſciæ de aliqua orti ciuitate Tuſciæ: Ita tenet Bal. ſingulariter in l. ſi in aliquam. ff. de offi. pro conſ. & lega. & de hac materia repreſaliarum habetur in l. omnino. C. ne vxo. pro mar.

236 † Conſuetudo eſt ſeruanda in vectigalibus, & in eorum ſolutionibus: & onus probandi vectigal incumbit poſſeſſori: vt in l. ſi publicanus, & in l. Imperatores. ff. de publ. & vectig. & fructus vectigaliũ veniunt diuidendi iudicio communi diuidundo, & nõ adiudicandi vt aliàs dixi per tex. in l. communi diuidundo. ff. com. diuidum.

237 † De gabellario quęritur vnius territorii ſtans in finibus: an debeat exigere gabellam, anteq̃ exeat mercator de territorio ſuo, & intret vicinum territoriũ alienum: dic ꝙ ſic: vt de nauta anteq̃ tranſuehat viatorem cum naui, ſcapha, rate, aut fauſello in aliud lictus ſiue ripam alicuius maris, ſeu fluminis: poteſt petere ſibi ſolui naulum, ſeu mercedem tranſfretationis, paſſus, ſeu tranſitus: tenet Bal. in l. venditor. §. conſtat. C. comu. prædi.

238 † Occurrit caſus ſi propter non ſolutum vectigal. res tota incidat in commiſſum: Diſtinguendum puto: aut quis ommiſit ſcienter profiteri ſe tantum debere ſoluere fiſco nomine vectigalis, aut ciuitati; & tunc res tota incidit in commiſſum. l. commiſſa. ff. de publ. & per Abb. in conſi. lxvi. aut profeſſus eſt & non ſoluit: & tunc ſola octaua pars publicatur: aut ignoranter, vel per errorem ommiſit profiteri: vt ſupra aliàs dixi: & tunc ſi fuerit deceptus per publicanum non cadit in commiſſum: ſed duplicatur octaua pars vt in l. fin. §. diui quoque fratres. ff. de publ. & vectig. & de commiſſ. eorũ: & l. i. C. eod. tit.

239 † Qua actione fraudantes gabellas conueniantur: dic conditione legis, ſeu ſtati diſponentis ſolui gabellas: ſecundum Bal.

Bal.in l. ex placito col. penul. C.de rer. permut. & per Docto.in rubri.ticul. ff.de cond.ex lege.

240 † Quo autem iure agant gabellarii pro rebus quæ inciderunt in commissum de fraudata gabella : dic sibi competere rei vendicationem:cum ipso iure sit in ipsos translatum dominium vt aliàs dixi. l. commissa,& per Doct.ibi.ff.de publ.Bal. tenet requiri factum hominis, id est sententia iudicis competentis, & bene vt aliàs suprà dixi:vt possessio auferatur ab eo probando se gabellarium,& fraudem commissam, nisi extaret statutum:quòd gabellarii possint propria auctoritate auferre ea bona : quæ inciderunt in commissum,& idem tenet Bertach.in vl.par. sui lib.gabell.

241 † Quid si vnus ex pluribus dominis mercium fraudauerit gabellam, seu vectigalia. An res,& merces totæ tam scientis, q̃ ignorantis confiscabuntur, vel portio tantum scientis cōfiscabitur, & nō aliorum sociorum ignorantium : dic vt aliàs dixi confiscari solam partem scientis,& non illorum, qui ignorarunt.l.licitatio. ff.de publ.& per Abb.in c.constitui,& in c.innouamus,extrà de cens.

242 † Quæro de mulione,seu agasone vecticano,seu vectigario vt nominatur in Romandiola:qui transiuerit per vnum territorium cum salma : & audito ꝙ in illo itinere erant crassatores, siue latrones aliud territorium intrauit : vbi erat soluēda gabella,& nō soluit, an debeat salma cōfiscari dic ꝙ nō.l. Cæsar,& l.fi.§.si ꝓpter.ff.de pub.& vect. & eorum cōmis.

243 † Quid de mulione, & qui portauit res meas contra deuetum,& prohibitionem an teneatur fisco ad extimationem rerū; & damnum sit suum, & non meum, tenet Bart.ꝙ sic in l.ii.C. de nauicul. non excus.lib.xii.quia mulio tenetur de periculo rerum,quas portat secundum Bald. in d.l.ii.& quando licita cum illicitis publicātur dixi superius vbi me refero causa breuitatis.

244 † Quæro de agasone, qui repertus fuit in uia recta,& noluerit sibi perscrutari à gabellario. An cadat in commissum : dic quòd non, sed puniri potest de resistentia.l.iii.& per Bar.ibi.C.de cur.publ. & de angar.lib.xii.

245 † Quid si mulus reperiatur oneratus, & sine mulione in uia non recta ultra terminum territorii an capi poterit per gabellarium:& illum vt in commissum incisum confiscare:dic quòd non:quia esse posset quòd mulus aufugerit inuito mulione,& sic est formanda inquisitio, mulum fuisse conductum à mulione, aliàs non concludereur intentio agentis.l.fin. § serui,& per Bar.ibi.ff.de publ. & vect. & commiss.eorum.

246 † Quero de forēsibus. An liceat eis ignorare statuta & consuetudines Ciuitatū, & terrarum circa solutionem gabellarum dic ꝙ non l.fin.§.licet.ff. de publ.& vectig.& commiss.eorum.l.iii.C.de offi. prēsid.l.iii.C.vbi de cum. agi oport. & in hoc seruantur statuta, seu consuetudines,tenet Bal.in l.leges.C.de legi.nisi essent noua vectigalia,vel quod tale statutum non erat in sua patria ꝙ deleui,& seu de facili esse potest, & tunc ignarus non punitur l.generali, C. de tabul.lib. x.vel quod tale statutum erat in ciuitate,& per contrarium vsum fuerit sublatum,vel quòd erat tale statutum in Ciuitate ꝙ in qualibet ciuitate fieri, & esse consueuit, & tunc teneatur.l.fin C.de iur.& fact.ignor.& l.si putator.ff.de leg. Aquil.& per Alb.de Rosa.in i.par. stat. & Fran.Lucan. de Parma in suo lib. vectig.col.xx.ibi uers.viii.

247 † Quid si duo forenses contraxerint in loco vbi solui debeat gabella,tenebuntur & ipsi soluere gabellam, firmat Ludou. Pont.de Roma in sing.suo. ccccl xxviii. incip.per Italiam, tenet Bald.in l.i.C. de contrahen.empt. & in l.ii.C. mand. in fin.& in l.cūctos populos.C. de sum. trin.& fid catho.& in c.i.quæ sint regal. & in l.iii.C.de naut.fœnor. & in leg.leges la.iii.C.de leg. vbi dicit ꝙ forensis transiens cum mercibus tenetur explorare de gabellariis: aliàs est in culpa nec excusaret ignorantia : quoniam faceret contra generalem consuetudinem, tenet Bal.in l.iii.C.de naut.fœn. qđ limita

ſecundum Alex.de Imo.in conſi. clxxi. ii.vol. vbi dicit tranſeuntes non eſſe in culpa, ſi gabellarii non venerint in loco paſſagii, & ipſi dimiſerunt pecuniam in lapide ſeu bancha, aut feneſtra ipſius gabellæ domus, vt venientes gabellarii inueniant eam, & ꝙ per hoc comprehendi tur ipſos non habuiſſe animum defraudandi niſi noua illicita, & inſolita gabel la fuiſſet pœna tamen in caſu fraudati vectigalis dimidianda eſt foreſi: vt tenet Io.And.in add.ad Spec.in titu.de conſt. §.i.& Bal.in d.l.iii.C.de naut.fœno. Et plus dicit ꝙ pęna arbitraria intelligitur dimidia eius quæ taxata eſt à ſtatuto qđ eſt valde notandum.

248 † Forenſes an dicantur illi:qui ſunt ſubditi caſtro epiſcopatui, & eccleſię, & ſtante ſtatuto gabellam ſolui per forenſes an prædicti ſubditi tenebuntur ſoluere vt forenſes? dic ꝙ non:quia illi non cenſentur eſſe forenſes:quorum omnium ſit focus caſtrum prędictũ, tenet Bald.in auct. qua in ꝓuincia.C.vbi de crim.agi opor.

Et propriè dicitur forenſis: qui alibi natus eſt: habetur per Paul. de Caſt.in conſi cxciii.in vlt. col. & per Io.de Fir. in tract.ſuo vectigaliũ in vii. par.col.ii.

249 † Qualiter puniatur publicanus qui decepit tranſeuntes: Et qualiter remiſsio publicani excuſet quem à pœna: Et qualiter ex delicto ſerui nõ propoſiti ad exigendum vectigal non teneatur publicanus pœna ædicti prætoris: Et qualiter ꝓ veteranis militibus non ſoluitur vectigal:& pro nouitiis, & tyronibus ſoluat: Et qualiter ad publicationem ſerui non venit peculium in publicatione. Et qualiter fugitiui ſerui non incidunt in commiſſum:quia ſine iuſſu dominorum fines ſunt tranſgreſsi l.interdum.l.diui quoq; fratres, cum ſequen.§ §.& in §.ſerui, cũ præceden.duobus.§ § ff.de publ.& vect. & commiſſ.eorum.

250 † Et ſi quid indebitè vel per vim acceperit publicanus, vel eius familia ipſo ſciente & mandante, vel ignorante, & inde ratum habente, vel familiam non exhibente, nam in delictis etiã ratinabitio æquiperatur mandato, & qualiter puniatur di xi ſupra:& habetur in l.i.§.deceſsiſſe, & l.quoties. ff.de vi & vi arm. habetur per tex.in l.i iuncta Glo.ff. de publ.& vect.

251 † Officiales communis plus debito exigentes, qualiter puniantur:dic illos puniri debere ſine venia vt dicit Ang. in l.nemo.C.de exact.tribu.lib.x.vt aliàs dixi.

252 † Quæro de caſu: Comune Fauentiæ ꝓ faciendo datium ſuum vini, vel frumenti miſit ad deſcribendum vinum, & ſeu frumentum officiales ſuos:qui in deſcriptione dimiſerunt ſcribere multum vinum, ſeu frumentum:& hoc nunciato communi alios miſit ad deſcribendum:qui in notando, & deſcribendo reperierunt magnam vini, & frumenti quãtitatem, qua pœna teneantur dicti primi officiales, q non iuſtè ſcripſerunt: dic quòd tenebuntur de ſuo ꝓprio.l.ſi.ff.ſi menſ.falſ. mod. dixer.& l.ſi quis.C.de bon.proſeipſorũ.

253 † Quanto tempore duret actio ꝓponenda pro ſolutione vectigalis conſequendi à publicano dic quinquennio & non vltra.l.ii.C.de vectig.& commiſſ.& ſic cõmiſſum peti non poteſt poſt quinquennium. Nec pretium ante peti poteſt rei ſine dolo peremptæ: quæ cecidit in commiſſum habetur per Bald.in l.ii.C. de vectig.& commiſſ. vbi dicit ſi peccet in foro conſcientiæ poſt mortem vltra quinquennium defraudata gabella cum non pœniteat nec detur venia culpæ.c.legati, xxiiii.q.ii.& per Glo. in c.denique iiii.diſtin.vbi dicit eſſe ſecus in venia pęnę:cum Deus poſt morte illicò iudicat omnes c.tempus.xii.q.ii. & per Bald.in l.fin.C. ſi propter publ. penſit. vbi dicit fraudatorem gabellarum non teneri infra quinquennium de caſu contingente in rebus:quæ inciderunt in commiſſum: neque de culpa leui, neque de leuiſsima: ſed tantum de lata culpa. Et infert de eo, qui vadit contra deuetum, & prohibitionem cum frumento, ſi ſpoliatur à piratis non tenebitur fiſcus ex eo quod frumentum inciderat in commiſſum. Neque pro eo tenebitur communeȷ, ſeu fiſcus, aut villa ad emendam damni ſtante ſtatuto quòd teneatur, ſi quis fuerit derobatus in territorio: quia intelligitur de

illis qui soluenrunt gabellam in illo loco:nisi in contrarium foret consuetudo, aut nulla in nullo loco solueretur gabella, vel ad locum gabellę destinatũ adhuc nõ applicuerit:Sed ante in via recta fuit derobatus:quia tunc tenebitur:nisi in deuio fuisset derobatus ubi ibat causa fraudandi vectigalia:alia cessante causa legitima vt supra dixi.

254 † Quæro si vectigal concessum à non habente potestatem possit præscribi decennio:dic ꝙ non, nisi tanto tempore cuius inicii memoria hominum non extat in contrarium:potest tamen vectigalis præscribi liberatio non soluendi illud : pertranseuntes.30.vel.40. annis.l. licitatio. §.earum & per Bart.ibi.ff. de publ.vt in seruit.l.ii.C.de seruit. Vectigal tamen respectu directi dominii præscribi non potest:sed tantum præscribi potest respectũ vtilis dominii & datur publiciana.l. cum sponsus.§.in vectigalibus,& ꝑ Bar. ibi.ff.de publ.in rem actio.

255 †Et quanto tempore præscribatur ius vectigalium, & an semper intelligatur de tanto tempore cuius inicii hominũ memoria non extet in contrarium.l.plures. §.item rescripserunt.ff.de pollicit.& l fi. C.de nou.vectig. & per Dyn. & Bart.in l.si publicanus.ff.de pub.& ibi per Imo. & Bal.in c.si super, de verb. signifi. adde quæ dixi in aliis meis libris naualis uide licet in i.lib nu.81.vsque & per totũ.90. & in lib.ii. nu. 23.24. Intelligitur de iuris præscriptione nemini alteri quæsiti in illo loco : secus si foret prius alteri ius quęsitum,quia sufficeret minus tempus ad præscribendum habita distinctione An præscribens habeat titulum & sit in bona fide vel mala: vt habetur de præscriptione vsufructus dicit Saly in l. vectigalia C.de uectig.& commiss. eorum & Bar.& Docto. in l.si publicanus.§ in omnibus.ff.de publ.& in d.l.ii.C.de seruit.& dat cautelam Saly.in d.l vectigalia,post Glo.& Bar.in l seruitutes. ff.de seruit. Quod volens legitimè probare exactionem decem vel viginti annorũ vel tanti temporis,cuius inicii memoria non extet in contrarium : cum sufficiat probare quasi possessionem exigendi.alleget titulum principis illius,qui potuit illum concedere, & obtinebit licet non aliter probetur de titulo dictæ quasi possessionis.

256 † Et à procedat præscriptio tanta ex consuetudine non soluẽdi vectigalis,uel exigendi per tantũ tempus cuius initii memoria hominum non extet in contrariũ: generaliter procedat de omnibus bonis, etiam de aliis q̃ sit consuetum exigi vectigal:dic de rebus tãtum de quibus consueuit exigi ut dicebat Bar. in l.si publicanus, ff de publ. & Sal.in l.vectigalia, in fin.C.de uectig.& commis.

257 †Quæro de casu per sæpe occurrẽti. Magnifici domini sapientes ad utilia nobilis patrię meæ Rauennæ licitarunt, & seu subhastarunt uectigalia sua plus offerenti:& an ipse publicanus qui dictas gabellas emit & seu conduxit ad tempus cogi possit ad fideiubendum : dic ꝙ sic: immò in licitatione uectigalis nõ debet admitti plus offerens, nisi prius idoneè cauerit l. licitatio, & l.fraudati, & per Doct.ibi.ff.de publ.

258 †Et quando fiscus vendit aut locat prouentus uectigalium suorum & ius exigendi illa plus offerẽti recepta ab emente,& seu conducente idonea cautione sibi pręstita. An ultra triennium concedere debeat dic ꝙ non:quia fit remissio ꝓpter sterilitatem in huiusmodi locatione,& conducentes illicò tenentur soluere debitum fisco finito triennio : & inde procedere debet fiscus ad nouam licitationem pro faciendo nouam concessionem.l.penes illum. C.de uect.& l.à diuo Pio.ff.de re iud.& per Bart.in l.i. C. de iur.haste fisc.lib.x.

259 † Quid si fuerit uenditum uectigal panis per spacium duorum miliariorum quomodo fiat mensuratio dictorum duorum miliariorum:dic ꝙ incipietur à mæniis ciuitatis & mille passus facient vnũ miliare l.mille passus.ff.de verb.signi.

260 † Et quando dicantur uendi, & quando locari gabellæ:dic quòd quando alienantur pro certo tempore & pretium soluitur de mense in mensem, vel de anno in

annum ius vel commoditas exigendi vel percipiendi fructus: intelligitur & censetur locata per legem dotis fructus, de iure dotium, & l. arboribus, de vsufr. & per Fir. in tract. suo vect. in .v. par. Et cum sit facta vt de mense ad mensem, & de anno in annum soluatur pretium gabellæ, vel redditus, cōtractus erit locationis, licet, per verbum impropriè positum venditionis sit factus contractus, quia impropriatur tale verbum: & erit locatio & nō venditio. l. penes & l. fi. C. de vectig. & per Doct. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publ. & in l. locare ff. locati & per Gl. in l. i. & ibi Bar. & Saly. C. de iur. emphy. & in l. conuenit. ff. de contrahen. empt. & per Bar. in l. ii. & in l. item quare. ff. locati & per Bal. in l. æde, & in l licet. C. locati & ibi per Doct. nam in locatione pretium remittitur & non in uenditione, habetur in c. propter sterilitatem, extra de locato.

261 † Quæro de conductore & seu de emptore gabellarum: qui easdem gabellas alteri locat & seu vendit commoditatem sui iuris exigendi & inde fugiatur: aut nō sit soluendo, an in subsidium habebit fiscus ius contra secundum condnctorem, vel emptorem dic ꝙ sic. l. i. ff. de institoria. & per Petr. de Vbal. fratrem Bal. in lib. suo societatis col. i. x. par nec propterea liberatur primus si secundus aufugerit, vel nō soluendo fuerit, vel foret.

Et sic potest conductor, seu emptor gabellarum alteri locare, vel vendere ius suum quod intelligendum est æquè idoneo: aliàs secundus poterit expelli. l nemo, & per Glo. & Doct. ibi. C. locati.

262 † Res autem quæ cadunt in commissum ob nō solutionem gabellarum sunt fisci, & seu illorum, qui vectigalia conduxerunt à fisco tenet Bald. in l. neque. C. de vectig. & commis. & in l. commissa. ff. de pub. & in l. si quis. C. eod. tit.

263 † Et pœnæ datiorum triplicantur publicanis secundum Bal. in c. i. §. fin. de feud. cogni. & in l. exceptis. C. de vectigal. & dicit ꝙ de solutione vectigalis duas hēt partes fiscus, & tertiā ciuitas, vt aliàs dixi nisi sit uectigal principi reseruatum.

264 † Poterit regulariter fiscus, & communitas loco fisci tollere gabellas suas à non soluentibus gabellariis, seu publicanis debito tempore, & eas denuo licitare, & plus offerentibus deliberare. l. vectigalia §. i. ff. de publ. & vectig.

265 † Quæritur si omnes licitè possint emere, & conducere, quibus non reperitur à lege prohibitum, vt de clericis, & tutoribus pupilli, & finita tutela & nondū de ea reddita sit administratio aliàs pœna falsi puniretur, nisi idoneæ satisdederit vtriq;, vel satisfecerit l. i. & per Glo. ibi. C. de ne tut. vel curat. vectigal conducat: nec ob hoc excusatur gabellarius à tutela, licet non teneatur ad onera ciuitatis l. spadonem, & per Doct. ibi. ff. de excus. tu. & l. i. & per scriben. ibi. C. quib. mun. excus. hi. qui & c. lib. x.

266 † Prohibentur, & illi officiales emere, & & conducere gabellas, qui præsunt in subhastatione, & ad ipsos spectat uendere, vel locare vectigalia, & illa deliberare plus offerentibus in licitationibus ſm Ang. in auten. de alien. & emphyt. in. §. iconomus.

267 † Et quibus officialibus sit licitū & permissum contrahere, & pignorari: habetur in l. qui officii, & in l. non licet. ff. de contrahen. empt. & in l. præsides. & in l. quisquis. C. si cert. pet. & per Doct. ibi & in l i. C. de contract. iud. & per Firm. in in iii. par. sui lib. gabell.

268 † Prohibentur & Iudæi emere, conducere, & accipere gabellas Christianorum, & ab ipsis de per se exigere. c. penul. de iud. vbi limitant scribentes posse illas conducere sed ad illarum exactionem non posse per ipsos iudæos deputari iudæum neque christianum, ne fraus fiat: sed per superiorem locantem gabellas deputari unum christianum, qui exigat.

Nec possunt de iure deputari iudæi ad aliquod iudicium publicum exercendū per ipsum iudæū inter Christianos, sed benè inter suos iudæos l. si. C. de iudæ. c. constituit, xvii q. iiii. c. cum sit cum Gl. extra de iudę. & ibi per Doct. & per Bar. in rubr. de iust. & iur. vbi habetur iudæū non posse habere iurisdictionem tempo-

ralem

ralē, nec esse Imperatorē. c. venerabilem, extra de electio. Nec pōt esse iudex, neq; notarius, nec esse doctor, neq; aduocat⁹, neq; aduocare pōt: tenet Bal. in l. i. C. ne rei dominic. vel templ. & per Bar. in l. generaliter. ff. de decur. & l. fin. C. de iudæ. nec esse pōt tutor iudęus, neq; medicus, nec arbitrer christianorū, sed benè iudęorū c. sępe, & c. nullus. xxviii. q. i. nec poterit iurare in tutela & cura iudæus: vt faciunt christiani ad sancta Dei euangelia manibus tactis scripturis, tenet Bart. in d. rubr. ff. de iust. & iur. & horum quidem iudæorum est fugiendum cōmercium, & cōmensatio. Nec in eorum domibus tenere possunt nutrices christianas, etiam cum licentia episcopi c. & si iudæos, & c. ad hoc, & per Abb. ibi de iudę. & c. sæpe: & c. nullus, xxviii. q. i. Nec turbādi sunt iudæi in suo ritu, sed rōne humanitatis, & naturæ tolerantur, & habent portare signū ut cognoscantur inter christianos: vt c. in nonnullis de iudæ. Et habent in die passionis. DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI. tenere fenestras, & ianuas clausas: vt in c. quia de super. extrà de iudæ. & dicti sunt iudæi à Iuda, & hebręi ab Heber q tenuit cultū vnius diei cum familia sua, & Agareni etiā dicti sunt ab Agar. & Saraceni dicti sunt à Samaria ciuitate & nō à Sarra vt lacius dixi in lib. Clem. Sept. cōtra hæreticos, habetur etiam per Spec. in tit. de iudæ.

269 † Et an iudęi possint tenere emphyteusim ecclesiasticā perpetuam ab ecclesia: dic ꝙ sic, secundum ꝙ aliàs consuluit. d. Petr. de Anch. in cōsi. impresso in titu. de locato nu. 3. inter consilia Gaspar. & Io. de Calderinis ꝑ tex. in c. quāto, de vsur. & per Inno. in c. super his, de voto: nam licitè possunt contrahere vt hic.

270 † Et an iudæi ligentur statutis christianorum laicorum circa validitatē, & obseruantiam iuramenti, not. Bar. post Gl. in auc̄ten. iusiurandum C. de iur. iuran. & Pau. de Cast. in consi. xc. & Bart. in l. spadonem. ff de excus. tut. & Spec. in tit. de iura. calum. in §. restat, & conclud ūt ligari, & subici statutis prædictis, & ecclesiæ canonibus.

271 † Et iudæi gaudeant priuilegio Christianorū circa gabellas, videlicet si Cęsenæ ciues non teneantur ad solutionē aliquā gabellarum in ciuitate Arimini, & Ariminenses ciues similiter soluere non teneantur in ciuitate Cęsenæ pro gabella: An forte iudæi nati, & habitantes in Cæsena, & iudæi Ariminenses in Arimino, si qui nati sunt ciues & habitantes Arimini similiter nō teneantur soluere aliquid Cæsenæ & Arimini pro gabella, & gaudeant tali immunitate vt gaudent dicti ciues christiani in dictis ciuitatibus: dic ꝙ sic, ſm ꝙ distinguit Glo. c. sæpe, & per Card. ibi. xxviii. q i. & in clem. i. de vsur. & in c. gaudem⁹, de voto, & ꝑ Firm. in suo lib gabell. in vii. par. Vbi ponit de iudæo, & de eius capitali pœna, qui cognouit carnaliter christianā, cōsuluit Roman. in consi. incipien. An Iudæus & per Petr. de Anch. in consi. xiiii.

272 † Qualiter puniri debeant Iudæi & alii circūcidentes christianos, & receptantes apostatas, ementesq; & reuendētes christianū, seu crucifigentes, vel christianam accipientes iudæi, vel iudęam non baptizatam in vxorem ducentes christiani, habetur per Oldra. in consi. xxxv.

273 † Quanto tpe regulariter habeant expectare officiales deputati: vt res fiscales, ecclesiarum, minorum, & bonorum confiscatorum, & ciuitatum subhastent: dic per viginti dies anteꝙ deliberentur plus offerenti; & minui non debet dictum legale tempus, nisi obstiterit patriæ consuetudo, aucten. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. & per Bar. in l. licitatio. ff. de publ. & in l si tempora. C. de fid. instru. & iur. hastę fiscal. lib. x. & per Ange. in aucten. de alien. & emphyt. §. hac etiam, coll. ix. & in l. i. C. de fid. instrum. lib. x. & per Bald. in l. omnes populi. ff. de iust. et iur. et in l. de his, et in l. minimè. ff. de leg. et in aliis est arbitrarium tempus nisi lex obstiterit, vel consuetudo. Et de bonis confiscatorum notat Bald. in l. i. C de hæred. vel actio. empt. et vend. et per Bart. in l. alio. ff. de alimen. et cibar. lega. quod procedit de iure ciuili vt in d. auct. hoc ius porrectum, et non de iure

Canonico:quo nõ reperitur posse subhastari bona ecclesiarum,& minorum:& ꝑ Bar.in l.i.C.de præf.vrb.præd.& in l.ait prætor. C.de minor.& dicit Bal. requiri subhastationem in rebus immobilibus acceptis propter non solutas collectas.l.i.C.si propter publ.pensit.& de venditione pignorum etiam facto pacto l.fi.C.de iur.do.impe.& seruari in subhastationibus debet forma consuetudinis legis,vel statuti : aliàs nullus foret actus.l. ordo. C.de execut.rei iud.

274 † Et si quid promissum fuerit in subhastatione repetitum intelligitur in contractu posteà sequenti secundum Bart.in l. sciendum.§.deinde.ff.de ędil.edict.

275 † Et an subhastatio probet iustum pretium:tenet Bar.ꝙ non in l.i.C. de præscr.trigin.anno.& de forma subhastationis habetur. per Spec. in tit.de empt. & vendi.§.iiii.& de citatione.§.iiii.versi.si verò:& de primo & secũdo decreto. §.v. & per Bar.in l.licitatio.ff.de publi.

276 † Et possunt subhastantes deputati ad vendendum vectigalia legittima, promittere, & pacisci vt introitus habeantur, arg.l.cuius iurisdictio.ff. de iurisd.omn. iud.& c.propterea,de offi.deleg. & accipere possunt mutuo pecunias, & dare auantagia publicanis,vt melius vendantur,seu locentur vectigalia,arg.l.i.§.non autem.ff.de exercit,& per Bar.in l.ambitiosa.ff.de decret.ab ordi.facien.& poterint in licitatione, seu subhastatione licitantes ponere gabellas suas ad duo millia ducatorum,& dicere ꝙ si quis obtulerit,vel posuerit dictas gabellas ad dictã summam in subhastatione lucretur centum aureos:quia possunt dare auantagia vt supra dictum est quando expedit pro communi vtilitate licitando l.item.§.i. ff.de in diem adieci.

277 † Occurrit discutere si primus offerens in licitatione,seu in subhastatione vectigalium non satisdederit, vel idoneus nõ fuerit. An secundus minus offerens idoneus liberetur ab oblatione propter dictam primam oblationem:dic ꝙ non liberatur,immo secundus cogetur emere,vel conducere dicta vectigalia,tenet Bald.in consi.incip. In Christi nomi ne &c. sup punto.l.ꝙ autem Sabinus.ff. de in diem adiect. nisi aliter fuerit expresum per actum contrarium.

278 † Quid de re ecclesię subhastata,an plus offerenti detur, & deliberetur vt supradictum est de aliis bonis de iure subhastandis :tenet Bart.res ecclesiæ dari debere ꝓ iusto pretio offerenti, & nõ plus offerenti,per Glo.& Arch ibi in c.hoc ius porrectum.x.q.ii.& habetur per Bal .in l.incendio.§.penul.ff.de minor.

279 † Quæritur de eo, qui obtulit in licitatione.An posit pœnitere: dicunt quidã ꝙ sic in l.licitatio, ff. de publ. si publicè obtulit & publicè pœnituit, per l. sed si pupillus,§.præscribere.ff.de instit.actio. quod potest esse verum si ita expedit fisco,& seu reipublicæ aliàs non:cum iam emptio,& seu locatio fuerit perfecta , & non licet ab ea discedere.l.ab emptione. C.de pact.& l.sicut, de actio. & oblig. & l.ii.cum simil.C.de rescin.vend. Et vt prædixi interest fisci habere idoneum debitorem,si idoneus obtulerit centum, & non idoneus centum & quinquaginta obtulit: & fuit vectigal deliberatum non idoneo plus offerenti, qui non potuit obligari nec habere fideiussorem remanebit vectigal idoneo,ꝓ eo quod obtulit in licitatione: quia interest fisci habere idoneum debitorem.l. si uenditor, ff.de in diem adiect.

280 † In offerendo cæteris paribus locus ęst gratificationi tenet Bal. in l.fi. C.de ma. nu.testam.habetur per Glo. in c.venerabilem,de elect.& per Doct.in c.nos consuetudinem.xii.distin.

281 † Et offerẽs notario , vel præconi in subhastatione obligatur secundum Bart.in l.licitatio.ff.de publ.& per Io. de Firmo in tracta.suo gabell.in ii. par.col.v.vbi di cit ꝙ quando est facta oblatio in prima licitatione,seu subhastatione an sit restituendus, & qñ non,& an sit danda secunda subhastatio: vt aliàs plus offerens cõpareat:dic hunc non restitui quando est consumatus contractus per d.l.si venditor.§.fin.& in l.quod autem, & ibi Glo. in §.fin.ff. de in diem adiect. nisi in defe

ctũ ꝙ primus emptor esset nõ idoneus:& vt passim dicitur fallitus, vt in d. ll.

282 † Quæro de casu: Si Titius qui in anno præterito vectigalia habuit pro viginti proferat viginti:quæ Sempronius primo in dictis licitationibus seu subhastationibus, vel incantis gabellarum protulerat, & restituens Titius auantagium pręferri debebit & sibi datium liberari.l.congruit. C.de locat.præd.cur.lib.xi. & per Imo.in l.cotem ferro.§. agri publici.ff. de publ. & vectig. vbi dicit pręferri Titium qui anno præterito habuit vectigal volens tantum soluere, quantum reperiri potest ab alio.

283 † Quæritur de aliis rebus fisci vendẽdis. An sit op⁹ eas subhastari, vt de gabellis: dic vt in Gl.l.q̃uis. C.de uendit.rer.ciui. & in l.i.C.de uendit.rer fiscali. cõmun. cum priuat.lib.x.vbi habetur fiscum posse venundari sine licitatione.

284 † Quęro de occurrẽti casu:Si bona debitoris fisci sint tacitè obnoxia fisco:dic ꝙ sic:quo ad quid:fallit in Ciuitate, & cõmunitate qualibet, nisi id specialiter habuisset à Principe:vt fiscus priuilegium ad hoc, vel inter partes foret pactum cũ iuramento.l. simile ff. ad munici. & l.i. per Glo.ibi.C.de pœn.fiscal.lib.x.& per Doct.in l.rescriptum.ff. de pact.& in l. post contractũ.ff.de dona.

285 †Quidã fisci debitor Cessit bonis:an liberet̃ si ipse nõ fuerit soluẽdo:dic ꝙ nõ.l. pl.,& per Doct.ibi.C.qui bon.cede.poss.

286 † Quæritur de domo gabellarii fisci debitoris an destrui possit: dic ꝙ non, licet aliter nõ sit soluendo, ne ciuitas deformetur: habetur ꝑ Ange.in l.cętera §.hoc senatus.ff.de leg.i.& ratione prædicta ne ciuitas deformetur legari domus nõ põt vt destruatur.l.filiusfami.§. ædes,ff.eo.tit.

287 † Quæro si domus potest de iure pro debito, & pignore discoperiri, dic ꝙ nõ ne deformetur ciuitas, & interest reipublicæ ne ædificia destruantur:tenet Bart. in l.nutu.§ fin.ff.de leg.iii. qđ facit contra quosdã officiales: qui cõmittunt ꝓ debito,& pignore domos discoperiri, vt tegulę, lapides, & lignamina, consignent creditoribus, lex aũt prohibet Tigni iniuncti & dat duplũ dño ligni in ædificio positi ne lignũ in opera, & domo alterius iniunctũ tollat̃, & ne ædificia destruant̃ pro deformatione ciuitatũ, facit contra quosdã officiales dñii ecclesiæ Romanæ, qui ꝓpter delicta aliquorũ factiosorum mandant dextrui eorũ domos, & deturpant ciuitates contra iuris dispõnem & capitula status ecclesiæ ciuitatũ: & hoc faciunt, vt videant̃ terribiles, & iusti falso putãtes iustitiã,& in ipsam de directo inuehũt, delinquũt, & cõmittunt, contra iura, & sunt puniẽdi valdè à sup̱ioribus.

288 † Quæro de rebus ad fiscũ portatis. An teneatur quis soluere gabellã:dic ꝙ non: l.uniuersi, & per Bald.ibi & alios.C.de vecti.& cõmis.Et pariter nõ tenebuntur illi, qui munera, & res afferunt ecclesiæ, & superioribus suis principibus, nec Herodes accepit vectigal à tribus magis Regibus pro muneribus, quæ attulerũt Domino nostro IESV CHRISTO in sua natiuitate, sed illis dixit ite, & nũciate mihi ut ego veniens adorem eum.

289 † Occurrit discutere casum:Si fiscus aut cõmunitas vendidit seu locauit gabellas suas & seu uectigalia in anno præterito, & in pręsenti etiã anno easdẽ subhastare fecit iam finito tp̄e primę locationis, & pertinax publicanus nihil pro ipsis obtulit nec promiserit. An fiscus uel Ciuitas potuerit cõpellere eundem publicanum ad offerendũ id, quod aliàs pro tp̄e præterito obtulit:dic ꝙ non.l.licitatio & ibi ꝑ scriben.ff.de pub. Quod fallit tribus cõcurrentibus vз ut sagax publicanus cõpellatur emere, seu cõducere dictos redditus vectigaliũ, vз si per tẽpus præteritũ quo conduxerat maximos fructus receperit,& quòd pro futuro non reperiat̃ emptor seu cõductor, qui non esset fisci debitor, vel quod fideiussorem seu ipsius laudatorẽ habere non possit.l.cotẽ ferro. §.maximos & per Doct.ibi.ff.de publ.& ꝑ Bal.in l.i.C.de hæred.vel actio.empt. & vẽd.l.cũ ostẽdi,& per Bal. & Ang.ibi in §.fideiussor.ff.de fideiusso. ꝙ dic procedere alic mõ ut in d.§.maximos, non offerente videlicet publicano tantundẽ. non mutata tp̄is conditione vtputa bel-

do, aut peste, vel alia iusta causa superueniente impeditiua redditus gabellarum per Glo. in l. quod seruus, & per Docto. ibi. ff. de cõd. ob caus. & sic rebus sic stantibus non aliter nec alio modo.

290 † Quæro de contractibus publicè factis per officiales deputatos. l. fi. C. de vend. rer. ad ciuitates. An sit seruãdi, & custodiendi p successores & subseqũetes officiales dic ꝙ sic: nec pñt retractari incõsulto supiore. l. coté ferro. ff. de pub. & l. fin. C. ne fisc. rẽ quã vẽd. emat lib. xii. qđ pcedit si publicani sunt idonei & soluũt statuto tpe. l. quod semel. ff. de decr. ab ordi. facien. & per Bar. in l. fundum. C. de administr. rei publ. & in l. Cæsar, & in l. vectigalia. ff. de publ. & vecti.

291 † Pridie fui interrogatus, si emptores gabellarũ possint à fisco grauari, vt soluant pagã vnam vel plures ante tempus pro necessitate reipublicæ: videtur dicendum ꝙ non. l. iustas. C. de iur. fisc. lib. x. & l. si mandauero, la. i. ff. mand. & l. qui calẽdis. ff. de verb. oblig. in contrarium facit tex. in l. i. C. de condi. ex lege, vbi habetur ꝙ hoc fallit in fisco, qui propter necessitates occurrentes potest debitores suos ante diem cogere & ab ipsis exigere: & debitorem quoque sui debitoris cogere posse & ab illo exigere, & ante diẽ grauare ipsum, & tenetur relinquere interusurium debitori medi tẽporis ſm Bal. post Glo. & alios Doct. ibi: & dicunt hoc non esse iniustum, & per Iaso. in l. in diem. ff. de cond. indeb. & plus dicit Bald. in d. l. i. ꝙ omnis fideiussor fugitiuus potest capi ante diem soluendi debiti, allegans. l. quęsitum ubi est Gl. ff. de pign. Et certè incontinenti est soluendum pretium gabellarum communitati vendenti, cũ de pretio aliter fides haberi non possit secundum Bart. in l. i. C. de iur. hastæ fisc. nisi aliàs tempus foret præfixũ solutioni. l. penes. C. de vectig. & commiss.

292 † Contingit fiscum seu communitatem Ciuitatis loco fisci uendidisse sua uectigalia frumenti, uini, olei, salis, leguminum, lignaminum, & similium, & indigere magna quantitate frumenti pro vsu populi, quod frumentum emptum fuit in Apulia, & conductum ad Ciuitatem quæ locauerat gabellas, an ipse fiscus, seu communitas locans teneatur quid soluere gabellariis pro conducta dicti frumenti conducti pro indigentia ciuitatis prout priuata persona teneretur conducens frumentum regulariter cessante penuria dic fiscum, & seu communitatem non teneri l. licitatio. §. fiscus & per Barto ibi. ff. de publi. Firma. in libro suo gabell. tenet prędicta locum habere in fisco tantum, & non in communitate non habente fiscum, Tu amplia nisi communitas teneret locum fisci, & priuilegium haberet, & teneret in gabellis ordinariis à principe, & à fisco impositis, pro quibus teneantur soluere ementes à fisco & à principe: Secus in extraordinariis aliqua impositis necessitate. l. i. C. de priuil. do. Augu. libr. xi. & per Salyc. in l. uniuersi. C. de vectig. & commiss. & per Bart. in l. i. C. de nauicul. & ordinaria illa dicuntur, quæ à Principe imponuntur, vel à lege & illa dicuntur extraordinaria quæ ab inferioribus officialibus imponuntur. l. hi qui, & ibi Bar. ff. de iur. inmu.

293 † Publicani quidã emerunt gabellas macellariæ macellatoribus inuitis, & fecerunt tenere unã apothecam pro uendenda carne apud macellũ, seu beccarias: An hoc iure facere potuerint allegantibus macellatoribus se soluere pensionẽ pro macello & eius domo dic ꝙ nõ, ſm Inn. in c. significante, extra de appell.

294 † In contractu locationum videtur actũ ne quid fiat per locantem in præiudiciũ conductoris ꝑpter quod impediatur tractos & redditus gabellarum: nam tunc poterint gabellarii cõtradicere ꝑ interesse suo. l. Proculus. §. fi. ff. de vsufr. ubi dicit tex. ꝙ agit fructuarius contra dñm nõ patiẽtem vti, & frui re sibi relicta usufructuanda pro rata temporis restaurari. Et qualiter agant impediti gabellarii, habetur per Spec. in titu. de causa proprie. & possess. in §. iiii. versic. xi.

295 † Et conductores gabellarum impediti culpa, uel facto locantis, agent ad interesse cõtra locantem. Nec ipsis inuitis concedi

cedi poteſt reſtauratio temporis. Nã impediti per annum non coguntur recipepere fructus alterius anni: & ſi cõductor fuerit impeditus ſine culpa locantis : eſt faciendum ſibi reſtaurum , & ſeu remiſſio mercedis eſt ſibi facienda per locantem:ſed ſi fuerit eius culpa impeditus aget ad intereſſe contra eum.l.ſi fundus: & l.ſi quis domum.ff.loca.

296 † Et ſi coactus ſoluerit conductor collectam pro locatore debitore collectarum, vel decimarum. An ſolutum poſsit repetere à locatore:dic ꝙ ſic.l.ſumma, & per Bal.ibi.C.de pigno.& in l.cum notiſsimi,in iiii.col.C.de pręſcript.trig.anno. & l.cum ad quem.C.de vſufr.& per Bal. in l.i.C.de iur.emphyt.

297 †Et ſi conductor pro voluntaria refectione locatæ domus non poterit vti re locata:agere poterit ad intereſſe Secus ſi ex neceſſaria cauſa: nam tunc pro rata temporis ſibi reficiet : nec actio vlla dabitur ad intereſſe.l qui inſulam.& l. habitatores.& per Doct.ibi.ff.locati: & in l. æde, cum Glo. C.eod.titul.

298 † Conquæruntur gabellarii quod pauci veniũt mercatores An ipſis ſit facienda remiſsio:fuit quæſitum à me reſponſum dedi:quòd non:ſecundum Bal.in l. ſi ea. C.de vſur. nam præcogitare debuerunt publicani paucos ibi fuiſſe tranſituros mercatores:& ſi plures tranſiuiſſent ſolito mercatores ; non fiſco quidem ipſi publicani accreſcere pretiũ voluiſſent.

299 †Quęro de guerra & de peſte. An ꝓpter guerram & peſtem fiat remiſsio , & reſtaurum in locatione gabellarum: dic ꝙ ſi locatur aliqua res corporalis , vt puta fundus:quòd ſit reſtaurum & ſeu remiſsio ob caſum inopinatum peruentũ : videlicet ob copiam maximam locuſtarum vel murum:heroam:ſata: & ſegetes rodentium : vt quandoque contingit in Apulia:vel propter ſterilitatem:nam ſterilitas eſſe dicitur in fundo:eo anno quo p̃ter fœnũ nihil recolligitur : vel ſi quid vltra ſit perceptũ : & adeo ſit modicum: quod de eo nulla eſt habẽda ratio, nec facienda extimatio.l.fi. C.de bon. libe.c. ꝓpter ſterilitatem,extra de loca.& cõd.

300 † Sed ſi locata fuerit res incorporalis vt puta ius ; Spes,& cõmoditas ; exigendi, vel percipiendi redditus gabellarum frumenti, vini,& paſſagiorum,& mercatorum,& mercium, ob dictos caſus inopinatos guerræ,peſtis,ſiccitatis,& ſterilitatis , fiat remiſsio & reſtaurum pretii conuenti pro rata damni habito reſpectu de exactis per publicanos, & ſeu conductores ſi quid exegerint:ſed ſi guerra, & peſtis eſſet culpa locantis : quia culpa & inimicitia ſua prouenerit vel ipſe illã indixerit : vel peſtis prouenerit in curia ſua: quia non fecit debitas prouiſiones, vel quòd pax ſit in eius poteſtate facienda & illam facere negligit aut renuit: & habebitur reſpectus ad id: quod ſolitum erat percipi ex dictis gabellis tempore pacis,vt tenet Bar. in l.ſi merces,§. culpæ,:iũcta l ſi fundus.ff.loc.& ĩ l.ſi ff.ſolu. ma.& ꝑ Bal.ĩ l.ſi ea lege,col.iii.C.đ vſu.

301 † Et dic non teneri ſi emerit,vel locauerit pro vno anno tm̃:ſiue pro pluribus: dum tamẽ vnica ſolutio fiat pretii:vt puta,ſi conduxerunt fundum vel gabellas pro tribus annis pro mille,vel ꝓ vno anno ꝓ centũ: vt tenet Bar. in l. coté ferro in §.qui maximos, vbi tangit de vbertate.ff.de publ.& Bal.in l.ſi ea lege. C. de vſur.& in add.ad Spec.de locato:& ratio eſt quia emptus videt̃ futurus euentus: quẽ debuit p̃cogitare aut p̃ceptio vel cõmoditas futura ſit vẽdita, & empta vt de iactu retiũ.l.ſi iactũ,& ibi Glo.in ver.neque naturali.ff.de actio.empt. nã tũc eſt periculũ emptoris,& ſeu conductoris vt ibi.l.nec emptio.ff.de cõtra.empt.& l.ii. C.de actio.& oblig.& ꝑ Bal.in l.ſi ea lege,col.iii.C.de vſur.& ceſſę vident̃ actiones ĩ cõtractu vẽditionis ꝑ vẽditorẽ ĩ emptorẽ:qa in incorꝑalibus ceſsio habet̃ ꝓ traditione.l.fi.C.qñ fiſc. vel priu. & l.i. C.de pericul.& cõmo.rei.vend.& ꝑ Bal. in l.ii.C.de iur.emph.& in l.licet.C.locati,& ꝑ Imo. ĩ l.coté ferro.§.ꝗ maximos ff.de publ.& vectig.& commiſſ.eorum.

302 † Et pretii conuenti ſolutio etiã fieri poteſt ex pacto faciẽda in plurib⁹ terminis; videlicet de mẽſe in mẽſem, & omni mẽſe,bimeſtre,trimeſtreq; : & de ſex mẽſi-

bus, in sex méses, & similibus terminis.
303 † Quid de emphyteuta si propter guerram, & pestem sibi impedito redditu, fiat remissio canonis: tenet Glo. quòd sic in §. quia vero, & per Ang. ibi aucten. de nō alienan. aut per mutan. reb. & Glo. in auc. si quis. C. de sacrosan. eccl. & Bal. in tit. de pa. constan. & in tit. de treu. & pa. & plenè per Doct. in l. i. C. de iur. emph. & per Bar. in l. si in lege. §. domum. ff. lo ca. vbi dicit pestem esse licitam causam recedendi de domo conducta ante tēpus: vt non teneatur ad pensionem, seu affictum conductor pro residuo temporis: & per Io. And. & Abb. in c. si propter sterilitatem, & per Bar. in l. i. §. si pensio. ff. de migr. vbi dicit hoc esse iuris licet in practica vix obtineatur: & per Alex. in l. si vno. ff. locati propter sterilitatem fit remissio habetur in l. licet, & in l. excepto. C. de locato: vbit si cōpensatio in locatione ad breue tempus ex vbertate alterius anni præcedentis, vel cum proximo futuro: habetur per tex. & Glo. in c. propter sterilitatem, extra de locato.
304 † Et si pro vno anno tantum esset facta locatio; fiscus, & omnis alius, tam in gabellis vt supra dixi, q̄ in aliis rebus stabilibus locatis subiectus esset restitutioni, seu remissioni: & non haberet, quid compensare ratione vbertatis: Ideò legislator noluit, vt per annum tantum locaretur: Eligens triennium infra quod si sterilitas fuerit in aliquo anno dicti triennii posset verisimiliter in idem esse fertilitas ex qua posset compensari.
305 † Quæro si superueniente guerra, aut peste interrumpatur præscriptio ne currat dictis de causis cum tempore guerræ, & pestis homines non sunt tuti ad agendū, & negotiandum: tenet Bar. quòd sic: quia est causa legitima quę impedit præscriptionem in l. naturaliter, §. i. ff. de vsucap. & per Bal. in l. cum notissimi. C. de præscrip. xxx. anno. & per Doct. Canonistas in c. ex transmissa, de præscrip. dicebat Christo. Por. in inst. de rer. diuis. in §. si naturali alueo: quòd posidétes prædia penes flumina quæ sæpe solét inundari, aut propè confinia belli, vel pestis raro præscribunt: & ratio est, quia possessio est facti, & solo animo dependet, sed dominium est iuris in re consistens.
306 † Et idem dicunt, & tenent. Doct. de feriis repentinis. Contrarium tamen in casu dictę præscriptionis firmant. d. Ant. Butr. & Io. de Imol. videlicet præscriptionem currere, sed post ex dicta causa guerræ, & pestis, & feriarum repentinarum restitui: quod non procedit in aliis feriis: & Paul. de Castr. consuluit currere in consi. ccxciii. transiens cum sententia. D. Ant. de Butr. & Io. de Imol.
307 † Viget in ciuitate statutum solui gabellam de frumento quod extrahitur: quid de frumento in portu aduecto pro quo fuit aliunde soluta gabella, an de eodem sit soluenda cum extrahitur stante dicto statuto: dic quòd non: cum dictum statutum intelligatur de frumento recollecto in territorio statuti, secundum Alex. de Imol. in l. cętera. §. si quis, per Bar. Ang. & Paul. de Cast. ibi, ff. de leg. pri. & per Alex. in consi. lxxvii. iiii. lib. incip. visa inquisitione, & per Glo. in l. si quis, C. de ædifi. priua. quoniam dictum statutū intelligitur de suo frumento recollecto in loco statuti extrahendo: non de alieno recollecto extra territorium suum tenet & Firm. in suo lib. gabell. in v. & viii. par.
308 † Sat in ciuitate statutum, quòd pro rebus mobilibus, & immobilibus soluatur gabella, quo stāte: quid si res aliqua portata fuerit per debitorem pro pignore ad domum creditoris quis prædictorum teneatur ad gabellam dictæ rei, An creditor, vel debitor: dic dominus rei teneri, nisi statutum disponeret gabellam solui per personas portantes videlicet per nautam, & seu mulionem, & similes: q̄a tunc non domini rerum, sed ipsi portantes tenerentur, & non creditores, neque debitores: nisi aliter foret pactum, seu cō uentum inter partes: tenet Barth. in l i. ff. de alimen. & cibar. lega. & per alios ibi scriben.
309 † Aliud si steterit statutum in ciuitate quòd pro omni confractu soluatur gabella: & si in instrumento venditionis

continineantur plures res, & plura certa prętia. An vna tantum gabella, vel plures soluantur gabellæ: dic ꝙ si singulis rebus certum sit taxatum pretium tene ri ad omnes, & pro omnibus: secus si vnum certum tantum pretium: quia pro vno dumtaxat tunc tenebitur ad gabellam: tenet Bar. in l. cum quidam. C. de iur dot. & Bald. in l. cum eiusdem. ff. de ædil. edict.

310 † Et si dixerit statutum solui gabellam pro quolicet pretio ad rationem vnius grossi pro ducato: in contractu tantum emptionis habebit locum, & in aliis con tractibus si dixerit de omni pretio per Glo. Bal. & Doct. in l. cum dotem. C. de iur. dot. & in l. ex cōnentione. C. de pact.

311 † Quid de pæna stipulata in contractu, an pro ea sit soluenda gabella stante di cto statuto: vt quidam Cæsenas publica nus volebat: dic quòd non: cum tantum sit soluenda pro principali contractu: nā pœna est accessoria contractui, & succedit pro sorte: & pœnalis stipulatio non dicitur propriè contractus: per Glo. in l. Labeo. §. contractus, ff. de verbo. sign. & Bal. in l. ii. C. de iur. emph.

312 † Stat statutum Cęsenæ quòd pro contractibus soluatur gabella. An solui debeat de contractibus nullis, & inualidis, inutlibus, & reprobatis: dic conclusiuè ꝙ non: secundum Bal. in l. Romanæ. C. de eunuc. & per Saly. ibi & Bal. in l. non du bium. C de legibus. vbi habetur vectigal non solui pro contractu à iure reprobato, neque pro inutilibus actis, neque de contractu imperfecto iuxta. l. cōtractus. C. de fid. instru. & per Iac. Aluar. in lib. suo feud e. ii. in tit. quo tempo. miles.

313 † Statuta namque disponentia circa crimina intelliguntur de perfectis crimini bus, & consumatis secundum Bal. in l. si quis nō dicam rapere. C. de epis. & cler. & in l. si quis seruo. C. de furt. & ꝑ Bar. in l. i. §. diuus: & in l. si in rixa. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & per Doct. ibi.

314 † Et quòd non soluatur gabella de inuti libus & nullis & reprobatis cōtractibus stante statuto prædicto: quòd de contractibus soluatur gabella: notat Bar. in l. non putauit. §. non queuis. ff. de contra tab. & in l. vnum ex familia, ff. de leg. i. & de intelligentia prædicti statuti habetur per Bar. in l. iiii. §. pretor. ff. de dam. infect. & per Alexā. de Imol. in consi. lvii. in ii. vol. Et an habeat locum dictum statutum in Cessione iurium, vel rerum immobilium: dic ꝙ non: ita tenet Alex. in consi. liii.

315 † Neque de inualido contractu matrimonii, neque de contractu inualidæ ven tionis, neque de inutili legato, neque de contractibus, & testamentis, inualidis, neque de inualido compromisso, & laudo nullo: nisi prouideret statutum solui gabellam etiam pro inualidis quibuscunque contractibus &c.

316 † Et quid si staret statutum solui gabel lam pro compromisso: aliàs quòd nō va leat: & fuerit vna soluta gabella pro ipso compromisso vt valeat stante dicto statu to. Et an ꝓ tertio electo arbitro; seu arbitro seu arbitratore etiam sit soluen da gabella: vt valeat compromissum ra tione dicti tertii arbitratoris: tenet Bar. & Alex. quòd sic in l. si dominum, ff. de furt. tanq̄ de nouo cōpomisso si tertius sit electus à partibus, cum nouum vt prę dixi dicatur compromissum: quod secus foret si ab arbitris ipsis foret electus: & regulariter contractus est nullus quando ab eo lex, vel statutum remouet pote statem contractus, & ipsi resistit. l. à di uo Pio. ff. de rit. nupt. & per Bal. in l. i. C. plus valere quod agitur.

317 † Et de contractu publicato, & inde re rescisso non soluetur gabela dicto stante statuto secūdum Bal. in l. quod seruum. C. de off. procōs. & lega. Et si dictaue uerit statutum solui gabellā pro contra ctu infra decem dies. aliàs contractus sit nullus: an locum sibi vendicet tale sta tutum in testamento: dic quòd nō: quia propriè testamentum non venit appella tione contractus: quantumcumque testa tor nominet testamentum contractum secundum Glo. & Bal. in l. testamētum. C. de testam. cum non curetur de verbis quando constet de mente. l. quoniam. C. commun. de leg. An habeat locum dictū

ſtatutum in renuntiatione ſimplici, reſolutione, vel reuenditione: dic ꝙ nõ: quia illa non venit appellatione cõtractus: habetur in Glo. rub. C. de pact. & in l. pen. C. de dolo: licet aliter videatur dicere in l. i. C. ſi aduerſ. do. & in l. pactum. C. de colla. & ꝑ Paul. de Caſtr. in conſ. lxxiiii. ii. lib.

318 † Et an dictum ſtatutum quòd ſoluatur gabella pro contractibus habeat locum in quaſi contractu: dic ꝙ non: quia propriè nõ dicitur contractus ſecundũ Bar. in l. apud Iulianũ. ff. ex quib. ca in poſſ. eatur, & contra Bar. notant Doct. in l. mutum, & in l. more, & per Ang. ibi. ff. de acquiren. hæred. & Bal. in l. i. C. de contrar. iudi. tutel. & in l. i. C. quando liceat ab empt. diſcede: & in l. fin. C. ſi tut. vel curat. & per Abba. in c. qua fronte, de appella. & per Alex. in conſi. viii. iii. vol.

310 † Et an dictum ſtatutum quòd gabella ſoluatur pro contractibus habeat locum in contractu tacitè incluſo, vel in alium transfuſo, aut in acceſſorio habetur latè per Bal. in l. cum dotem, C. de iur. dot. & ſic dictum ſtatutum locum tantũ habebit in contractibus ꝓpriis, & non in quaſi contractibus, & impropriis. l. iii. §. hęc verba. ff. de neg. geſt.

320 † Nec locum habebit in additione per quam quaſi contrahitur neque inadiudicatione: quia in iudicio quaſi contrahitur. l. licet. §. ĩdẽ, & ꝑ Bar. ibi. ff. de pecu.

321 † Nec locũ habebit in fideiuſſione quæ in propriè dicitur contractus ſecundum Bal. in auct. ſacramenta, C. ſi aduerſ. vendit. Neque de cõpromiſſo vt ſupra dixi ſecundum Bal. in rub. de rer. permut. in fin. & Imol. in c. ſi quando de off. de leg. licet quidam dicant cõpromiſſum ſecuto laudo eſſe tranſactionem: Tu dic non eſſe propriè tranſactionem, ſed quaſi, & in propriè: aucten. ſi vero cõtingerit. C. de iudi. & ꝑ Doct. in l. i. ff. de tranſa. Neque de inſtru. legitimationis, neq; ꝓcurationis ſtante dicto ſtatuto ſoluetur gabella: ſecundum Bal. in l. his. C. de legi.

322 † Quid ſi dictum ſtatutũ dictauerit ſolui gabellam de quolibet contractu alienationis an locum habuerit in permutatione, & datione inſolutum: dic ꝙ ſic: qa per verbũ generale alienationis continebitur oĩs cõtractus trãslatiuus dominii. l. ſi. & ꝑ Doct. ibi. C. de reb. alien. nõ alie na. & per Bal. in auct. res q;. C. cõmu. de leg. l. ſtatu. liber. §. quintus. ff. de ſtatu. libe. Et nomen venditionis eſt etiam generale cõprehendens omnes contractus oneroſos ex titulo oneroſo ſecundum Bal. in l. fin. ff. de cond. ob cauſ. & Bar. in l. fin. §. in computatione. C. de iur. de lib. & l. per diuerſas. C. mand. cum omnis contractus translatiuus dominii vt dictum eſt veniat appellatione venditionis vt in d. l. ſtatu liber. §. quintus. ff. de ſtat. liber. & per. Bar. in l. ſicut. ff. quib. mod. pign. vel. hypot. ſolu. & Bal. in l. emptorem. §. ſciendum. ff. de ædil. edict. & ꝑ Alex. in l. ab emptione. C. de pact. & in l. vnum ex familia, ff. de lega. ii. & ꝑ Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. & in l. i. in fi. in vſi. feud. de alien. feud. pater. & per Firma. in lib. ſuo gabell. par. viii. Et idem dicit Bal. eſſe de mutuo, & cõmodato in l. i. §. huius edicti. ff. de cõſt. pecun. & in l. vnum ex familia. ff. de leg. ii. vbi dicit non ſolui gabellam de inſtrumẽto electionis pauperum per ipſos pauperes ſtante dicto generali ſtatuto: ſed per executores teſtamenti ſoluenda erit gabella pro bonis teſtantis legatis pauperibus.

323 † Et cupiens quidam vitare gabellam cõtractus venditionis promiſit dare decem corbes frumenti Petro an vitabit dictã gabellam propter verbum dare ꝙ eſt accipiẽtis facere; & eſt contra naturam vẽditionis. l. exempto. ff. de donat. ſufficit enim tradi, & de euictione caueri: dic illum teneri. l. qui cõcubinam. §. ſi hæres. ff. de leg. iii. licet verbum dare non ſit de natura rei promiſſę: quia ille qui tenet̃ ad genus, vel quantitatem; tenetur facere rem accipientis: habet̃ ꝑ Alb. de Roſa: in l. ii. ff. ſi cer. peta. & ſi res trada. in trãſactione, & donatione ſibi etiam locum vendicabit: & è contra ſecundum Bar. in l. non nulli. C. de tranſact. & in l. ſi de. C. ꝙ met. ca. & in l. quod ſeruus. ff. de ſtipu. ſeru. & per Bal. in l. i. & in auct. ſacramenta

menta puberum. C. si aduer. vend. variauit Bal. circa transactioné in c.i. de cõtrouers. inter vasall. & domi. & i l. quoties, C. de fideicõmiss. variauit Bar. circa donationé in l. Labeo, la. ii. ff. de verb. sign. & Bal. in l. cõtractus, C. de fid. instr. & ꝑ Saly. ibi tenenté transactioné non esse ꝓprié contractũ, & dictũ statutũ non habere locum in ea: qđ intellige verum ꝓ cõcordia opinionũ si res retineať transigendo: & non si res tradať cũ effectu: firmat Bar. in d. l. nõ nulli. C. de trans. & Firm. in suo lib. gabell. par. viii. vbi ponit multa specialia digna memoratu circa proprios, & improprios contractus: & circa contractus comprehensos, & non cõprehensos à dicto statuto.

324 † Pacto vectigalis cautum est: ꝙ de omnibus donationibus soluatur gabella. An pro legato soluetur quæ est donatio quędam facta à testatore, & ab hærede præstáda. l. i. ff. de leg. i. & l. legatũ. ff. de leg. ii. & si consequentur vectigal suum publicani ex prædictis: contrarium tamen videtur esse dicendum de iure propter cõmunem vsum loquendi: cũ penes vulgum non ita intelligatur leg. si filius familias. ff. de donat.

325 † Statutum nãque ꝑdictum quòd soluať gabella ꝓ contractibus fuit sublatum in vrbe Rauennæ: per Iulium secundũ Pontí. max. de anno M. D. I X. quo anno ciuitas Rauénæ fuit restituta ecclesiæ Romanę per Illustrissimũ dominiũ Venetorũ: qui illã ꝑ annos sexaginta detinuerant virtute testaméti Illustriss. Opizo. de Polenta olim feudatarii, & vicarii Romanæ sedis, & ipsius San. Romanæ Ecclesiæ hęrede relicto filio suo Hostasio: qui imprudenter decessit in Creta malè consultus ab vxore sua Iunipera.

326 † Occurrit quod quidã Cesenas vt euitaret gabellam statuti Cesenæ de contractibus: vbi est tale statutum in obseruantia; cõtraxit Rauennę, vbi huiusmodi statutũ est sublatum, & non seruatur: an teneatur soluere gabellam Cesenæ: videtur dicendum quòd non: cum statuta non recipiant fictionem: contrarium tenet Bal. in l. multum, in v. col. C. si quis alte. vel sibi libro quarto, quia si actus haberet aliquid fictionis plus tamen veritatis illud erit potentius: cum veritas ꝓferatur fictioni: & verum consensum, & veritaté habeat in se veritas: quæ ibi est vbi esse vult per not. ꝑ Bal. in l. nihil. ff. de capt. & postl. reuers. & l. ex facto. §. verum. ff. de hæred. instit. & l. debitor. ff. de pigno. & per hoc obuiatur fraudibus. l. cum de lanionis. §. Sabinus. ff. de fund. instr. & in l. multũ. C. si quis alteri, vel sibi: & plus dicit Bal. ꝙ si ius ciuile non esset: quo inductæ sunt fictiones, de iure gẽtium solutio fieret ibi: vbi est collata, & ꝓmissa solutio: & hoc iure omnes gentes vtuntur tanq̃ iure quasi naturali: q̃a in se habet quasi naturalem rationem; Contrarium videtur voluisse Glo. in l. eum qui. §. Iulianus. & in l. si duo. ff. de const. pecu. & dicit Bal. in l. i. C. vbi conuen. qui certo loco dare ꝓmisit: ꝙ in loco cõtractus vbi est perfecta solennitas. Et non in loco vbi res est solui debet gabella. l. i. C. de contrahen. empt. & per Bar. & per Io. Bap. Caccialupũ de San. Seue. in l. cunctos populos. C. de summ. Trini. & fid. cathol. & per Glo. in l. i. C. de bon. aucto. iud. poss. & Abb. in c. fi. de for. cõpet. & Bal. in l. i. C. vbi cõuen. qui cert. loco da. promis. & per tex. in l. si fundus ff. de euict. & per Bal. in l. magis puto. § illud. ff. de reb. eorum.

327 † Vnde datur cautela pro illo qui vult vitare gabellas contractuum in loco ubi degunt statuta soluendi gabellas pro cõtractibus & vadat aliò ad contrahendũ vbi gabellæ non soluuntur: quia ibi sortietur forũ ratione cõtractus. l. si fundus. ff. de euict. & per. Abb. in c. fin. de for. cõpet. & per Ant. de Butr. in c. licet, & fin. eod tit. & per Bal in l. i. ff. de contrahen. empt. & per Firm. in viii. par. sui tracta. gabell. col. xvi. ibi. xxxix. quæro ꝓ contractu facto extra territorium an &c.

328 † Accedit prædictis quæstio per dies occurrens: factus est contractus Rauénę super re existente Forliuii vbi facta, & secuta est traditio; quis erit cõpetés iudex & cũ hęc sint quotidiana ꝓpter cõsuetudines, & statuta gabellarũ: ut in practi

ca sua criminali not. Iacob. de Belui. in repeti. capit. contrahentes, de for. cõpet. Et an sit soluenda gabella in loco vbi sit mandatũm, vel ratihabitio secuta, vel in loco vbi partes conueniunt: vt puta si partes contrahunt in vno loco, & traditio alibi fiat, in loco traditionis debet solui gabella: quia tunc perficitur contractus: vt inst. de empt. & vendit. in princ. Et ita seruatur de vsu, stylo, & consuetudine: quia locus ille vbi contractus perfectionem suam assumit inspici debet: licet res sit alibi, vel aliò mãdetur, vel sub sequatur ratihabitio: & in illo loco soluẽda est gabella. l. obseruare. §. fin. ff. de off. procons. & lega. & l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eorum. & per Bar. in l. hęres ab sens. §. apud Labeonem. ff. de iudi. & l. si proponitur. ff. de fideiuss. & in regu. in obscuris: & in l. fin. ff. de off. præfect. vrb. & per Io. And. in c. dudum, de elect.

329 † Quid si dictauerit statutum gabellam solui infra decem dies pro contractibus; aliàs sint nulli: & si per vnam partium fuisset oppositum non fuisse solutam gabellam vt contractus annulletur: an altera poterit obicere: vt paria delicta mutua compensatione tollantur. l. viro. & per Rom. & alios scriben. ibi. ff. solu. matr. & docet Bar. incontinenti replicari debere vt exceptio talis releuet ipsum ad impediendum processum, & examinationem. l. quoniam. C. de adult. & per Bar. in l. cum mulier. ff. solut. matr. & in l. apud. §. Marcellus. ff. de dol. except. & in l. acceptam. C. de vsur. & sic intelligitur ope exceptionis: habetur per Bar. in l. si ita quis. §. ea sunt. ff. de verb. oblig. Et est facienda distinctio aut statutũ tollit executionem contractus de quo sit soluẽda gabella, aut contractum annullat: primo casu non potest debitor excipere de ea nõ soluta à creditore: habetur per Ang. in aucten. vt iud. fine quo. suffr. §. itaq; . Secundo casu sic: quia datur dicta executio: habetur per Bar. in loco prædicto: & Bal. in l. i. §. Ofilius. ff. ne quis eum qui ius vocauit. Sed si statutum annullat contractum: quia tunc nullitas non opponetur contra personam agentis sed contra ipsum contractum: merito tunc excipiens audiri debet. l. si non fuerit. ff. de iur. iuran. & per Canonistas in c. dilecti, de except. quod intelligẽdum est circa præmissa congruè referendo: quòd si venditor à principio fundauit se in dolo emptoris petendo rem: cum nõ valuerit contractus propter non solutam gabellam ab emptore: poterit reus contra eũ excipere ne audiatur propter parem culpam: tenet Bar. in l. i. C. de cano. frumẽt. lib. xi. Sed si actor non fundauerit se in dolo rei: sed petit pretium: fundans se in iure communi reus excipiens repelletur replicatione: secundum Alexan. de Imol. in d. §. Marcellus. Et talis exceptio etiam habet locum inter mercatores: quantumcunque inter ipsos cognoscatur, & procedatur de bono, & ęquo ex forma statuti: cum fauor publicus insit secundum Bal. in l. si pro ea, in fin. C. mand. Nec obstat aliquorum distinctio: ꝙ quando est locata gabella priuato, & non retenta pro fisco: ꝙ tunc cesset fauor publicus: & agetur de priuato fauore conducentis: Tu dic gabellarios conductores esse loco fisci vt aliàs dixi. Et quidem esse posset ꝙ damnum cõtingerit locatori in frumentum ob attenuatas exactiones: & pro minori pretio venderentur gabellæ cum damno fisci: & quia inter mercatores vt prædixi aliàs, agitur de æquitate non operabitur inter ipsos exceptio proposita pacti nudi: cum de ęquitate canonica sit obligatorium tale pactum. c. i. de pact. in vi. & per Bar. in l. Quintus. C. mand.

330 † Quid si pro contractu non fuerit soluta gabella infra tempus statuti disponentis contractum esse nullum si non soluatur: an ipso iure contractus sit nullus: dic quòd non, sed ope exceptionis releuabitur vt supra dictum est secundum Bar. in l. ii. de cano. frument. vrbis Romæ lib. xi. & in l. si ita quis. ff. de verbo. oblig. & Bal. in l. i. C de cadu. tollen. nisi aliter procederet statutum, vel formam daret: quæ seruari debuisset ante actum, vel post secundum Bar. & Bal. in l. vniuersa. C. de precib. imp. offeren. & per

Firm.in 8.par.sui lib.gabell.col.xii.

331 † Quæro si purgatio moræ admittatur in casu præmissi statuti; ita quòd post præfixum tempus à statuto posſit solui dicta gabella vt valeat contractus: dic quòd non: secundum Bal.in l.fin.in lectur.antiqua, C. de condictio. inser. & in l. fin. C.de bon.liber.& per Inno.in c. prudentia, de off.deleg. Et quando moræ purgatio admittatur, & quando non quæ regulariter non admittitur facta executione à lege, vel ab homine: notat & Firma.in viii.par.sui lib.gabell.

332 † Quomodo intelligatur statutum ꝙ non soluens gabellam, vel illam fraudans non audiatur in iudicio: an intelligatur ita esse in omni foro ecclesiastico, videlicet, & seculari, seu ciuili: dic ꝙ sic secundum Bald.in c.i.§. si quis, si de feud.inuestit.fuer.contro. An pro executione non solutæ gabellæ pro contractu, aut mercibus competat etiam ius, & interesse contra fideiussorem; & ipsi fideiussori: dic quòd sic secundum Bal. in l. si ea, C. de fideiuss. omnino & Bar. in l. sed & si fideiussor. ff. de re iud. & in l. tam mandari, & ibi per Doct. C. de con sti.pecun.nec potest principalis renuntiare in præiudicium fideiussorum.l.fin. ff. de pact. & l. sed & si quis. ff. si quis caut.

333 † Quæro si debitor debitoris fisci existente principali debitore non soluẽdo: posſit grauari à fisco: dic vt aliàs dixi ꝙ sit priuilegio fisci; secus in priuato: qđ intellige si confessus est debitum.l. omnes.C.de agri.& cõsi.lib.xi.& l.si in causa, & l.si debitum. & l. nõ prius.C.quando fisc. vel priuat. & ibi per Alberi. de Rosa.

334 † Quid de instrumento guarentigiæ si contra ipsum oppositum fuerit in executione non fuisse solutam gabellam de instrumento guarentigiæ, dicto stante statuto non solutæ gabellæ pro contractu: cui incumbit onus probandi: dic ꝙ si solutio gabellæ spectat ex forma statuti ad solemnitatem contractus tenetur probare ille qui petit: aliàs excipiens tenebitur: cum sit fundata intentio agentis per instrumentum: tenet Ange. de Peruſ. in in l.i.C.de iur.fisc.

335 † Quæro de minore q portat res ꝓ quibus debet solui gabella: an sit prohibitus stante forte statuti forma quòd nullus posſit portare res tales. Et à minor cadat in commissum: vt alii non minores: Et an ipsi succurratur beneficio ætatis ne cadat in commissum: dic esse tex. in l.si ex causa.§.in commissum, & per Doct.ibi. de mino. vbi deciditur ipsum minorem restitui; si dolus ipsius non interuenit: & tex.in l. Imperatores, §.fina. ff.de publ.vbi dicitur quòd infra triginta dies potest soluere minor impunè sed post habet beneficium restitutionis in integrum: vt in d.§. in commissum, quod procedit in pupillo, & adulto quolibet, scilicet circa dictum terminum.xxx dierum sine beneficio restitutionis in integrum. Hodie tamen seruatur illæsus pupillus ante, & post.l.fin.C. in quib.cau. in inte.re.non est necess.per Glo.in.l. si tutoris.ff.de admini. tuto. & per Doct. in d.l.Imperatores.§. fin.ff. de publ. Et dicit Bar.in l.ii.C.de fund. patr. minorẽ restitui si infra terminum statuti nõ soluerit gabellam.

336 † Dicens ꝙ si ciuitas permiſsione principis habuerit gabellas sibi concessas, & non habeat iura vectigalium vigore statuti si minor non soluerit non incurrit in pœnam per dictum tex. sed si tutor, vel curator minoris pro minore mercãdo non soluerit gabellam pro mercibus minoris: & res incident in commissum tenebitur tutor, siue curator ad interesse minori per d.l.si tutoris, cum Glo. & ꝑ Doct.ibi.C. de administr. tut. Notandũ est an statutum, vel consuetudo generaliter loquendo includat minorem: dic ꝙ sic.c.constitutus, de restit.in integ. & de administr.tuto.in l.si sine, in §.lacius. Quod est limitandum nisi statutum, vel consuetudo puniret aliquid quod de iure communi non esset punibile: tunc minor non includeretur in statuto, vel consuetudine.c.ii.de delictis puero adde singulare Romani. DCCCXVI. incip. tu scisti tit.C.

337 † Quæro de casu:emerunt duo gabellas portarum interse diuidentes emolumentum: & quod de tali emolumento talis portio portæ sit Petri, & alterius portio portæ sit Pauli:& vnus ex prædictis plus accepit q̃ alius ex sua porta: an cõmunicari cum alio debeat:dic ꝙ non: cum sit inter ipsos facta conuentio, & diuisio.l. licitatio.§.socii.ff.de publ.

338 † Stat regia prouisio quòd omnes habentes puteos salis teneãtur facere sal, & dare id cõmuni pro soldis decem pro quolibet sextario librarum.cx. contingit ꝙ commune non indiget sale; & habentes puteos fecerunt magnam quantitatem salis: quam offerunt communi; instantes vt id in commune acceptet. An commune tenebitur illud acceptare: dic ꝙ non si non vult,sed illis tenebitur ad interesse suum.l. sed addes. §. si dominus. ff.locati:& l.si,cum mihi.ff.de dolo:quia hoc est inductum pro vtilitate cõmunis: cui,& fauori suo renunciare potest.

339 † Pacto datiarii cauetur quòd datiarius salis non possit vendere id nisi prout declarauerit Princeps,vel ciuitas: quæ est solita facere.x.vendere in mense Septembris, & Octobris, & vsque ad Frebuarium plus videlicet pro soldis. xxiiii. & per multos dies antequàm Princeps vel ciuitas declararet mentem suam: quam declarauit vendi pro.xxii.soldis ꝓ sextario quolibet: vendidit datiarius. Quæritur si datiarius salis tenebitur emptori prædicto cui vendit sal vltra solitum pretium quod ipse habebat antequàm Princeps, seu ciuitas declararet pro Principe,vel declararet pro ipsa ciuitate: dic ꝙ sic.l.si ita stipulatus fuero si ticius consul,in princi.& l.huiusmodi. ff. de verb. oblig. arg.l.quanq̃. C.de excusat. tut.& poterint etiã puniri arbitrio Principis, seu ciuitatis.

340 † Occurrit casus quòd exigitur gabella in via communi duorum territoriorũ diuersorum dominorum existente intra ipsa territoria:qualiter soluatur gabella: & per quem exigatur: dic per vtrumque dominum dictorum territoriorum,& gabellarios ipsorum: vna dumtaxat gabella,& non plures diuidenda communiter inter ipsos secundum Bal.in l. penul.C. de cond.inser.& per Petr.de Vbal.in vii. par.sui lib.societa. Et idem seruabitur in maleficio commisso in dicta via existente intra dicta duo territoria: denunciabitur per vtrunque syndicum in vtroque foro, & in vtroque punietur: tenet Bar. in l. ii. C. vbi de crim. agi opor. & vterque tenebitur ad pœnam statuti: & vterque iudex cognoscet, absoluet,& cõdemnabit pro vt iuris fuerit: quia vtriusque maiestas offenditur: tenet Bar. in l. iuris peritos.ff.de excus.tut. & Bal. in l. penul.C.de cond.inser. Et sic de emenda damnorum tenebuntur villę dictorum duorum territoriorum vbi est tale statutum emendæ: & vna villarum, seu casalium plurium vno soluente pœnam insolidũ liberabitur alia villa, seu aliud casale: vt passim dicitur in Regno Neapolis secundum Bald.in l. ex maleficiis. ff.de actio & oblig. & per Spec.in tit.de rapt. Et dictum statutum gabellam solui pro omni contractu,locum etiam habebit in contractu facto inter patrem,& filium: nisi sit contractus lucratiuus, vt donatio secundum Bar. in l.i. C. de imponen. lucr.descript.lib.x.

341 † Et si dictauerit statutum solui tantum gabellam pro pœna, quantum pro sorte infra decem dies. An executio fiat pro pœna lapsu dicti decem dierum: dic ꝙ non: quia debet primo liquidari pœna antequàm exequatur:secundum Bal. in l. pri. C. de his quæ pœnæ nomine, col.xv.

342 † Et si statutum dixerit solui sportulas iudicibus pro omnibus causis:an teneantur clerici ad illas soluendum: dic quòd non: cũ sint priuilegiati.l. cum ecclesia. C.de epis.& cler.& per Bal.in l.cunctos populos.xxviii.col.C. de summ. Trini. & fid.cathol.

343 † Quæro de eo qui duas in æstimo habebat possessiones libratas, seu extimatas in decẽ:vnam ex illis vendidit, & aliam reliquit ecclesię vendẽdã: & pretiũ ex ea distribuendum pauperibus: quomodo soluetur collecta istarum duarum

possessionum

poſſeſsionum, & onera fierent ſtante dicto ſtatuto: ꝙ ſoluatur collecta, vel onus feratur pro quacunq; re ſtabili, dic poſſeſſores pro rata teneri, & ſi fuerit primo onus impoſitum tenebor ego pro rata, & alii pro reliquo poſsidentes conuenientur. l. in his, in fi. C. de pręd. nauic. lib. xi.

344 † Statuto cautũ eſt ciuitatis, ꝙ pro quolibet libello ſoluatur gabella, an ſoluenda fuerit gabella ꝓ addictione facta poſt ad libellum: vt puta ſunt decem in libello, & inde additæ ſunt aliæ decem, an pro illa decem addita ſit ſoluendũ vectigal ſicut fuit pro primis decem petitis: dic attendenda eſſe verba ſtatuti, ꝙ ſi diceret ꝙ ſoluantur tot pro qualibet libra, ſoluatͣ & ꝓ additione, prout notãt Doct. in l. ſcire debemus. ff. de verb. obl. & per Bal. in l. generaliter C. de epiſ. & cler. & ita intelligitur quod not. Bar. in l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iur.

345 † Et ſi diceret ſtatutum prædictum de quolibet libello ſolui gabellam non erit ſoluenda pro additione ſi facta erit ex eadem cauſa.

346 † Et ſi ſoluatur gabella ſtante ſtatuto ꝙ pro contractu ſolui debeat gabella acquiſitæ proprietatis, An ſolui debeatur iterum pro contractu: quo acquiratur vſufructus ſtante alio ſtatuto de quo ſuperius ꝙ pro omni contractu ſoluatur gabella: dic non teneri, tenet Bar. in l. ſi proprietati. ff. de iur. doc.

347 † Et ſi ſtatutum dixerit ꝙ pro iudicio incoato ſoluatur gabella, & inchoatum ſit in duobus locis, in quo loco ſolui debeat gabella: dic in loco iudicii, & id eſſe inſpiciendum ſiue loquamur de ordine proceſſus, ſiue de ordine executionis. l. miſsi opinatores. C. de exacto lib. x. & ꝑ Doct. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam, de re iudi. & Bald. & Io. Bapt. de ſan. Seuer. in l. cunctos populos: C. de ſum. Trin. & fid. cathol. vbi dicunt de concernenti ſollennitate, & ordine contractus.

348 † Et ſi diſtauerit ſtatutum ꝙ pro omni contractu ſoluantur ſex denarii pro libra, vel vnus groſſus pro ducato quolibet pretii conuenti pro gabella, & ſeu datio aliàs contractus ſit nullus vt aliàs dixi: contingit quòd quidam emit domũ pro libris tercentum, & ſoluit tantũ pro ducentis libris. An cõtractus ſit nullus, vel ſaltem valeat pro ducentis: dic non valere ſtante dicto ſtatuto, tenet Bald. in l. i. C. ſi aduerſ. rem iudi. & Alexan. in conſi. lvii. in ii. vol.

349 † Et ſi contractus non valuerit alia de cauſa nulla debetur gabella, vt aliàs dixi ſecundũ Bal. in c. i. de ſucceſſ. feud.

350 † Et ſi diſtauerit ſtatutum ꝙ de pretio cuiuslibet rei in cõtractum adductæ ſoluatur gabella de emptione tantum intelligitur ſecundum Glo. in l. cum dotė. C. de iur. dotium, & per Bal. ibi & in l. fina. C. de præd. decur. lib. x. & per Iaſo. in l. i. C. de iur. emphyteuti.

351 † Et ſi dixerit ſtatutum de quolibet contractu ſolui gabellam ex quo ius oriatͣ. An ſolui debeat de qualibet promiſsione obligatoria de vendendo: dic quòd ſic: nõ tamen venditione poſtea ſequente iterũ ſoluetur cum ſemel ſolui debeat ſ͞m Bar. & alii ſcriben. in l. fin. ff. de publ.

352 † An dictum ſtatutum locum habebit de contractu promiſsionis de vendendo, vel è『contra de ꝓmiſsione, vel de euictione, dic quòd non, tenet Bar. in l. fi. §. quot. ff. de pub. & Gl. in l. honorē. ff. de mune. & oner. & Bal. in l. i. C. de pact. pig. lib. viii. & quid de cõtractu ceſsionis notat Bal. in l. cum per eos. C. ſi quis alie. nomi.

353 † Quid ſi vt aliàs dixi ſtatutum non. ſolutæ gabellæ pro contractu annullauerit inſtrumentum: an obligationem annullet in eo contentam, tenet Fran. de Crema quòd non in ſing. ſuo. xl. incipien. ſtatuto cauetur cum aliud ſit inſtrumentũ, & aliud contractus.

354 † Quid ſi ſtatutum dictauerit quòd pro quolibet teſtamento, vel inſtruméto ſoluatur gabella. An habeat locũ ſi reficiatͣ inſtrumentũ, vel teſtamentum de nouo ammiſſo protocolo, & iam ſoluta fuit gabella: vel ipſi aliquid addatur, aut pluries leuetur in membranis, vel cartis papiraceis, tenet Alex. de Imo. quòd non in l. i. §. ſi quis. ff. de verb. oblig. & Bar. & Doc. in l. i. & in l. vnum. ff. de teſtamen. & in l. quoniam, & per Bal. ibi. C. de teſtam.

Et si quis habuerit dominiũ in re certa, & id culpa, vel uoluntate sua ammiserit. An teneatur soluere gabellam, tenet Abb. quòd sic in consi.lxx. col.i. Et quo modo intelligatur dictum statutum, dic intelligi si hæreditas erat lucrosa, & addita, aliàs heres non tenebitur auctẽ. de nupt. §. si verò expectet, & per Ang. ibi col.iiii. & per Paul. de Castr. in l.fi.§.in computatione. C.de iur.delib. Et est notandum qualiter dictum statutum exorbitat à iure communi, cum de iure communi nulla sit soluenda gabella, cum omnis deductio sit sublata à dicto iure communi ex vltimis voluntatibus. l.fi.C.de edict.diu. Adria.tollen. & per Bald. ibi in iiii.col. & notab.v. & per Paul. de Castr. ibi dicentem strictè fore intelligendum: vbi Bal. etiam dicit malè facere illos: qui contrarium, statuunt: sed si tamen aliter fuerit statutum, seruandum erit statutũ huiusmodi. l.omnes populi.ff. de iust. & iur. & c.i.de const.in vi. & l.i.C.de sum. trin. & fid.cathol. & per Firm.in vlt.par. sui tract. vectigal.

355 † Et si tale statutum disponeret gabellã solui de qualibet hæreditate, an locum habebit in patris hæreditate delata filio: Io.de Plat. tenet quòd non in rub.instit. super verb. Alemanicus contrarium innuere videntur Ang. & Raphael. Cuma. in l.si emancipata. C.de iur. & fact.igno. & verum est secũdum Bar. in d.l. si emancipata, nisi statutum disponeret, quòd de omni lucro vltimarum voluntatum solueretur gabella: quia intelligitur etiam de eo: quod est quasi debitum: quia etiã dicitur lucrum etiam si patris filio deferatur hæreditas, not. & Firm. in vlt. par. sui lib.gabell.

356 † Dicto stante statuto solui gabellam de hæreditate, & si hæreditas vacatur tẽpore gabellarii: qui posteà finiuit tẽpus suæ conductæ, & post additur hæreditas prædicta tempore alterius gabellarii qui gabellas nouiter conduxit, cui prædictorũ debeatur solui gabella, tenet Cyn. in l.fi. C.de fruct. & lit.expen. solui debere primo gabellario cuius tempore vacauit hereditas, & Bal. in l.fin.ff. de iur.om.iud. per legem his quæ in puteum. §. postea. ff. quod vi, aut clam: & ratio est quia dies obligationis cessit tempore primi gabellarii. l.defuncta. ff. de vsufru. & per Cyn. ibi & per Bal. in l.diuortio. §. si fundum ff. sol.matri. & Petr.de Anch. in c.si propter, de rescrip.in vi. & per Moder. in l. hæres. ff. de acquir.hered. in contrarium facere videtur tex. in l. fructus pendentes. ff. de rei uend. & pro hoc faciunt not. per Pet.de Ancha. in c.i.ne præla. vices suas: Sed verior est, & communior opinio prima Cyni, & sequacium cum quo transeo.

357 † Quid si pro gabella soluatur minus ipsius debito pro cõtractu, an vitietur contractus vt superius tetigi, dic vitiari ita disponente statuto etiam si per errorem minus soluatur, quòd secus erit si plus debito solutum erit quòd debeat. l. qui putat. ff. de acquir. hæred. & l.fina. & per Doct. ibi. C.de tempo appell. vbi dicunt quòd bannum non debet cassari illi: qui etiam infra terminum statuti pœnã per errorem soluerit: quia error in calculo dierum nocet, not. Doct. in l.executione ff. de verb.oblig. & per Glo. & Bal. in l.senatus. ff. de contrahen.empt. & in l.ii.C. de rescin.vend. & per Bal. & Io.de Imo. in l.quamuis, ff. de condi. & demonstra.

Vbi dicit quòd si condemnato in pœnam centum librarum ex forma statuti, abscinditur manus si non soluerit infra terminum statuti: quòd locum non habebit si per errorem non soluerit: quod tenet contrarium in gabella. d. Alex. de Imo. in l.seruus. §. si pluriũ, in fin. ff. si quis cautio. & Bal. in l.cũ sit. ff. de sepul. violat. & quòd contractus sit nullus habetur per Bal. in l.i.C.si aduers.vendi & in add. ad Spec. de appel. & per Firma. in viii.par. lib. sui gabell.

358 † Vbi ponit quòd si quis defecerit in vno nummo non soluto pro debito gabellæ stante forma dicti statuti, quòd annullabitur contractus virtute dicti statuti. Et de hærede ponit grauato soluere decem, vel dare agrum, & si soluerit partem, & non adimpleuerit adimplenda pro debito integro agrum habebit: vt dicit, & te-

net Bal. in l. pen. C. de his q. pœnæ noīe, & in add. ad Spec. in tit. de appella.

359 † Quid si dictauerit statutum solui gabellam vt aliàs dixi pro quolibet cōtractu. Aliàs res perdatur, quidam alienauit rē subiectam fideicommisso pendente conditione. An teneatur soluere, dic ꝙ sic cū talis alienatio valuerit in præiudicium alienantis hæredis existentis soluendo & ignorantes secundum Bart. & Ang. in l. Marcellus. §. resq;. ff. ad trebel. & in l. seruo. §. i. ff. de leg. i. & in l. fina. §. fin. C. com. deleg. & l. fin. §. fin. ff. de leg. ii. aliàs potest res vendicari. l. planè. ff. eod. titu. & in sciente pro dimidia tenebitur ratione legittimæ, & trebellianicæ, & pro residuo vēdicabitur, vel pretium veniet in fideicommisso secundum Bar. in d. l. fin. ff. de leg. ii.

360 † Licet non committatur pœna ex frustatorio, & in valido actu, seu contractu ſm Bal. in l. ea. C. vbi mand. fuer. aliena. & per Glo. in l. patronus. §. patronus. ff. si quis in fraude. patro. Et quando pœna contractus, & promissionis inualidæ cōmittatur, & quando non, habeť per Fir. in tracta. suo gabellarum par. vii. col. xv.

Et dic regulariter committi pœnam legalem pro facto, & actu inualido, & nō conuentionalem secundum Bald. in l. ii. C. de epis. audien. & in l. vbi pactum. C. de transact.

361 † Et an prędictum statutum ꝙ soluatur gabella pro contractu quolibet habeat locum in actis quæ causam instruunt, dic ꝙ non ſm Bart. in l. i. §. i. ff. de eden. & in l. fraudem. §. neque. ff. de iur. fisc.

362 † Quid in apoca, seu apodissa an habeat locum dictum statutum quòd soluatur gabella pro omni contractu, & instrumento omni: dic ꝙ sic cum veniant apodissæ appellatione instrumentorum. l. i. ff. de fid. instrum. & per Bar. in l. admonendi, in fin. ff. de iur. iuran. & in l. i. & ii. & per Bal. ibi. C. de fid. instru. nisi de communi vsu loquendi aliter haberetur, ꝙ apoca nō veniret sub vocabulo, & appellatione instrumentorum de communi vsu loquendi. Et qualiter probetur cōmunis vsus loquendi, habetur per Fely. in procœ. Grego. & per Bar. in l. Labeo. ff. de supell. lega. & in l. i. & per Bal ibi. C. de iur. calumnian.

363 † In statutis propriè intelligendis non veniunt testes appellatione instrumentorum secundum Io. de Imo. in rubr. titu. de fid. instrum. quantumcunq; testes instruant causam. Et dicto stante statuto ꝙ pro contractu venditionis soluatur gabella, an eam soluere habeat emptor tantum, vel venditor tātum: Dic emptorem tantum teneri, & non venditorem. l. debet. ff. de ædil. edict. & per Roma. in consi. suo, ccccxcii. incip. per Italiam, & in suo notab. cccccIxxxviii. incip. per Italiam communiter sunt statuta. & Bal. in l. si pręsidium. C. de ædil. actio. & in rub. de reb. cred. & in l. cū mulier. ff. sol. matr.

364 † Quid si fundus in Catastro emptoris, & venditoris descriptus, an una tantum sit soluenda, gabella, seu collecta, pro eo stante statuto, solui gabellam, & seu collectam pro omnibus stabilibus in Catastro, & seu æstimo descriptis, dic vnā tantum solui debere gabellam, tenet Bal. in l. i. ff. ꝙ cuiuscun. vniuers. nomi.

365 † An statutum quòd pro contractu soluatur gabella. habeat locum in distractu: dic quòd non secundum Bal. in l. i. C. de rescin. vend. & Sal. in l. i. C. quādo licea. ab empt. disse. & per Alex. in l. Pomponius. §. præterea. ff. de acquir. possess. & per Bar. in l. ab emptione. ff. de pact. et per Docto. in l. bonæ fidei. C. de pact. & Bal. in l. siue apud acta. C., de trans. & in aliis variis locis, quos breuitatis causa ommitto, & per Roma. in consi. lxxvii & in consil. ccciiii. & per Firma. in lib. suo gabell. in viii. par. Et vnica gabella soluenda est, & non plures secundum Glos. in l. honorem. ff. de mun. & oner. & per Alexan. in l. interuenientis. ff. de iur. fisc. etiam ob nouam partium conuentionē, quod est intelligendum si incontinenti recessum fuerit: partium cōsensu contrario, & non post, ne fiscus decipiatur. Et sic refutatione contractus facta per pactum, id erit seruandum cum nouus sit contractus, secus si per dissolutionem: quia esset distractus nisi res ipsa retarda

tur:quoniam tunc foret nouus contractus,nouam requirens gabellam ſtante dicto ſtatuto ſecundum Ange.& Pau.de Caſtr.in l.ab emptione.ff.de pact.niſi re ſcindatur contractus,vt inualidus. Secus ſi reformetur noua conuentione,& trāſactione denuo facta, ſecundum Bald.poſt Cyn.in l.ii.C.deleg. & in l.ii.C. de eunoc.& per Saly.ibi.

366 † Et quando dicatur renouatus contractus,& quando non:vt gabella ſoluatur, vel non ſoluatur,not.Bar.in l.iuris gentium.C.de pact.De cōtractu uno in aliū transfuſo ſolui vnica debet tātum gabella vt ſupra dixi,& non plures, tenet Bal. in l cum dotem.C.de iur.doti. & contrarium tenet in l. quid ergo.C. de contra. iudic.tute.& eſt notandum quòd appellatione contractus non veniat diſtractus ſm Bal.in l.fina.C.ſi tut.vel cura.

367 † Quid iuris ſtante dicto ſtatuto ſolui gabellam pro contractu,& ꝓmiſiſti mihi vendere domum,& ſoluiſti gabellam: deinde feciſti mihi venditionem. An tenearis ad ſoluendum iterum dictam gabellam de venditione eiuſdē rei:dic ꝙ nō l.interdum,& per Bar.ibi.ff.de publ.

368 † Quid ſi ſtatutum diſpoſuerit ſolui gabellam pro qualibet permutatione. An contineatur permutatio facta de re ad rē: & pro re in pretium:dic ꝙ ſic:quia verbū permutationis ſicut commutationis eſt generale: nam commutatiua eſt iuſtitia omnium commerciorum,vt dicunt philoſophi.l.ita conſtante.ff.de iur.dot.& l. ſciendum.§ emptorem.ff. de ædil edict. & per Ang.in l.cum eiuſdem.ff. eod.tit. & Bal.in l.i.ff.de rer.permut. Et re vera eſt permutatio,& oritur actio præſcriptis verbis.l.naturales.ff.de præſcr.verb. & per Bal.in l.ii.& in l.ſi cum.C.de rer. permut.& per Firm.in viii.par.ſui tract. gabell.vbi dicit venditionem non contineri permutationis nomine, neque ècontra.l.i.& per Bar.ibi.ff.de cōtrahen.emp. & in l.i.C.de rer.perm.& per Bal.ibi,& in l.i.ff.eod.& per Pau.de Caſt. ibidem, & Bald.in l.fin.ff de cond.ob cau.& in l. fin cum Glo.ff.de prę̨d.decur.lib.x.& in c.i.& per Abba.extra de his quę fiunt à præla.& per d.Anto.de Butr.in c. conſtitutus extra de reſtit.in integr. & per Io. And.in add.ad Specu.in titu. de empt.& vendi.in §.nunc dicendum,il.ii.verſ.ſed pone ſtatutum,& per Abba.in c.i.de his quæ fiunt à præla. quantumcunq; nomē permutationis ſit generale ad omnes cōtractus ſecundum Gloſ. & Bart. in rubr. C.de rer.permut. Et ſic dictum ſtatutum ꝙ ſoluatur gabella pro venditione non habebit locum in permutatione:niſi in permutationis contractu interueniret tanta additio pecuniæ vltra rem permutatam,quæ excederet rem datam in permutatione vltra dimidiam prætii: qa tunc præſumeretur, & eſſet uenditio,& non permutatio ſecundum Iaſo. in prę̨lud.feu. In aliis nempè contractibus circa ſolutionem gabellarum vbi pretiū rei appreciatæ concurrit ſtante generali ſtatuto:dę quo ſuperius in nuda poſſeſſione locum non habebit, ſi nuda poſſeſſio permutetur cum nuda poſſeſsione,qa non dicitur permutatio vera, nam vera permutatio transfert dominum, aliàs nō eſſet vera permutatio,ſecundum Bald.in l.i.C.& ff de rer.permut. & habetur per Bart.in l.ſi quid earum.ff. de leg.iii.vbi meminit de larga ſignificatione verbi cōparare & per Firm.in præallegato loco.

369 † Et ſi ſtaret ſtatutum ſolui gabellam de qualibet permutatione,non haberet locum in datione inſolutum ſecundū Specul.in tit.de empt.& vend.

370 † Quæro de ſtatuto iuris congrui, ſiue de iure prothomiſeos: vt ſtat Rauennæ: de quo iure fecit legem Fridericus Imperator incipientem ſancimus, de iure prothomiſeos,ſuper rebus immobilibus venditis quod prę̨latio ſit affinibus,& vicinis. An tale ſtatutum habeat locum in permutatione:dic ꝙ non, Quid ſi detur res pro re, & pecunia. An ſit contractus venditionis,vel permutationis & locum habere debeat ſtatutum prædictum : Tu dic ſecundum Bal.& Iaſ.in prælud. feu. vt ſupra dixi:ꝙ ſi maior pars pretii fuerit pecunia,emptio, & venditio cenſebitur,aliter erit permutatio.l.fundi parte. ff.de contrahen.empt.& l.ſterilis.§.ſi tibi.ff.

bi.ff de act.& empt.& c.qõnes,& per Io. And.& Imo.& alios ibi scribẽ. extra de rer.pmuta.& per Bar.in l. si emptor.C. de cõtrahen.empt.& in dubio censetur cõtractus innominatus.l.i.ff.de rer.permuta.& per Bar.in l.Aristo.ff. de donat.

371 † Soluta gabella pro cõtractu promissionis factæ de mille,in quo cõtractu pactũ fuit:ꝙ si dictũ mille non fuerit solutum ad pascha,liceret creditori intrare possessionẽ bonorũ debitoris, & ea vendere ad eius libitũ. An teneatur de acceptatione possessionis,& de bonorũ ad iudicatione soluere gabellã:Bart. in l.fi.§. quot.ff. de publ.dicit vnam tantũ solui gabellã pro dicto contractu vt aliàs dixi: tenet Ang. in l.cum eiusdẽ.ff.de ædil. edict. contrarium tenet Pau.de Cast.in consi.clxxxv. & dicit teneri bis soluere gabellã , cũ iis sint duo diuersi contractus diuersarũ rerum in diuersis obligationibus deducti, videlicet vnus de promissione, & alius de dandis bonis in tenutam, & dominiũ si ad pascha non soluerit: & sic de rebus in obligationem sub conditione deductis;& noua fit acquisitio,& obligatio,& pro vtroque solui debet noua gabella, & idem tenet Firma. in libro suo gabell.in par.v.col.ii. Quod iuri conuenit. Si de agro sit soluenda gabella quæritur:tenet Bart.quòd sic in l.forma. C. de censi.vbi est ager situs ibi soluitur prout consuluit Bal.consi.ccxv.

372 † Et an dominus,vel vasallus,aut emphyteuta teneatur soluere gabellã pro agro feudali,seu emphyteuticario:Iac. de Aluar.in tit.per quos fit inuest. in vsib.feu. tenet vasallum, & emphyteutam teneri ad dictam solutionem gabellarum,& nõ dominum.

373 † Quæro de contractu conditionali pro quo fuit soluta gabella. An veniente conditione iterum solui debeat gabella : dic non teneri prout firmat Bart. in l.sancimus.C.de consul.& non sparg. lib.xii.

374 † Et similiter pro cessione dependente à primo contractu,vel ab alio cõtractu pro quo fuit una primò soluta gabella,nõ est alia soluẽda gabella:tenent Bald.& Saly. in l.cum per eos.C.si quis alteri, vel sibi,& in l.ii.C.de cond.inser. in antiqua lectura , & Firma. in libro suo gabell. par.v.&.viii.

375 † Quid si stante dicto statuto ꝙ pro omni cõtractu soluatur gabella vt supra dictum est.An si pro dote detur res æstimata soluatur gabella vna pro dote, & alia pro æstima rei,& sic pro duobus cõtractibus:dic ꝙ non:cũ vna sola sufficiat solutio gabellæ,& secundus contractus æstimæ depẽdeat à primo contractu dotis,& ipsius sit accessoriũ ſm Bal. in l.cũ dotẽ. C.de iur.dot. Et an valeat tale statutũ quòd soluatur gabella pro dote,habetur plenè per Lapp.in allegationibus suis.nume.128.& nu 129.

376 † Quæritur ad quẽ spectat onus soluẽdi gabellam pro fructibus rerum dotaliũ. An ad virum,vel ad vxorẽ:dic ad virum per Gl.in l.i.C.de muli.in quo loco munera sexui subeant.l.Lucius.§.constãte. ff.ad municip. & per Spec.in tit.de consul.vbi dicit virum teneri.

377 †Contingit contrahi Venetiis pro re existente Pisis,vel contractũ fieri Venetiis & instr̃m dictæ cõuẽtionis Florẽtiæ vbi erit soluenda gabella si in vtroq; loco sit statutũ de soluẽda gabella ꝓ omni cõtractu,& an duę sint soluendæ gabellæ, vz vna Venetiis,& alia Florentiæ ,dic vnã tantum solui gabellã in loco contractus, & nõ in loco instrumenti confecti : nam aliud est contractus, & aliud est instr̃m: nisi extaret in loco confecti instrumenti statutũ:ꝙ pro cõi parciũ instrumẽto soluatur gabella , arg l.exigere dotem.ff.de iud.& per Doct.ibi,& ꝑ Bal.in l.vniuersa.C.de preci.Impe.offeren. & in l.i.C. de contrahen.empt.& in l.i.C. vbi conueu.qui certo loco.vt aliàs dixi.

378 † Quid de collecta.An sit soluẽda in loco contractus sicut gabella stante dicto statuto ꝙ soluatur gabella , & collecta. Tu dic ꝙ nõ: quia in loco rei vbi est sita soluitur:tenet Bar.in l.i. C. de cens.& in l.i.C.de mulio.& in quo loco: Cõtrariũ tenet Bar.in l.multũ.C.si quis alter. vel sibi & per Saly. ibi & per Alexan.in l.vt præponitur. ff. de fideius. Et idẽ seruandum est pro cõtractu conditionali:vt pu-

ta factus est contractus Pisis cuius condi tio purificatur Senis: dic gabellam dicti cõtractus solui debere in loco cõtractus. scilicet Pisis, si ibi fuerit dictũ statutũ ꝓ omni contractu solui gabellã, cum vendi tio sit actus principalis, & cõditio sit accessorius sequens suum principale. l. etiã. C. de iur. dot. c. accessorium de reg. iur. in vi. & per Bar. in l. sancimus. C. de cõsul. spar. lib. xii. & l. vinum. ff. si cert. petat. & per Glo. in l. si vxor. ff. de iudi. & Firma. in vi. par. sui tract. gabell.

379 † Et anteq̃ exigatur collecta tenetur exactor mittere notã, seu breuium cuilibet ciuitati, vel eorũ syndico, & officialibus deputatis ad regimen earum, in quibus contineat quantũquisq;, aut vicinia soluere teneat. l. i. C. de exacto. trib. lib. x. Et oĩa exacta notare habet fideliter exactor sub pœna incisionis manus: auct. nouo iure. C. de seru. fug. Et in æstimatioue, & mensura prædiorũ quando fit æstimum debent vocari possessores prędiorũ domini. l. ii. & iii. ff. fi. regumd.

380 † Exactorũ officium est mittere in scriptis ad curiam principis quod sit exactũ, vel nõ exactũ. l. aparitores. C. de exactor. Et potestas debet mittere pro oĩbus debitoribus tributorũ instante exactore exigere. l. missi opinatores. C. de exact. trib. lib. x. & exactores hñt exigere si fuerit sibi datũ in mandatis à principe, & si non exegerint, & fuerint negligẽtes tenent soluere de suo, si infra tẽpus sibi ꝑfixum non exegerint ẽm Bar. in d. l. missi, etiã si exactor fuerit in uilla ad exigendũ tales, & collectas, ꝓ tot expensis tenebuntur debitores, an oẽs indifferenter in tot vt puta in viginti: dic ꝙ nõ, sed tantũ pro rata quantum ad expensas: nam qui plus ostendit in plus tenetur tenet Archi. in c. i. de re iud. lib. vi.

381 † In exactione tributorum, collectarum, gabellarum, & functionum fiscalium, proceditur summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicii: & de facto procedẽdo executiue, & sine citatione, ita consuluit Bal. in cõsi. ccccxxxiiii. in iii. volu.

382 † Quæro de contractu donationis, vel de institutione, & legato, an pro oĩbus prædictis soluatur gabella stante dicto statuto, ꝙ pro omni cõtractu soluatur gabella, & ꝙ de donatione soluat etiã dicta gabella, & an dictũ statutũ cõprehẽdat hæredis institutionẽ, & legatum: dic ꝙ sic si institutio, sit lucrosa, & similiter si legatum fuerit lucrosum, & non onerosum, & sit soluẽda hæreditas cũ titulus sit lucratiuus, & tũc sit vt donatio tenet Ang. in auc. de nup. i §. si verò expectet. col. 4.

383 † Et cũ legatum sit donatio quædã à testatore facta ab hærede præstãda vt in eius diffinitione habetur. l. legatum. ff. de leg. ii. Statutũ tamen prædictũ nõ habebit locum in donatione remuneratoria: quæ etiam si excesserit quingentos aureos nõ indigebit aliqua insinuatione, siue fiat ex causa de præterito, siue de futuro, & non simpliciter fiat, habetur per Bar. in. i. constitu. digestorũ: & in l. Aquilius, & ibi ꝑ Alex. & in l. pen. cũ Glo. ff. de donat. int. vir. & vxor & per Saly. in l. legem. C. de pact. & Bar. in l. iuris gentium. §. v. ff. de pact. licet ibi Raph. Fulg. fuerit in cõtraria sententia.

384 † Nã permissa est remuneratio, & nõ donatio. l. quod autem. §. si vir. ff. de dona. int. vir. & vxor. & per. Bal. in l. volũtate. C. de dot. promiss. & per Bar. in l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæredi. & pro remuneratione potest res subiecta fideicõmisso alienari: vt in dicta prima constitutione digestorum habetur & per Bart. ibi & in l. iubemus nullã, per illum text. C. de sacros. eccl. habetur in auct. res q̃, C. comun. delega. & per Io. Bertach. in viii. par. sui tract. gabel. col. xiii. & ratio est quia remuneratio est solutio debiti, & donatio debita, vel datio ex causa beneficii accepti &c. cuius omnis rationalis memor esse debet.

385 † Quid si debitor soluit gabellam de euictione, seu litis contestatione ex forma statuti: an repetat à uenditore obligato ad expensas litis: Paul. de Cast. & Alex. de Imol. tenent quòd non in l. venditores. ff. de verb. oblig.

386 † Quæro de statuto distante ꝙ si venditor non soluerit gabellam pro re empta non possit petere pretium rei venditę,

vtrum poſsit emptori rem petenti cõtra venditorẽ excipere de pretio non ſoluto ſtante dicto ſtatuto:dic ꝙ ſic: quia ſtatutũ excludens à petitione pretii nõ excludit ab excipiẽdo quod pretium ſoluatur : nam per ſtatutũ æquitas naturalis non tollitur:quod eſt quòd quis non habeat rem,& pretiũ:nam quædam denegantur agendo,quæ non denegantur,ſed permittuntur excipiẽdo.l. libertas.ff. de in ius vocando,& per Bal.& Sal.in l.fin. C.de peric.& cõmod.rei vend. & tenent contra Bar.in l.bona fides.ff.de act.emp. & cautus eſſe debet uenditor ne rem det ſine ptetio : & quidã dicunt habere locũ in ciuilibus,& nõ in criminalibus: habeť per Bar.in l.i.§.ſublata.ff.ad Trebell.

387 † Et quid in adulterio pro quo tranſigi non poteſt,cum in eo Deus, & mundus lædatur.l.tranſigere, & per Bart.ibi. C. de tranſ.& in l.nõ ſolum.§.quanq.ff. de iniur.& pulcrè per Io de Firmo in vlti. par.ſui libri vectig.ibi.xix.& xx.

388 † Quæro de ſtatuto diſponente pro ſententia ſolui gabellã: an locum habeat in ſententia interlocutoria: dic ꝙ non : niſi habuerit vim ſententiæ diffinitiuæ nego tium totum finientis cum propriè intelligantur ſtatuta: & non habebit locũ dictum ſtatutum in præcepto de ſoluẽdo, niſi foret factum cum cauſę cognitione, præcedente libello ſm Gl. & Bar.in l.fi. C.de bon.libe.neq; in laudo, neq; in primo,& ſecundo decreto, neq; in iuramento,neq; in cõfeſsione iudiciali, quæ vim habent ſententiarum:locum habebit dictum ſtatutũ ſm Bar.in l.i.ff.de cõfeſſ.& Doc.in rub.C. de re iud.& in l.qđ iuſsit ff.eod.tit.& Glo.in l.i.ff. quando appel. ſit & per Canoniſtas in c.vt debitus honor,de appell.& per Bal.in l.ſi præſes.C. quom.& quando iudex, & per Bart in l. ii ff. de appell.recipien.& in d.Gl.l.primæ in §.ꝙ in ſententiis.ff.quando appella.ſit,& per Docto.in l.i ff. de iuriſdict. omnium iudic.& per Alexand.in conſi. l.ii.volu. & Bald. in aucten. quæ ſemel. C.quomodo,& quando iudex,& per Canoniſtas in c.peruenit de appell. Neque habebit locum in ſententia lata in cauſa ſummaria ſecundum Ang.& Pau. de Caſtr.in l.iii.de iuriſd.om.iud.& in conſil. lxxi.nec locum haberet in Regno Neapolis in aliqua ſententia,& quantũcunq; ſit diffinitiua cum ex regia prouiſione omnes cauſæ ſint ſummariæ.

389 † Et ſi dictauerit ſtatutum ſolui gabellam pro quantitate petita in iudicio , & cum quidam petierit centum,& obtinuerit tantum in viginti aduerſarium condemnari quantum ſoluere tenebitur pro gabella,an pro centum petitis,vel pro viginti tantum obtentis:dic pro quantitate petita centum cum inſpicitur quid petatur,& non quid debeatur ſecundũ Bar. & Ang.in l.in offerendis.C. de appella. & in l.ſi idem cum eodem, iuncta l.cum quidam.ff.de iur.om.iud. & in l.damni. ff.de damn.infect.

390 † Et ſi dixerit ſtatutum ſolui gabellam pro æſtimatione rei vectæ , vel petitæ in iudicio qũo erit ſoluenda gabella,dic ſolui ſecundum quod æſtimabitur res petita,aut vecta prout in proceſſu liquidabitur,& probata fuerit : & non à principio litis ſecundũ Bar.in l.fi.C. de appel.

Et ſi queſtio erit de poſſeſsione extimabitur poſſeſsio,& non res ſecundum Bar.in l.ſi duo.§.fina.ff.vti poſsid.

391 † Et quid iuris de ſentẽtia diffinitiua habente plura capita. An tot ſoluentur gabellę quot capita fuerint in ea:ſtante ſtatuto prædicto:dic ꝙ ſic, cum tot ſint ſententiæ quot capita.Ita tenet Pau.de Caſt. in l.in fideicommiſſum.§. legatum.ff.ad Trebell.& plenius per Fir.in trac.ſuo gabell.in par.viii.

392 † Et ſtante ſtatuto contra non ſoluentẽ gabellam pro ſententia &c. ꝙ cauſa appellationis habeatur pro deſerta, an ven dicet ſibi locũ ſtatutum prędictũ in paupere: qui ſoluere non potuit , nec poteſt cũ in qualibet parte iudicii ſolui nõ potuerit,nec poſsit:tenet Bal. in auct.generaliter,in pen.col.C.de epiſc.& cler. nõ haberi pro deſerta in paupere nõ valente ſoluere gabellã propter paupertatẽ.c.licet,de cẽſ.& per Gl.in l.eos.C.de appel. & Inno.Philip.Fran.& Modernum Deciũ in c.ex ratione, extra de appell.& p

Bal. in l.acceptã.C.de vſur. & in l.ii.§. ſi
quis in iudicio.ff.ſi quis caut.

393 † Quæritur de ſtatuto permittente ga-
bellam ſolui pro legato,& litibus:an ha-
beat locum in legatis piis ex quibus nõ
detrahitur falcidia, & in litibus piorum
locorũ:dic ꝙ non;ſm Bald.in aucten.ſed
hodie,& in l.nulli.C.de epiſc.& cler. ne
que pro legato malè ablatorũ : quia etiã
illud dicitur pium, & debitum ſm Bald.
in l.ſi ſeruo fideicommiſſo.ff.de hered.in
ſtit.& per Bar.in l.i.C. de ſacroſ eccl. q
etiam dicit de hoc non detrahi falſidiã,
ſi probetur ei deberi cui fiat reſtitutio,
aliàs ſic:variauit Bald.in l. cum clericis.
C.de epiſ.& cler. Et ſi ſtatutum dicta
uerit non audiri: qui nõ ſoluit gabellam
an locum habeat in omni foro tam eccle
ſiaſtico,quàm ſeculari:tenet Bal. ꝙ ſic in
c ſiquis ꝑ triginta,col.vi.in tit.ſi de feu.
fuer. controuer.in vſib. feud. & per Mo-
der.in c.fin.de præſcript. Et ſtante di-
cto ſtatuto iudicium non redditur nul-
lum pro petitione in iudicio facta non ſo
luta gabella: quia ſolui poteſt in quali-
bet parte iudicii ſecundum Bald.in au-
cten.generaliter.C.de epiſc.& cler.& in
l.per diuerſas C.mand.

394 † Quid de legato facto cõſanguineo ſuo
pauperi. An dicto ſtãte ſtatuto ſit ſoluen
da gabella:tenent Doct.quòd non in l.ii.
ff.de ſepul.viol.& Bal.in l.illud.C. de ſa
croſan.eccle.& ibi Glo. quia tale legatũ
dicitur pium.Secus ſi foret diues legata-
rius conſanguineus:vt in d.Glo.ad prædi
cta faciunt not.per Bar.in l.alio. ff.de ali
men. & cibar.lega. & in l. durus.ff.ſi cui
pluſquàm per legem falcidiam : fallit ſi
talis conſanguineus reputaretur ab ipſo
teſtatore inops:quia tunc pium legatum
diceretur, vel non eſſet adeò diues ſecun
dum eius nobilitatem , & conditionem
nobilem prout cõueniret nobilitati ſuæ :
& erubeſceret laborare,fodere, vel men-
dicare : vt ſæpe contingit in nobilibus
multis natura operante procreatis pau-
peribus ſecundum Bar.in l.1.C. de ſacro
ſan.eccle.in ii.quæſt.

395 † Quæro ſi ſtante dicto ſtatuto teneatur
legatarius vſufructus:cui per teſtatorem
remiſſa fuit cautio quam præſtare tene-
batur hæredi de vtendo,& fruendo arbi-
trio boni uiri ſoluere gabellam pro tali
remiſsione:tenet Bal. quòd non in lectu
ra antiqua.l.ii.C.de cond.inſer.

396 † Et quomodo de vſufructu ſoluatur ga
bella deducto in contractu,vel cõſtituto
per contractũ,aut per teſtm̃,vel in teſtõ,
aut codicillis legato, ſtãte dicto ſtatuto
ꝙ ſoluatur gabella &c. dic ꝙ debet fieri
æſtimatio vſufructus.l.i.§.ſi vſufructus.
ff.de lib. lega. familiæ , & ibi per ſcri-
ben.& per Glo. & Docto. in l.omnium.
Cde vſufruct.

397 † Quero de caſu. Si debitor,vel vẽditor
teneatur ſoluere gabellam ſtante ſtatu-
to quòd pro cõtractu debiti ſoluatur ga
bella:dic per creditorem ſentientẽ com-
modum ex contractu,quòd fallit in mu-
tuo,& cõmodato ex quo non ſentit com
modũ.l ſiquis.ff.ſi cert. pet. & per Bald.
& Saly.iu rub.C.ſi cert.petat.

398 † Queritur de ſtatuto ſtatuente ſolui ga
bellã pro quocunq; contractu an habeat
locũ in eo qui promiſit rem:vt ille qui te
netur dare rem,teneatur etiã ad gabellã:
& etiam promiſſor teneatur ſoluere ga-
bellam.tenet Petr.de Ancha.quòd ſic in
Clemen.q̃uis.de appell.

399 † Quid ſi ſtatutũ dictaret pro qualibet
libra donationũ ſolui pro gabella duode
cim ſolidos,& ꝓ uẽditione ſolidos decẽ,
& in fraudẽ maioris gabellę,quis vẽdat,
& pretium palam recipiat, vel fateat̃ re-
cepiſſe,& inde clam reſtituat cũ intẽtio
fuerit donãdi, an teneatur ſoluere gabel
lã pro donatione,vel pro venditione,dic
ꝓ donatione, & nõ pro venditione , quæ
pręſumitur ficta,& ſimulata. & ſi nõ ap-
pareret animus donãdi ex quo apparet
actũ de pretio non exigendo, ſecundum
Bal.in l.cũ in uẽditione. C.de cõtrahen.
empt. & cũ pretium interuenerit in do-
natione nõ eſt ꝓpriè donatio:tenet Abb.
in c.1.de his,quæ fiunt à pręla. & Bar.in
l.ſi pecuniam.ff.ſi cer.peta.

400 † Statuto prohibetur lanam extrahi ſub
certa pœna,vel ꝓ extracta tot ſolui ꝓ ga
bella,cõtingit extrahi pelles lanutas , &
irſutas,an in pœnã incidat,vel teneat̃ ad

gabellam pro dicta lana nõ tonsa de pellibus:dic non incidere in pœnam,neque teneri ad gabellam.§. in pecudum, inst. de rer.diuis.quia appellatione lanæ non continetur pilus cum ponatur ꝓ specie: In contrarium videtur facere tex. in l.si cui lana,vers.sed & an & pellis.ff. de lega.iii. vbi dicit ꝙ appellatione lanę continentur pelles lanutæ; quod cõtrarium soluo:quia illud procedit ratione legati: quòd secus est in casu nostro statuti pœnalis, quòd est stricti iuris. l. quidquid astringendæ,de verb.oblig.

401 † Quęritur de alia statuti dispositione solui gabellam ꝓ qualibet accusatione: si in libello fuerint propositæ plures querelę,& accusationes:an tot soluantur gabellæ: quot querelæ fuerint in libello ꝓ diuersis delictis in eodem libello propositis:dic secũdum Bar.in l.i. C. vnde ui: & in l.cum si exhibuissent.ff. de publ. & dic ꝙ si tot sunt maleficia tunc tenebitur respectu personarum delinquentiũ ad omnes,& pro omnibus soluere gabellas plures,aliàs non tenebitur.nisi ad vnam solutionem vnius solius gabellæ: vt per Bar.ibi:& per Firman.in v.par.sui lib.gabell.versi.viii.cum sequen.

402 †Quæro de statuto quòd pro qualibet alienatione soluatur gabella, seu collecta:An solui debeat per ecclesiã alienantem,vel acquirentem:dic quòd non: sed per venditorem alienantem in ecclesiã: nisi ecclesia recipiens pacto conuenisset cum venditore,vel pro venditore soluere gabellam,& seu collectam:& se descri bi fecerit in libro ęxtimi communis secũdum Bal.in aucten.sed periculum. C.sine censu,vel reliq. Onus autem collectarum vt aliàs dixi potest imponi rebus quæ traduntur ecclesiæ secundum Bal in d aucten.periculum.tenet & Bar. in l.caueri.C.cõmu. præd. & per Inno. in c.verum,extra de foro compe. & maximè quando sunt res solitæ collectari anteq̃ peruenissent ad ecclesiam vt aliàs dicam.

403 † Quęritur de priuilegio concesso Titio,ne teneatur soluere collectas ꝓ prędiis suis: an locum, habebit in prædiis ęstimatis,& in libro ęstimi descriptis ꝑ ipsum posteà acquisitis: quę bona fide tempore priuilegii possidebãtur ab alio: dic quòd non: quia talia bona remanebunt subiecta oneribus prædictis:ita tenet Ioan.Andre. in c.ii. in x col. de decim.lib. ii. & Roma. in fin. suo dciii. & Doctores idem firmant in l.omnia priuilegia.C de epis.& cler.& in c.tamen capella.extra de priuileg.arg.l fi.§. Caio. ff.de lib. leg. & l.Iulianus. §. Celsus.ff. de actio.empti.

404 † Quęro de alio statuto disponente solui gabellam de qualibet possessione acquisita de nouo, an vendicet sibi locum in eo:qui possessionem tantum ciuilem acquisiuit:vt ingrediens eam posteà dicatur consequi naturalem, & de ea similiter teneatur ad gabellam: dic quòd non: cum tunc dicatur continuare, & non de nouo quærere possessionem: & vna solutione liberetur perfectè possessor: habetur per Abb. in c.cum venissent, extra de restit. spol.

405 † Quæritur de superindicto salis imposito vltra id, quod primò sal vendebatur pro necessitate ciuitatis: an exigendum sit à datiario salis, vel à deputato officiale:dic exigi ab ipso deputato officiale: & non à datiario: quia non est datium,sed superindictum.c.recollentes,de stat. mona.& l. si ex meis.§. Proculus.ff. de rer. diuis.& pro hoc non dantur fideiussores vt de datio.l.i.cum similibus.ff. de publ.

406 † Quæro de bonis debitoris fisci si vendita fuerint non seruata forma,& solennitate iuris: an retractetur vẽditio talis, & res vna cum fructibus: dic quòd sic.l. i. C.de fide instru.& iur.haste.fisc. libro x.vbi dicit Bar. quòd si quis emerit, aut conduxerit gabellas à principe,vel à ciuitate habente auctoritatem vendendi, vel locandi gabellas, & res debitorum vectigalis:quòd tenebitur seruare solennitatem iuris:aliàs venditio,& seu locatio gabellarum erit nulla; & est menti tenendum.

407 † Possunt tamen per fiscum legitimè res quæ confiscantur ob gabellam non solutam,vel ob tributum non solutum deti-

neri,& vendi cum bona conſcientia: tenet Bald.in l.iubemus, C. de ſacroſ. Eccle.& per Io. Andre. in c.eos,de immu. Eccle.

408 † Occurrit in facto prouiſionem ſtatutariam in ciuitate ſolui gabellam de mercibus vectis,contractibus, teſtamentis, & legatis ex forma ſtatuti;& annuatim gabellarum conductores,& emptores mutari,cui debeat ſolui:dic illis publicanis, quorum eſt gabella tempore conductionis mercium , ac initi contractus quantumcunque condictionalis.l.fin.ff.de ſtipul.ſeru.& in principio,cuiuslibet anni: ſecundum Bar.in l.falcidia : & in l. cum Titio,ff.ad leg.fal.& per Ang.in l. in annos,eod.tit.ff.& in l.fi.& per.Bar. ibi.ff. de iur.fiſ.& per Alex.in conſi. xxxv. in iiii.vol.& Bal.in l.annalibus.C. de legi. & ſic vt aliàs dixi non eſt ſoluendum illis gabellariis: qui tempore conditionis ſunt gabellarii: ſed illis tãtum qui ſunt, aut erant gabellarii tempore initi contractus:tenet Bar.in l.ſancimus.C.de cõſul.& non ſpargen.lib.xii.

409 † De legatis autem annuis ſoluetur illis qui erunt gabellarii tempore ſolutionis ſecundum Bar. in d.l.falcidia , & in l.cũ Titio.ff.ad leg falcid.

410 † Quid de tyranno, aut parte vna factioſa exiſtente in ciuitate parte aduerſa ſibi excluſa extra ciuitatem: vt ſæpe contingit in terris eccleſię vbi tolerantur partes Ghelphæ,& Gebellinę ; aut alio nomine nuncupatæ : & in terris prædictis ſtatus eccleſiæ ſæpe componuntur delicta,& mortes; & alia facinora cuiuſcunque generis pro pecuniis , vt iure ſit longobardo.Et tyrannus, vel pars prædicta locauit gabellas:& inde fuit expulſus tyrannus, vel pars prædicta fuit deiecta de ciuitate per contrariam partem ſibi hoſtem;cui fiet ſolutio pretii gabellarũ: dic ſucceſſori:tenet Floria. de San.Petro in l.ſi operas.ff de vſufr.

411 † Quidam alienauit bona ſua impoſitis collectis tributari,& collectari ſolita illa videlicet quæ ſunt fertilia ſterilibus non fertilibus pro ſe retentis : & inde ſe abſentauit; an tenebitur emptor pro eo ſoluere pro dictis bonis fertilibus, & ſterilibus:dic quòd ſic:& onera ſubibit.l. ſi quis.C.de omni agro deſerto lib.xi & l. i.C.de mun.patr.et.C. de anno. & trib. lib.x. vbi habetur ꝙ ſi cũpoſita collecta, & quis vendiderit domum, & alia bona non reperiantur penes ipſum tenebitur emptor ad ſolutionem collectę per dicta iura.l.i.C.de iur.fiſ.lib.x.

412 † Pacto cõuentum eſt inter publicanos, & commune ciuitatis,quòd nullus poſſit vendere vinum quod non ſit datiatũ in pœnam decem librarum incurrãt:quidam forenſes biberunt vinum in hoſpicio non datiatum ignorantes telia pacta: an incidant in pœnam dicti pacti : dic ꝙ non:cum talia pacta non ligent ignorantes.l.i.C.de ſumm.Trini. & fid. cathol. nam inquit Apoſtolus ſi quis infideliũ vocauerit vos ad cęnam,quidquid vobis appoſitum fuerit comeditè nihil interrogantes: ſi quis tamen vobis aliquid dixerit hoc idolatrium eſt nolite comedere.

413 † Quæro de ſtatuto quod eſt in ciuitate Aretii,quòd pro lucro officiorum ſoluatur gabella : an pro lucro aduocationis, & procurationis debeatur ſolui gabella dicto ſtante ſtatuto:tenet dom. Anto.de Butr.ꝙ ſic in c.ii.de poſtul.& Domin.de Santo Gemin.in cap. ſi quem, de procu. & Petr.de Anch.& Imol.in rub.de offi. deleg.& Alber.de Roſa.in iiii.par. ſtatuti vbi dicit idem ſeruari in imbaſiatore dicto ſtante ſtatuto.

414 † Statuto macellariæ cauetur,quòd vendentes beſtias tenentur ſoluere gabellã; quęritur ſi macellarii vendentes beſtias per fruſta ad libram,vel ad plures libras teneantur ſoluere gabellam: dic ꝙ ſic.l. cum de lanionis per Glo. ibi.ff.de lib. lega. licet in contrarium videatur facere tex.in l.ſi ſeruus.§.boue.ff.de cõdi.furt. & l. mortuo boue.ff.de lega.ii.

415 † Quæro ſi conſilium ciuitatis ob occurrentes neceſſitates eiuſdẽ ciuitatis poſſit imponere gabellas, & collectas perpetuas:dic quòd non: niſi à Principe, vel à toto populo foret ſibi data facultas:quia tunc conſilium totum populum repreſentaret per Glo. in rub. quæ ſit longa

confue.l.prohibitæ.ff.quòd ui,aut clam:i nam tunc haberet auctoritatem generalis adunantiæ:quæ loco Imperatoris habetur vt ibi;& ita dicebat Saly in l.vectigalia.C.de vectig.& commiss. eorum,& l.illud.& l.nulli. & per Bar.ibi. ff. quod cuiusq; vniuers.nomi. & debet legitimè conuocari consilium sono tubæ, vel campanę secundum solitum vt actus valeat de mandato superioris,& seu iudicis, & magistratus ciuitatis:vt dicit Bar.in l.ii. C.de decur.lib.x. & in l.omnes populi. ff.de iust.& iur.

416 † Et decuriones dicuntur consiliarii, & eorum gaudent priuilegio; ita ꝙ torqueri non possunt vt tenet Bar.in d.l.nulla, & in Rubr.C.decur.lib.x.& in l.nõ ambigitur.ff.de legi.

417 † Quæro de spurio.an possit esse decurio,& habere dignitatem: dic ꝙ sic;si fuerit persona proba, & morigerata, prudens, & perita; non sequens vestigia parentum suorum : quia non est impedienda dignitas illi qui nihil deliquit, nec commisit.l. spurii.& l. generaliter.ff. de decur.cum vitia parentum non sint imputanda filiis. c. osius: & c. vndecunque nascantur homines.lvi.distin.

418 † Quod partes consilii interuenire debent pro legitimo consilio:dic partes saltem duas.l.nulli.ff quòd cuiusq; vnider. nomi.iuncta ibi Glo.& l. nominationũ. C.de decurio lib.x. & per Bar. in l.ii.ff. de decre.ab ordi.faciẽ.& in l.omnes populi.ff.de iust.& iur.& in l.quod maior. ff.ad municip.& in l.curiales.C. de præ di.curia.lib.x. quod facere nequeunt castella, & villæ recognoscentes superiorem.l.fin.& per Bal.ibi.C.no vecti.

419 † Et est notandum vt soluantur impositę collectæ quòd imponi possunt pœnæ, & multæ contra non soluentes quoniã omnia possunt facere ad illud concernẽtia vt effectus sequatur.l.ii.ff.de iur.om. iudi. & per Bar. ibi per reg. de decre. ab ordi.facien l.ambiciosa: & l.i. ff. si quis ius dicen.non obtemp.in fi.& ponit Bar. in d.l.ambiciosa auctoritatem sapientũ, consulum,priorum, & ancianorum ciuitatum,locorum,& populorum ; & si habuerint auctoritatem à statuto,ea vti debent arbitrio boni viri,& non aliter: notat Bar.in l.creditor.ff.mand.in vlt. col. & in l.cum proponas.C. de fideicõmiss. liber.& in l.alio.ff.de alim.& cib.leg. & de dicta auctoritate ancianorum habẽt per Bar in prim.const.C.& Io.de Firm. intract.suo vectig.par.i.col.iiii.

420 † Gabella,& seu ius exituræ an solui debeat de incremento victualium facto ꝓpter humiditatem in naui, & terra propter aquam, & inundationem : & an in tali casu dicatur fraus,& teneatur ad pœnam ; dic quòd debet arbitrari arbitrio expertorum : quia grana fuerunt ingrossata propter humiditatem ; & dictum incrementum debet arbitrari vt supra : & pro tali incremento nõ soluitur ius exituræ:nec tenetur ad pœnam cum non dicatur fraudare, nec dolus interuenit,neque fraus.l.igitur.§.potest.ff.de lib.cau. causa enim etiã iniusta excusat à dolo, & à pœna consuluit Decius consi. dcv. & in consi. dclxvii.incip. non consonat in v.vol.& per Sozi.in l. iustè possidet. ff.pe acquir.poss.

421 † Occurrit quòd quidam vendidit domum,& illam tradit emptori:imponitur post gabella super domibus, & terris ꝓ debito communi quod debebatur ante venditionem quis tenebitur soluere gabellam:an venditor,vel emptor : dic emptorem teneri:quià debitum vniuersitatis nen est singulorum: & ante non erat imposita gabella, & onus rei traditæ in in emptorem ad ipsum spectat secundũ Feder.de Senis in consi. ccxcviii. incipiente punctus.

422 † Quæro si ciuis receptus nouiter in ciuem teneatur ad debita in præteritum facta per vniuersitatem illius ciuitatis in qua fuit receptus in ciuem : dic quòd non,secundum Bar.& Bal.in l.prouidendum.C.de decur.lib.x.& in l.incolas.ff. ad municip.& Bal.in l.i.§.quibus.ff.qđ cuiusq; vniuers.nomi.

423 † Et in quibus locis solui debeat gabella:dicit Bar.in l.i.§. forma, decens. & in l.i.C.de mul. & in quo loco oner. sube. lib.x. quòd solui debet in loco vbi sunt

ſtatutæ gabellę, & in loco patrimonii collectæ vt aliàs dixi:habetur per Bar.in dicto loco; ſi collecta fuerit particularis ciuitatis;ſecus ſi impoſita fuerit à Princi pe;vt puta à Papa, & ab Imperatore,aut à Rege in eorum ſtatu generaliter vbiq; ſolueretur.l priuatus. C. de excuſ.mune.cõſuluit Io.Cal.in tit. de conſt.& ad prædicta faciunt notata per Domin. de San.Gemin.& Io.Andre. in c.i.de immun. eccle. & de hoc aliàs dixi in præſenti libro.

424 †Quæro de muneribus; nam munus dicitur tribus modis vt dicit Bar. in l.i.C. de mul. & in quo loco one. ſexui ſube. lib.x.Et munus propriè dicitur qđ neceſſariò ſubimus lege, aut mero Imperio eius qui habet poteſtatem. l. munus.ff. de verb.ſigni.& eſt tripartitum : nam vt dicit Iuriſconſultus in l.fin.ff. de mun. & one. quoddam eſt perſonale; quoddã patrimoniale,& quoddam mixtum. Perſonale habet honorem annexum, & appellatur honor vt in tex.d.l.i.C.de mulie.& in quo loco.lib.x. quoddam vilitatem annexam in ſe habet; & appellatur ſordidum.l.maximarum.& l.ſordidorũ. C.de excuſ.mun. & quoddam nõ habet honorem,neque vilitatem;& appellatur munus ſimpliciter vt in d.l.i. de primo eſt tex.in l.honor.ff.de mun. & hono.ab hoc repelluntur infames.l.i. C. de infami.l.ii.C.de dign.lib.x. & multæ perſonę ab hoc munere primo repelluntur vt dicit Bar.in d.l.i.C. de mulie. & in quo loco &c.lib.x.Secundum conſiſtit in officiis ſordidis,& vilibus: de quibus plura notãtur in d.l.maximarum,de excuſ. mune. & ſicut primum eſt, & reputatur honor:hoc ſecundum eſt vile,& reputatur vile.l. humilioribus.C.de ſuſcept.& arch. & reſpectu perſonæ, & cauſæ: poteſt eſſe hoc ſecundum munus ſordidũ, vile,& non vile,vt in d.l. fin.ff.de mune. & oner.l. ad inſtructionem: & l.priuilegia. C. de ſacroſ. Eccle. ibi ad humanæ naturæ:pro quibus facit Bar.in d.l.i.Tertium non habet in ſe dignitatem,neque honorem annexum:vt ſuſceptor pecunię publicæ; & archiarius legatio,& ſimilia.l. propter magiſtratum. ff. de excuſ tut.& l.i.C.de infam.& l.i.l. qui ętate:& l.ad rem publicam.ff.eod.tit.

Et munus patrimoniale eſt vbi vertitur ſumptus.l. munus patrimoniorum. ff.de mune. & oner.& hoc eſt etiam tripartitum. nam imponitur quandoque ſumptus perſonæ tantum nulla habita contemplatione patrimonii: vt eſt præſtatio per capita : quæ capitatio dicitur vt aliàs dixi; & quandoq; imponitur cõtemplatione patrimonii per ſolidum, & libram: & quandoque rebus nulla habita contemplatione perſonæ:de primo habetur in l.ætatem.ff.de cenſi.& in l.i.C. de anno. & tribu. & ciues non faciunt hanc præſtationem, ſed ruſtici tantum. l.i. C.de ca.ciui.cenſ.exim.lib.xi.& hæc ex cauſa ſalarii rectorum imponitur.l.i. C.de anno.& cap.& pręſtatur per habitantes in loco vbi imponitur. Secunda imponitur perſonę pro rebus, & dicitur collecta habito reſpectu patrimonii: habetur in l. reſcripto.§.fin.ff. de mune.& honor. & variat collecta nõ habens certam formam; & per æs,& libram imponitur ſecundum voluntatem ſuperioris. l.fin. & per Bal.ibi. C.ſi cenſ. vel reliq. Glo. eſt in l. ſancimus.C. de aduoc. diuerſ.iud.

425 † Imponuntur collectæ per ciues ob ciuitatis neceſsitatem inter ipſos ciues: & per ipſos ſoluendæ ſunt & non per forenſes.l.omnes prouinciarum.C.de ope. publ.l.i. ff. quod cuiuſque vniuerſ. & l. libertus. ff. ad municip.

Et ſi imponerentur ob publicam vtilitatem debent imponi de licẽtia Principis; aliàs non valerent.l.placet.C. de excuſ. mun.lib.x.& C. de ſup indic.l.i.eo.lib. & ſi ciuitas vellet imponere collectam vt domum fieret principi; non poſſet de iure:ſed de facto : tamen de iure prædicta non procedunt in ciuitatibus recognoſcentibus ſuperiorem: ſed non in illis ciuitatibus, quæ non recognoſcunt ſuperiorem:habetur per Bar in l.i.C.de muli.& in quo loco,&c.fallit in ciuitatibus quæ ex longiſsima conſuetudine tanti temporis cuius initii memoria nõ

exſit

extat in contrarium, vel ex priuilegio
poſſunt collectas imponere ſine alia li-
centia ſuperiorum.l.hoc iure.§. ductus.
ff.de aqua quoti.& æſtiu. & in ciuitati-
bus quæ habent prædia ſua tributoria;
& tunc rebus, & non perſonis imponi-
tur collecta: pro qua imponenda æſtima
buntur mobilia.& immobilia, & ſe mo
uentia.l.fin.C.de immu.nemi.cōceden.
& l.forma,de cenſ.& l.ſuſceptores. C.de
ſuſcept. & archa. lib.x. & dicta extima-
tio habebit effectum: vt in l.i.C.apoc.pu
bl.eo.lib.
426 † Quæro ſi ciuis qui habet poſſeſsiones
in aliena patria, & ſeu in alieno territo-
rio & alibi poſitas an teneatur pro illis
ſoluere collectas in patria ſua poſitas:
Glo dicit ꝙ non in l. i. C. de mulie. &
in quo loco lib. x. quoniā forte alibi ſol
ueretur tributum & hic collecta; quod
eſſe non debet: & ſecundum hoc vt dicit
Alex.in add.ad Bar.in d.l.i.videretur di
cendum quòd ſi alibi tributum, vel col-
lecta non ſolueretur pro rebus exiſtenti
bus extra territorium patriç: ꝙ cogi poſ
ſet ad ſoluendum collectam in patria ꝓ
illis rebus non exiſtentibus in patria &
eius territorio: nam pro tributariis re-
bus non debet ſolui collecta alibi. l. pri-
uatus.C.de excuſ.mun.
427 † Quero de marito ſi tenetur ſoluere
collectam pro fundo dotali: dic teneri:
quia recipit fructus. l. i. C. de anno. &
trib. lib. x. & l.hactenus. ff.de vſufruct.
& l. neque.ff.de impenſ. in re. dota.fac.
428 † Princeps conceſsit Sempronio gratiā,
& ſeu priuilegium exigendi gabellas in
certo territorio. Ad id Sempronius poſ-
ſit alteri vendere ſine conſenſu principis
concedentis:& dicit Bar. in l.in diem,in
fin.ff. de aqua pluu. arcen. tale ius non
venire in generali venditione fundi: ſed
remanet apud venditorem fundi: tenet
Bal.in l.à procuratore.C.mandati: & ſi
expreſsè venditio non procedit huiuſ-
modi; nec etiam tacitè procedere pote-
rit, vt per Bal.ibi: quod ſecus erit in con
ceſsione iuriſdictionis alicuius caſtri,
aut territorii: ſi talis iuriſdictio fuerit
præſcripta in illo caſtro, vel territorio,
vel expreſsè concedatur: & per Bal.in d.
l.à procuratore. C. mandati: & per Bar.
in l.i. in fin.ff. de iuriſd.omn. iudi. & in
l.i.§.cum vrbem. ff. de oſt. præfect. vrb.
& in l.inter.ff.de acquir.rer.domi.& per
Bal. in c.i. de contro.inueſt. & in c.i. de
capit. qui cur.vendi. & in c. i. de pa. iu-
ram. firma. & per Iaco. Aluarot. in c.i.
de prohi.feud.alien.& per Bar.in auctē.
vt iudi.ſine quoquo ſuffr.in §.cogitatio:
& per Bal. in cap.i.de feud.march. & de
lege Corradi:& de pa.iuram. firman. &
per Bart.in l.licitatio.ff.de publi. & in l.
fin. ff. de hæred. vel actio vendi. & per
Bar.in l.i.§.ſi quis.ff.de itine.actuq; pri-
uat.& in l.ſequitur.ff.de vſucap. & in l.
fin.ff. vti poſsidetis: & per Firm. in ſuo
lib.gabell.in i.par.
429 † An detur ius accreſcendi iuri exigen-
di gabellas, & colligendi paſſagia habe-
tur per Anto.Roſel. de Aret. & d. Fran.
de capitibus vaccæ de Padua in l. i. C.
quando non peten. par. & per Bar. in l.
cotem ferro.ff. de publi. & Firm. in d.i.
par. ſui lib. gabell. diſtinguentes an ius
illud habuerint ex cauſa oneroſa, vel lu-
croſa: Si ex oneroſa locum habebit ius
accreſcendi vt impleatur contractus l.
fundus ille. ff. de contrahen. empt. Aut
ex lucratiua: & tunc diſtinguetur: Aut
conceſsio fuit realis conceſſa in territo-
rio per notata in l. vectigalia. C. de no.
vectig.& diſtinguit Bar. in l. pater.ff. de
ſeruitu.lega. ius accreſcendi non habere
locum cum portio vnius deficiat ante
iuris conſtitutionem,& acquiſitam obli
gationem.l.proprium.ff.de comm.præd.
quę ſi confirmata non foret conceſſa, &
acquiſita duobus:& tunc ſi ius vnius per
datur ex obligatione fundi, vel partis
ſuæ: totum ius perimitur.l. propterea,
de ſeruit. Sin autem per ſentētiam, tunc
alteri non præiudicatur. l. fin. ſi ſeruit.
vend. & non decreſcit cum ſocio: niſi
quo ad commoditates diuiſibiles: ſed
ſic quo ad ius, quod eſt indiuiduum
per l.ſi duo, de iur.iuran.& l. ſi aquam,
in fin. ff. quemadmod.ſeruit. amittat.
430 † Et ſimiliter quando perſonalis foret
conceſsio ſine territorio; vel electa foret

personarum industria considtranda est concessio, & ipsius tenor. l. cōmuni liber to, de oper. liber. In iurisdictione ordinaria locum habet ius accrescendi; non autem in delegata, vel inter arbitros: vt tenet Bal in l. i. C. quādo non pet. par. per l. i. de off. consul. Præterea dicebat Bal. in l. i. C. de cadu. tollen. ius accrescendi habet locū inter fratres, comites, marchiones, vel barones: & in decreto iudicis interposito vt trahatur ad totum vt dicit Bar. in l. i. C. quando non pet. par. Secus in priuilegiis tenet Bal. in l. pen. col. vii. C. de cond. inser.

431 † Quæritur de clericis an teneantur ipsi soluere gabellas, & collectas laicis; eo rum etiam stante statuto omnes teneri contrahentes pro contractu. An tale statutum liget clericos: dic ꝙ non, regulariter firmat Abba. in c. non minus, de immu. eccle. & per Bar. in l. i. C. de mul. & in quo loco mu. sexui lib. x. & Bal. in l. placet. C. de sacrosan. Eccles. per tex. in c. quanq̃, de cens. & Paul. de Castr. in cōsi. xlii. ii. lib. Nisi in tribus exceptis casibus infrascriptis: videlicet si clericus portauerit, vel cōtraxerit res causa negotiationis per tex. & Glo. in clem. præsenti de cēsi. & per Feder. de Senis in cōsi. cxi. incip. quæstio talis est. c. negotiationem. lxxxviii. distin.

432 † Et prohibita est clericis negotiatio qđ fallit in clerico inope: qui viuere nō posset, nisi negotiaretur. c. i. ne clerici, vel monaci: & est bona Gl. in c. clerici. xiiii. q. iiii. & c. nunquàm, de consec. distin. v. & c. i. xxii. q. i. & in c. recollētes, de stat. mona. & per Firma. in iii. par. sui lib. vectigal. Prędicta limitant Petr. de Ancha. & Imo. in c. fin. de vit. & honest. cler. clericum portantem res proprias causa negotiandi teneri ad gabellas: quod secus foret si portaret ex dicta causa res ecclesiæ: quod facit pro limitatione capituli quanquàm. & Clem. præsenti de cens. Secundo tenerentur clerici ad gabellas pro rebus non suis, sed alienis solitis soluere gabellas: Clem. præsenti, in fin. de cens. à contrario sensu. Tertio vbi gabella imponitur, & soluitur pro refectione viarum, murorum, & pontium publicorum: quæ, & qui sunt pro publico vsu & tutela tam clericorum, quàm laicorū; & horum plaustris destruuntur. l. ad instructionem, cum Glo. & in l. placet, & Doct. ibi. C. de sacros. Eccle. & per Fely. & alios scriben. in c. Ecclesia Santæ Mariæ: de constitut. & per Abba. in c. nō minus, de immu. Eccles. ob eorum commodum, & bonorum suorum.

433 † Non tamen pro tali solutione cogētur clerici per iudices laicos: qui clericorum sunt iudices incompetentes vt probè tenet Bal. in d. l. ad instructionem. C. de sacros. Eccle. habetur per Cardi. in Clem. fi. de cens. sed cogentur per suos iudices ecclesiasticos si tali via, & ponte vsi fuerunt & ipsi clerici; & commodum ex ipsis receperunt, & sint recepturi in futurum.

434 † Et an tempore necessitatis teneantur clerici contribuere cum laicis: dic quòd sic: ita tenet Abb. in c. non minus, de immu. Eccle. & in cap. fin. de vit. & honest. cler.

435 † Item quæro si Romana Ecclesia teneatur ad tributū Cesari ex causa legitima: tenet canon quod sic in c. tributū. xxiii. q. viii. & latius dixi in lib. Clementis: & in tractatu de cœlesti militia; & ibi me refero causa breuitatis.

436 † Quid de clerico habente bona sua cōmunia cum fratre suo laico: an teneatur soluere collectas, & gabellas: habetur ꝑ Spec. iuris in tit. de cler. coniung. & per Bar. in l. rescripto. ff. de mun. & honor. & per Fely. in c. ecclesiæ Santæ Mariæ, extra de const. & tenent clericum de proprio non teneri. Clem. præsenti de cens. iuncto. c. quanq̃, ibidem in vi. & l. fin. C. qui ad mu. ciuit. & iudex coget diuidere vt pars sciatur clerici, à parte diuisa laici l. i. & ii. C. quando quilib. &c. & pretextu clericalis priuilegii non poterit clericus defendere partem sui fratris laici, ꝓpter cōmunionem: quin pars laici fratris collectetur.

437 † Et idē dic de bonis, & rebus collectari solitis donatis, & relictis ecclesię. c. quāuis. xxiii. q. viii. cum similibus ibi: & idē

erit in donatis, & relictis clericis ipsis: arg. capituli ex literis, & per Abb. ibi de vit. & honest. cler. adde Matth. de Affli. in const. hac edictali, in tit. de alien: feu. vbi dicit quòd si clericus succedit laico cogitur ad collectas in præteritum positas super illis rebus: & quòd non tenere tur si post in futurum ponerentur collectæ super illis rebus franchis: quòd secus foret si res ipsæ essent affectæ onere collectarum: sed si collecta imponitur personæ pro rebus non transit in clericos cũ onere suo: habetur per Matth. in præal legato loco. Vbi habetur quòd clericus ter monitus non desistens potest col lectari; & cogitur soluere gabellas, & collectare clericos ne dum laici propria auctoritate nequeunt, sed etiam clerici.

438 † Et sententiæ, & constitutiones editæ à collectantibus clericos, & ecclesias sunt ipso iure nullæ: per tex. in c. non minus, & per Abb. ibi de immu: eccle. & in c. ad aures, ibidem, & Io. de Firmo. in iii. par. sui lib. gabell.

439 † Ad gabellas, seu onera mundana: an teneatur ecclesia, & clerus suus pro bonis suis: dic quòd non. c. Ecclesiæ Santæ Mariæ, de const. & per Scriben. ibi, & in l. cunctos populos. C. de summ. Trini. & fid cathol.

440 † Et talia statuta non valent facta contra libertatem ecclesię, & nulla sunt, & de libris delenda, abolendaque, ac cancellanda sunt. c. nouerit, de senté. excõm. & in auct. cassa. C. de sacros. eccle. & in l. placet, & Doct. ibidem.

441 † Nisi bona prædicta fuissent primo censuaria, tributaria, & obnoxia huiusmodi oneribus anteq̃ pertransirent ad ecclesiam, & ad ipsius clericos secundum Bar. in l. rescripto. §. sciendum ff. de mune. & honor. & in l. placet. C. de sacros. eccle. Idem firmat Abb. in c. non minus, extra de vit. & honest. clerico. & p Io. de Lign. in c. pręsenti, de cens & per Bar. in l. placet. C. de sacros. eccle. & per Bal. in l. i. C. de contrahen. empt. & per Io. de Firmo. in vii. par. sui lib. gabell.

442 † Vbi dicunt clericos ligari statutis laicorum; si ipsi clerici vti vellent beneficio dictorum statutorum laicorum aliàs non: pro quo facit clericos non ligari odiosis statutis laicorum: secundum Bar. Bal. & Ioa. Bapt. Caccialupum de Santo Seuer. in l. cunctos populos. ii. col. C. de summ. Trini. & fid. cathol. & in c. si quis per triginta, col v. in tit. si de feud. fue. contro.

443 † Et non teneri clericos ad solutionem gabellarum contractuum firmant omnes Doct. stante statuto de quo supra: ꝙ pro omni contractu soluatur gabella: & si clericus contraxerit non tenebitur aliquid soluere pro dicta gabella: tenet & Bal. in l. i. C. vbi cõueni, qui cert. lo. dar. promis. & in l. placet: & in l. ad instructionem. C. de episc. & cler.

444 † Quæro de casu de quo supra tetigi si clerici teneantur soluere gabellas impositas per principes, & dominos seculares laicos pro rebus quas secum ferunt in naui: & quid de personis, & pro personis suis vehendis in passagio: dic quòd non: secundum Innocen. in c. proposuisti, de for. competen. & per Abb. in c. non innouamus, de cens. & per Bar. & Glo. in l. cum implures. §. vehiculum. ff. loca. Secus tamen pro naui: vt ibi notatur in prædicto. §. vehiculum, vt in mulione.

445 † Quæro de pedagio ecclesię an possit locari per prelatum ad vitam suam: dic ꝙ non: cum illud comparetur immobilibus bonis ecclesiæ: secundum Cardinal. Zabarellam in Clem. i. de reb. eccle. non aliena.

446 † Gabellas conducere, & pro gabellariis promittere, & interuenire an possint clerici de iure: dic quòd non: firmat tex. in auct. de santiss. episc. & deo amabil. in §. alium, & per Ange. ibi: & per Berthachi. in iii. par. lib. sui vectigal.

447 † Item quęro an Clericici possint vendere, vel vendi facere vinum, & introitus suos ad minutim sicut ad grossam sine solutione gabellę: dic clericos ad eorum libitum posse vendere suos introitus absque vlla solutione gabellarum; etiã in loco vbi sit talis gabella: quòd omnes volentes vendere vinum ad grossam, vel ad minutim teneantur soluere dictam

gabellam: etiã si statutum dictaret solui gabellam pro omnibus rebus, & introitibus vendendis ad grossam; & ommittere dicere ad minutim: quia eadem ratio est de toto quo ad totum, quod est de parte quo ad partem: & è contra: & iura indistinte permittunt clericis alienationem fructuum suorum fieri absque onere vllo, & sine pagamento gabellarum: secundum Glo. Cyn. & Bar. in l. ii. C. de epis. & cler. vbi firmant clericos non teneri ad aliquam solutionem gabellarũ, neque collectarum pro vino, & frumento, & aliis fructibus suis consuluit Fede. de Senis in consi. cc. & Albe. in consi. vi. in vlt. col. i. vol.

448 † Neque clerici tenentur ad aliquã solutionem pro rebus datis pro fundatione ecclesiæ: neque pro dote, & fundo ecclesiæ vbi, & in quo loco, & seu solo fundata est. c. sancitum, de censi. & per Glo. in c. si tributum. xi. q. i. & in c. i. de cens. & in clem. i. de vit. & honest. cler. & p Reuer. d. Car. Zabarellam ibi. c. magnum. xi. q. i. c. tributum. xxiii. q. viii. & l. de iis. C de epis. & cler.

449 † Quæro de re profana effecta ecclesiastica: An debeat solui gabella, & collecta: dic quòd non secundum cõmuniter scriben. post Glo. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. & in l. incola. ff. ad municip. & in l. fin. C. de exact. trib. lib. x. & in l rescripto. §. sciendum. ff de mune. & honor. & prædicta sunt adeò vera quòd nõ valeat pactum in contrarium factum videlicet ecclesiam teneri ad onera pro rebus ei datis, vel donatis vt supra dixi: tenet Floria. de San. Petro in l. caueri. ff. com. prædio. & Firm. in vii. par. sui lib. gabell. quod verum est, & procedit si pleno iure donatũ, aut relictum fuerit ecclesiæ & ipsi traditum in perpetuum: secus si in fructu ad tempus secundum Flor. in l. pendentes. ff. de vsufruc. & pro ut aliàs consului in fauorem ecclesiæ beati Nicolai de Rauenna contra collectantes pro comitatu Rauennæ: cui consilio Excell. d. meus Carolus Ruinus se subscripsit consultationi meæ: vna cum domino Bernardo à Pinia in Bononia primo legente Iura Canonica, & secundum consilium meum fuit iudicatum in fauorem ecclesiæ.

450 † Quid de ecclesia facta profana, & per ecclesiam in laicum translata, & alienata: an teneatur laicus soluere collectas pro dicta ecclesia facta profana tenet Bar. quòd sic in l. Paulus. in fin. ff. de acquir. hæred. & Bal. in l. licitatio. ff. de publ.

451 † Quæro si pro rebus profanis ecclesiæ traditis sit soluenda collecta vt supradixi secundum Spec. in titu. de cler. coniung. & per Bald. & Ioan. Andre. ibi in add. suis: & in c. i. de immu. eccle. & in c. verum, de for. compet. & per Bald. in l. neminem. C. de sacrosan. eccle.

452 † Quæritur si clerici tenentur pro plaustro suo soluere gabellam stante statuto papali quòd omnes teneantur soluere gabellam: dic quòd non: sed bene tenebitur eius colonus qui non gaudet priuilegiis ecclesiæ, neque tali immunitate ecclesiastica si fuerit temporalis; & ad tempus colonus ecclesiæ: secus si perpetuus fuerit colonus ecclesiæ, vel de dititius seu ascriptitius glebæ ecclesię secundum Arch. in c. ii. xi. q. i. & ita tenet Fed. de Senis, & Dominicus de San to Geminiano in c. quanquàm, de cens. Contrarium tenet Bald. in tit. de pa. con stan. in §. nos Romanos: ecclesiam teneri soluere gabellam ad portam pro plaustro: & hæc non est vera opinio nisi vt aliàs supradixi.

453 † Quæ autem statuta ligent clericos & quę non habetur per Alex. de Imol. in consi. ccx. & ccxi. ii. vol. & in quibus casibus teneantur, & in quibus non. Et an eorum nuncii, & concubinæ teneantur; & pro quibus rebus ipsi teneantur; & pro quibus non teneantur dixi aliàs: & pro vt tenet Firm. in vii. par. sui lib. gabell.

454 † Stante statuto, seu decreto papali quòd de fructib⁹ soluatur decima, gabella, vel collecta: an quis teneatur p partu ancillę: dic q non sit in fructu sicut sunt fœtus, & seupartus bestiarũ. §. in pecudum: inst.

inst.de rer.diuis.ibi partus, iūcta Gl.& ꝑ Card.Zabarellā in Clem.i.de decim.

455 † Quærit Dominicus de sancto Geminia no in c.fin.de offic.ordin.lib.vi.ꝙ si quis renunciauit beneficium ecclesiasticū : de quo collegit fructus illius anni, & ex for ma concessionis sit soluenda gabella, vel decima pro fructibus : quis prędictorum teneatur soluere pro illo anno: an is qui renunciauit,&fructus percepit,vel is cui fuit renunciatum beneficium: & rite determinat illum teneri : qui renunciauit, & fructus ꝑcepit:& ratio est:quia fructus prædicti sunt debiti pro decimis.

456 † Quęro de bannito an pro bonis suis confiscatis teneatur ad onera , collectas, & tributa:dic quòd non si nō recepit fru ctus:aliàs tenebitur ille qui recepit fructus ex dictis bonis confiscatis,ita notabi liter tenet Bal.in l.ꝑdia.C.de fideicōmis. & in c.i.in vsib. feud.in tit. per quos fiat inuest.& in l.hactenus.ff.de vsufr.

457 † Quæritur de pœna laicorum: qui collectant ecclesias,& clericos,& quæ sit:ha betur in Clem.præsenti,de censi.iunctis ibidem.c. quāuis, & c.quoniā:& in c. nō minus,de immu.eccle.

458 † Exigentes vltra debitum quibus variis puniantur pœnis, habetur in c. non minus,& in toto titu.de immu.eccle.& per Doct.ibi,& in c.quia plerūque.& in cle. fi.& in c.quamq̄,de censi.& in l.i. C. de exacto.trib.licet Glo.videatur sentire in d.cle.fi.in pœnam non incurrere illum: qui exigit à sponte soluente de licentia domini papæ ex causa.nisi si exigeretur ab inuitis clericis,& solueretur: arg.c.ii. de simon. & per Reueren.d.Cardi.Zaba rellam in c.aduersus,de cēs.& in clemen tina.i.eod.titu.

459 † Et potest episcopus etiam in requisitus cōtra prædictos prouidere gladio spi rituali suo,& eo contempto seculari etiā inuocato ne illegitimè vexentur clerici per laicos,& eorum onera illicita:à quibus sunt immunes clerici.

460 † Ecclesia regulariter nō tenetur ad collectas vt aliàs dixi : sed quid si episcopus imposuerit necessitatis causa, & tempore necessitatis collectam ecclesiæ,an ipsa collectabitur:dic ꝙ sic : Quid si ecclesia fuerit sita in uno loco , & habeat aliam ecclesiam sibi iunctam,& vnitam in alia diœcesi vbi collectabitur:dic vt determi nat Abba.in c.i.& in c.quia ad monaste rium,extra de relig.domib.

461 † Et quia vltra debitum exigunt collectas, & tributa , & functiones fiscales in pœnas incurrunt cōcussionis,& falsi.l.i. & per Glo.ibi.C.de exact.trib.lib.x.

462 † Quæro vt aliàs dixi : si ecclesia teneať vnà cum clero suo ad tributa collectas, & alia onera tempore necessitatis, tenet Abba.quòd sic in c.peruenit,& in c.non minus, & in ca.ad aures,extra de immu. eccles.secundum distinctiones per ipsum ibi descriptas. Debet enim ecclesia, & clerus suus vnà cum laicis soluere collectam in rebus publicis necessitate præmente licet ad hoc non teneatur regulariter de iure pluribus tamen concurrentibus tenetur:videlicet ꝙ primò de ea de libèret episcopus cum clero. Secundò ꝙ ex causa necessitatis imminentis tempo re,aut ciuitatis vtilitate.Tertiò quòd nō suppetant laicorum facultates, & sic debent fieri in subsidium,hodie autem con sulto Romano Pontifice collectari possunt c.aduersus , & c. non minus & per Abba.ibi extra de immu.eccle. vbi habe tur ad quæ onera teneatur ecclesia cum clero suo,& per prædicta limitatur regu la ecclesias,& clericos non teneri ad col lectas , nisi prędictis concurrentibus , & de iure seruatis seruādis ex causa,& tem pore imminentis necessitatis.

463 † Quid si pauper presbyter,& seu clericus cogeretur de facto soluere collectā, & seu gabellam,& pedagium.An possit licitè quęrere eleemosinam pro dicta so lutione facienda : dic quòd sic , ita tenet Reueren.d.Cardin.Zabar.in Clem.exiui de paradiso,de verb.signi.

464 † Quæro si pauperes possint grauari legitimè ꝑ solutione collectarū : & ꝑ ipsis collectis:dic ꝙ nō:qa pauꝑtas est immunis ab hmōi oneribus,& si grauata foret de facto poterint implorare suffragiū ab ecclesia c.significantibus, de offic.deleg. & per Abb.in c.licet,de censi.

465 † Vbi etiam habetur miserabiles personas, pauperes, & cæcos non teneri ad munera personalia, & dic vt per Abb ibi, & per Glo. in l. omnes. C. de anno. & trib. lib. x. vbi officialis remittit collectã propter paupertatem per tex. in l. interdum, & ibi Bar. ff de publ. & in l. filiusfamiliàs ff. de dona. & tenebuntur vicini pauperum, & alii de populo pro ipsis pauperibus soluere: vt probè facit Ciuitas meæ patriȩ Rauennæ: quæ ꝓ pauperibus suis, & ægrotis suggerente charitate soluit onera imposita, & quæ per tempora imponuntur ob publicas necessitates iuxta doctrinam Glos. in l. ii. C. de apo. publ. lib. x. & per Bar. ibi habetur, & xxvii. c. leuitici, & per Bald. in l. ii. ff. si quis cautio. & in l. acceptam. C. de vsur. vbi dicitur paupertatem esse immunem à nexibus legum, & statutorum circa solutiones pecuniarias, & secum portat tale priuilegium paupertas, à quo paupertatis priuilegio liberet nos omnipotẽs Deus: quem oro, & exoro, vt diuitias tantũ nobis pro anima salutiferas concedat Solomonis sententia, nam in se durius habet paupertas, quàm quod ridiculos homines facit: vt cantat Aquinas poeta &c. quæ nam sint miserabiles personæ notãt Docto. in cap. significantibus, de offi. dele ga. & impetrans rescriptum contra miserabilem personam tenetur exprimere in qua miseria sit, aliàs non gaude et beneficio impetratorum, & dicit Abba. in c. tanta, de simon. quòd impetrans rescriptum contra meretricem, non tenet rescriptum, nisi specialiter in eo nominaretur meretrix ob eius vilitatem, & turpitudinem, & malam conditionem: quam Rex regni Siciliȩ nominat inter personas miserabiles in constit. oẽs nostri &c. de viol. meretri. illat.

466 † Quidam diues ciuis soluit taleam pro toto populo, vel pro aliis ne incideret in pœnam: & inde volens illam recuperare ab aliis de populo, an potuerit alios cogere ad sibi restituendum solutum pro ipsis, dic ꝙ sic c. cum instantia, de cens. & l. in fraudem. §. pro alio. ff. de iure fisc.

467 † Quæro de statuto eximente personas miserabiles à soluendo gabellas, taleas, & collectas, atque tributa. An intelligatur eximere à dicta solutione pupillos, viduas, & infirmos: dic quòd sic. l. i. & ibi Bar. Bald. & alii scriben. C. quando imp. inter pupill. & vid.

468 † Quæ autem sint, & dicantur personæ miserabiles: dic hoc stare iudicũ arbitrio ita tenet Bal. in l. pen. de testam. milit.

469 † Dementes quoque, & mente captos esse personas miserabiles, & sub protectione ecclesiæ firmat regula. c. super quibus de verb. signifi.

470 †Nec extra prouinciam trahi possunt ad iudicium pauperes, & miserabiles personæ: vt in d. l. i. C. quãdo imp. inter pupil. & vid. & Glo. & Doct. ibi qui tenent nõ posse renunciari tali priuilegio.

471 † Et quòd possunt appellare ad papam ommisso medio firmant Docto. in c. fin. de iud. & per d. Anto. de Butr. in c. licet, de for. compe. Idem est dicendum de dementibus, & stultis vt supra.

472 † Quæro de clerico qui vendidit, aut locauit laico ecclesiæ suæ fructus, an emptor gaudebit ecclesiæ, & seu clerici priuilegio, si ipse emptor, vel conductor portauerit ipsos fructus ad ciuitatẽ vbi soluitur gabella pro fructibus ad portum: dic quòd non gaudebit priuilegio tali l. licitatio. §. fina. & ibi per Doct. ff. de pub. & uectig. & in c. quanquàm de censi. iun cta cle. si. eod. titu.

473 † Quæro si soluisti gabellam pro fructibus stante statuto solui gabellã pro omnibusredditibus, & inde locasti pro centum fundum tuum, & quia est soluta gabella pro fructibus cuius gabellȩ iam solutȩ pro fructibus habes illa centum, & ob gabellam locasti minori prætio, an teneaeris ad soluendũ gabellam pro illa centum: dic ꝙ non secundum Inno. in c. pastoralis. & in c. tua, de decim.

474 † Quæro qualiter imponatur collecta, an per capita, vel per æs, & librã, ad hoc facit Bar. & Imo. in l. iiii. & in l. nequid. ff. de re iud. & in l. aut facto §. fina. ff. de pœn. vbi primò tenet ꝙ per capita, quia vnicuique tangit delictum, seu personã l. si quanq̃. C. de epis. & cler. & secundò

contrarium tenent, & melius quòd pro quãtitate patrimoniorum.l.i.C.de prin. agend.in reb.lib.x.& l.ii.C. de nauffr.& per Ang.de Aretio in tracta.suo malefic. fol.35.in lib.meo.

475 † Quęro de non obligato ad personalia An teneatur ad realia onera. Et an teneatur ad hospitandũ forenses in domo sua: quia patrimonii munus est domus: dic ꝙ sic.l.& qui origine.§.munus.ff. de mun. & honor. Ad quod facit si forenses, & stipendiarii veniunt ad ciuitatem: vt sunt stipendiarii milites, equites, & pedites exercitus, aut classis, & illi qui sequuntur exercitus ad muniẽdum exercitum, & vallum faciendum, & fodiendum pro tutela exercitus per domos distribuendi ad id tenebitur, & pro modo facultatum subibit onus.l.i.C.de epis. & cler. & licet prædictæ personæ ponantur in domibus Ciuium, non tamen decet poni in domibus militum, vel doctorum, neq; aliorum aduocatorũ.l.fi.ff.de mun. & oner. & l.i.C.de sacrosan.eccle. & l.aduocati. C.de aduoc.diuers.iud.

476 † Et dicebat Bal.in l.etiam in vii.col.C. de execut.rei iud. circa collectas, notabile dictum. Aut collecta est volũtaria per ciues imposita, & tunc ciues ipsi tenebuntur ad eam, & habent intra se distribuere prout sunt in concordia: vt puta si facere volunt honorem alicui principi nobili, aut magistratui venienti ad partes illas: nam in rebus voluntariis nemo necessarius extitit.l.tutori.ff.de nego gest. aut fuerit necessaria, & tunc omnes regulariter tenebunt ad illam.

477 † Quæro de annona quid differat à tributo, habetur in titu. de anno. & trib.lib. x.& dic annonam esse, & præstari in speciebus: vt in frumento, vino, bladiis, & similibus. Et tributum in ferro, auro, & argento soluitur: vt dicit Glo. ordinaria in rub.de anno.& trib.lib.x. & à tribuo tribuis dicitur tributum: & propriè est, id quod datur Principi: de quo tributo alias dixi in tit.de cohor.& acieb. & per Bal.in l.fi.C.sine censu uel reliq.& in l. i.& ii.C.de anno.& trib.lib.x.& ꝑ Bar. in l.placet.C.de sacros.eccle. & per Bal. in l.neminem.C.eod.titu.

478 † Et dicebat Bal.in l.fi.ꝙ munera extraordinaria non dicuntur proprie tributa, & Glos.in l.ii.§.si quid publici, in verb. tributorum ponit differentiam inter tributum, & vectigal.ff.de hæred. vel actio. vend.& dicit tributum imponi capiti, & vectigal prædio, & rebus: Tu dic melius tributum solui de prædiis, & vectigal de his rebus quæ vehuntur.l. vniuersi. C. de vectiga.& commiss.& per Docto.in l. imperatores.ff.de publ.& per Glo.in c.si tributum.xi.q i.& in c.generali, de elec. in vi.& dicit Bal.in c.i.in fi.in tit.de mil. vasall. qui contum.est in vsib.feud.quòd tributum debetur ratione proprii soli, & dicitur prędium vectigale, vt de tributariis, & vectigalibus prædiis, soluens vectigal, seu tributum fisco.l.etiam cũ Glo. ff.de præd.milit.& ff. de agr. vectiga.vel emphy.per tot.titu. & l. ex vectigali.ff. de pigno. Vectigal debetur ratione publici soli, Glo.est in l.sacros.C.de sacrosan. ecclés.

479 † Vbi etiam dicitur quòd capitatio dicitur illa: quando soluitur tãtum pro quolibet capite hominis, vel bestiarum.l.i. C.de cano.furment.lib.xi.

480 † Et quidam dicunt vt Arch.& sequaces in c.si morte.§.i.de cens.tributum esse illud quod soluitur per regiones, & vectigal id quod soluitur pro his quæ vehuntur, seu tributum quod domi soluitur à tribuo tribuis dictum, vt supradixi, & vectigal quod vehitur ad domos dictum à vehendo, vel à tribus secundum doctos viros Cassiadorum, & Isidorum conciues olim meos Rauennates, & tributum dicitur quod soluabatur pro tribubus in signum subiectionis, quantumcunq; ob hoc non plenè probetur subiectio secundum Glo.in c.magnum.xi.q.i.& in c.recipimus, de priuileg.& in cap.tributum. xxiii.quæst.viii.

481 † Et dicit Glo.in l.i.ff.de publi.hæc esse synonyma videlicet tributum, pensitatio, census, & annua præstatio, quod verum est secundum Bart.ibi & alios scriben.& dicit Abb.in c.innouamus de cẽs. procedere quando debetur fisco, & non

quando debetur ecclesiæ, vel priuato.

482 † Quid si duo fuerint consortes, vel socii obnoxii soluere tributũ, an poterint vnus ex prædictis pro vtroque grauari: firm at tex. quòd sic in l. cum possessor. ff. de cẽs.

483 † Et quid differat tributum à collecta, notant Bal. & Saly. in l. neminem. C. sine censu, vel reliq. & Firma. circa principiũ sui lib. gabell.

584 † Quædam enim sunt munera mere realia quę consistunt in rebus propter res, & quædã sunt mere personalia, quę consistunt in propriis personis eorum labore propter personas. Et quædam mixta consistentia in labore personæ, & in rebus: vt puta: quòd quis ire teneatur cum equis, & bobus, & curru, muloq;, & similibus, & quædam neutralia ad prædicta, licet cõsistant in rebus, & horum aliqua inducuntur personę & propter personã: vt si persona laboret. vt soluat pro persona rei publicę, seu fisco solidum vnum ꝓ quolibet, & hæc capitatio dicitur. l si. C. si propter publ. pens. & l. sacrosanta. C. de sacros. eccl. Et quædam personis ꝓ rebus inductę sunt, & hæc collectę nuncupantur, quæ inductæ sunt pro publica vtilitate, & sunt publici iuris auctoritate, & vtilitate, tenet Affl. in const. dubitationem iuris peritorũ, in i. notab. potest cogi vniuersitas hominibus habitantibus in ea, & hoĩes villarũ tenẽtur etiam contribuere, & ponũtur per æs, & librã, & non in capita not. Idem Affiic. in d. consti. dubitationẽ iuris peritorũ in d. i. nota. ad prædicta facit Gl. in l. i. in verb. inopes. C. de apoc. publ. lib. x. & latè per eundem Affli. in d. constit. dubitationem iuris peritorum.

485 † Et quando ordinarium, & quando extraordinarium munus est habetur in l. i. & per Bar. ibi. C. de indict. lib. x. nam ordinarium munus est, quod est indictũ ꝑ Principem, vel quando procedit lex, seu prouisio generalis, ꝙ omni anno, vel singulis mensibus soluatur unus solidus ꝓ libra re libratæ, & seu quilibet alibratus teneatur tot soluere: & dicitur ordinariũ quia tractum habet successiuum regulatum non concernens tempus pręsens, & si quid adderetur superindictum diceretur. Et ordinarium etiam foret, si tempus non præsens, sed futurũ cõcerneret: quia toties soluitur cum ordinario, quotiens soluitur, & ordinariũ, licet extra ordinem ex necessitate aliqua ponatur. l. i. C. de indict. lib. x. & per Bar. & Glo. ibi. l. i. C. de superind. etiã lib. x.

486 † Bannitus anteq̃ foriudicetur, an teneatur soluere collectas ꝓ bonis per ipsum possessis, & nondũ confiscatis: dic qđ sic: qa possessor debet grauari, habetur per d. Matth. de Afflic. in constit. clementiæ in v. notab. & aliàs dicam.

487 † An pro feudis excadentibus debeat solui collecta: quando nõ præstatur ex illis seruitiũ militare, & an de bonis excadentibus, & morticiis, quę accedunt feudis ipsis teneantur ad collectas, & cõtribuãt in collectis, & censeantur iura feudorũ Lucas de pen. in l. i in viii col. C. de tẽpo. lucra. descrip. lib. x. tenet non censeri iura feudi, cum pro his contribuatur cum generalibus collectis, & solutionibus, & in l. fin. C. de fund. limitat Roma. & per Affli. in const. diuæ memoriæ col. xxiiii. in xii. notab.

488 † Et quando talia munera, & collectę imponuntur: debent primò notificari populis, vt se præparent, vt aliàs supradixi: aliàs non tenerent. l. ii. & per Docto. ibi. C. de indict. lib. x. quod hodie seruatur contrarium. Ab indicto traxit originem inditio lustralis: seu quinquennalis, quę mutatur singulis quindecim annis: Iuxta illud Si per quinquennos domini diuise ris annos. Ter per quinque solet indicio certa manere. vt not. Glo. in i. constit. C. & in rubr. C. de indict. lib. x.

489 † Extraordinarium munus est illud, qđ non fit ex lege generali regulariter, neq; ex causa ordinaria, & perpetua, sed ob causam extraordinariam extraordinariè occurrentem, ac momentaneam, quæ nõ expectat reiterationem: & sic intelligere debemus Glo. in l. rescripto §. fina. ff de mune. & honori. & in l. placet. C. de sacrosan. eccle. quæ Glo. dicit collectam esse munus extraordinarium. l. i. C. de vacat. mun. lib. x.

490

490 † Et omnia quæ ordinariè debentur rei-
publicæ pensitationes publicæ nũcupan-
tur, & tributa non debentur à singulis
personis: sed à ciuitatibus, & à dominis
secularibus, & temporalibus Cæsari in
auro, argẽto, ferro, & speciebus: vt in fru-
mento, vino, bladis, & similibus in signũ
subiectionis: qui etiam census vocantur
secundum Barto. in l. i. ff. de iure immun.
& in l. i. C. de muli. & in quo loco muli.
sexui subeant lib. xi. & Bald. in l. ii. C. si-
ne cens. vel reliq. & Canonistæ in c. i. de
im mu. eccle.

491 † Munera quoq; personalia dicuntur ve
ctigalia, seu gabellæ quæ imponuntur
personis pro rebus. l. i. & per Bar. ibi. ff. de
publ. & in l. i. C. de mulie. & in quo loco
mun. sexui subeant lib. xi. vbi dicit esse
munus reale. l. fi. C. de cano. largitio. lib.
x. & in l. ii. C. de priuil. vectig.

492 † Quęritur de gabellariis. An teneantur
ad onera ciuitatum: dic vt aliàs dixi ꝙ
non: cum sint dũtaxat immunes princi-
pales gabellarii, & nõ alii. l. i. & ibi Bar.
C. quib. mune. excusan. hi qui lib. x.

493 † Occurrit casus quòd boues Titii fue-
runt pignorati, & capti pro causa debiti
functionum fiscalium, seu taleæ ciuitati,
& seu loco impositæ, & seu tributis, &
collectis publicis, & seu pro alio debito
communis, & seu ciuitatis, & deinde ven
diti fuerunt per exactores, adeò quòd ter
ræ Ticii remanserunt incultæ, an tenean
tur Titio illi, qui boues acceperunt ad
emendationem damni, vel ciuitas: dic ci-
uitatem teneri ad reficiendum damnum
suum Titio. l. si is cum quo. ff. commun.
puid. Et iuri cõformes, & Sanctæ sunt
prouisiones regiæ in regno Siciliæ, bo-
ues aratorios non posse capi pro debito
vllo ciuili excepto fiscali.

494 † Quæro de collectarũ immunitate con
cessa alicui ciuitati pro aquæ ductu tan-
tũ, & quid si fuerint impositæ collectæ
pro stipendiariis, & postea cõuersa est ꝓ
aquæ ductu: an teneatur populus ad solu
tioné, tenet Bal. ꝙ sic in c. i. §. cõuenticu-
las. de pa. iuram. firm. per l. legatum. ff. de
administr. ad ciuita. pertine. quia est in
potestate ciuium mutare conditionem,
& modum. l. iiii. ff. de adimen. lega.

495 † Quæritur si miles, doctor, vel aduoca-
tus possit esse exactor tallearum, vel col
lectarum: dic vt aliàs dixi quòd non l. ii.
& iiii. C. de aduoc. diuers. iud.

496 † Quęritur de immunitate, nã immunes
generaliter qui sint vt non teneantur ad
collectas: dic primò ecclesias, & clericos
suos, Itẽ illi quorũ bona pro delictis sunt
publicata fisco: vt sunt rebelles, & banni-
ti, & foriudicati nõ possidẽtes bona cõfi-
scata. l. de pollicitationibus. ff. de pollici.
secus si bona nõ sint publicata: vt sunt re
legatorũ ſm Ang. in l. fi. ff. de resti. in in-
tegr. & l. inter quos. §. dãnum. ff. de dam.
infec. cõmune tenebit, tñ habens bona. l.
ii. ff. de capit. dimi. l. i. §. in eã. ff. de dam.
infect. Item forensis effectus ciuis secun-
dum Bal. in l. penul. in fi. C. de fideicõm.

497 † Itẽ nec forẽses tenent facere custodias
ciuitatis in ea habitãtes, neq; ad consula
tũ, neque ad collectas pro persona. l. est
verum. C. de incol. lib. x. nisi ibi stetisset
per decennium, vel esset consuetudo pa-
triæ vt per Glo. & Bar. ibi.

498 † Item xenedochia, seu hospitalia, & pia
loca non tenentur ad onera prædicta c.
quãuis. xxiii. q. viii. & l. sancimus. C. de
sacrosan. eccles. & per Innocen. in c. nos
quidam, extra de testamen.

499 † Item maiores septuaginta annis immu
nes sunt ab oneribus; nec uocari debent
ad onera personalia. l. si vltra septuagesi-
mum. C. de decurs. libr. x. & l. i. C. qua
ęta. lib. x.

500 † Item animalium custodes grauari non
debent muneribus personalibus. l. i. C.
de suar. lib. x.

501 † Item rustici ducentes victualia, & seu
annonam pro victu ciuitatis ad ciuitatẽ,
vel fimũ extra eam portãtes cũ plaustris
grauari non debent. l. ii. ff. de nund.

502 † Item habentes duodecim liberos in po
testate immunes sunt à collectis, & mu-
neribus prædictis. l. i. C. qui num. libe-
ro. lib. x.

503 † Itẽ principis referendarii excusanť ab
extraordinariis muneribus. l. eos, & per
Bar. ibi. C. de excus. mune. lib. x.

504 † Itẽ illi qui bona sua dederunt insolutũ

creditoribus, non possunt pro bonis amplius molestati in collectis.l.cū facultates.C.de his qui nume.libe.excus.lib.x.
505 † Item nec famuli pro custodia missi ad villam, & vt laborent, grauari nō debent pro re, & persona.l.ex facto.§.cæterū.ff. de here.instit.
506 † Item si sunt plures collectores vnus ꝓ alio grauari non debet, nisi pro rata exactorū per ipsum:etiā ꝙ aliquis prædictorū mortuus sit, vel absens.l.tres tutores. ff.de administ.tuto.& l.ex ꝑsona, iuncta Gl C.de ꝓba.& l.cū nos.C. de legat.
507 † Item nec pro bonis fideicōmissarii tenebuntur ad onera, qui dispēsarunt iam bona testatorum.l.in testamento, & ibi Glo.C.ad leg.falcid.
508 † Item nec cęcus amborum oculorum tenetur ad onera personalia.c.licet,de cēsi. & l.i.C.qui morb lib.x.
509 † Item si fuerit impositū non grauari clericos pro oneribus includetur etiam clericus primos habēs ordines,bona est Gl. in c.cleros.xi.distin.
510 † Item nec podagrosi tenebuntur ad personalia onera tempore quo sunt podagris impediti morbo incurabili iuxta illud:Soluere nodosas nescit medicina podagras.l.podagræ, & per Bart.ibi.C.qui mor.labo.lib.x.
511 † Item si fuerit mādatum per principes, ciues:& districtuales teneri ad onera talia, non includuntur exempti ſm Arch. in c.si propter de rescript.lib.vi.
512 † Item si mater, vel affinis alicuius pupilli incepit soluere onera pro pupillo: ob hoc non potuerit vlterius compelli.l.fin. C.ne vxor pro mar.
513 † Item de bonis delinquentis, an teneantur illi:qui bona illa acceperunt soluere collectas prēteriti tpis occasione dictorū bonorū:dic ꝙ non.l.si quis ꝑscribēte. C. de fid.instrum.& iur.hast.fiscal.lib.x.
514 † Item quæro si posset præscribi solutio collectarum: dic quòd non.l.competit. C.de præscript.& c.ad audientiam, extra.de prescript.
515 † Statuto Rauennæ cauetur ꝙ si quis venerit ad habitandum in Ciuitate Rauennæ ꝙ sit immunis à collectis per decennium,& ab omni onere,quidam ex ciuibus non originariis. sed de illis qui venerunt ad habitandū in ciuitate, & inde à ciuitate discedens,per longum tempus stetit extra Rauennam, & inde rediit ad habitandum in ipsa, an debeat gaudere immunitate prædicta: dic quòd non secundum Iacob.de Arena in l.emancipati.§.si pater.ff.de cōtratab.originarii autem nullo tempore perdunt originem,& natalia sua propterea in nihilo tenebuntur reddeuntes in patriam suam prout alii non tenentur originarii:qui cōtinuo habitarunt in ꝓpria patria.l.i.C.de mun. & origin.lib.x. cum simil. prædictis accedunt allegata per Matth.de Affl.in decisi.consilii Neap.num.384 fol.221.
516 † Itē nō tenebunt illi qui tuti sunt lege, statuto,consuetudine,aut priuilegio, & si stat prouisio ꝙ habitātes in tali castro sint ꝑpetuo immunes ab oneribus quid si facta est alia ꝓuisio oēs teneri ad onera non obstāte aliquo priuilegio, vel immunitate:dic tunc teneri.l. quod semel, & per Glo.ibi.ff.de decr.ab ord.facien.& l.si pecuniam.ff.de cōd.indebit.
517 † Quero si villa, aut incolatus preferatur origini: exempli causa, quidam est oriundus in vno districtu qualiter sibi consulatur si habitat in alio loco, an habeat soluere onera in ambobus locis: dic teneri soluere nisi in vno loco vȝ in loco originis.l.i.C.de mun.& origi.lib.x.
518 † Quæro de dn̄o an teneatur pro famulo soluere pedagium:dic quòd sic:secundum Bal.& Sal.in l.vsurpationem. C.de vectig.& cōmis.per l.si quis, C.de dona. int. vir. & vxo. nisi dn̄s esset immunis à pedagio cum sua familia.
519 † Item quęro an teneatur dn̄s pro famulo soluere collectas ꝓ possessionibus suis dic ꝙ non ſm Barto. in l. si penes. C.de agri.& censi.lib.xi.
520 † Pignorari non potest ius imponendi collectas,nec illius tenutā capi: sed commodari pōt.l.etiam, & per Bal.ibi. C. de execut.rei iud.vt aliàs dixi.
521 † Queritur si milites tenentur ad collectas:dic omnes regulariter teneri ad collectas:& milites quoque arma exercen-

tes,& pro re publica militantes pro bonis suis ẜm Bal.in l.penul.& in l.placet. C.de sacrosan.eccle.

522 † Item tenentur milites pro vectigali nõ prestito.l.imperatores.ff.de publ. & vectiga.& l.si ex causa.§. in commissam.ff. de mino.

523 † Itẽ de illicita delatione:vt in l. cotẽ ferro.§.si dñs.ff. de publ. & ex illicita emptione.l.omnibus C.de vectigal.

524 † Quæro de eo qui vt non solueret collectas se pro famulo locauit alicuius immunis:an teneatur soluere: dic omnino teneri:& talem locationem non subsistere in fraudem fisci propter dolum.l.fi.ff. pro socio:& sic soluere tenebitur.

525 † Boues aratorii an capi posint pro executione dictũ est supra, & quid sit dicendum de instrumentis aptis ad arandũ,& cultiuandum terrã:dic idem esse iudicandum,& capitulũ regni prædicti punit nedũ partes exequentes arbitrariè: sed etiã punit iudices cõmittentes tales executiones arbitrariè ad restituendum damnum damni passo.l.exactores, aut agricultores, & per Doctores ibi. C. quæ res pigno.obli.posſ §.agricultores, & per Iser. ibi in titu. de staturis &c. supra liberta. ecclesiæ in lib.feu.c.fi.extra de treug.& pa.& voluit Rex Carolus primus procedere in dicto regno:etiam si alia bona nõ haberet debitor ne cultura agrorũ deserta populus patiatẽ penuria tritici, & bladorũ.l.i.C.de aquæd.lib.xi.l.qui agros. C.de omn.agr.deser.eod.lib.xi. habetur per Bar.& alios scriben.in l. executores. & in l.quẽadmodum,de agri.& cens.lib. xi.& si turbaretur agrorum cultura cessaret tributorũ solutio,& annonarũ copia; vt in Glo.d.l. executores. & in l.ii.ff. de nũdi.non obstat ꝙ nõ sint tacite hipotecati fundo boues aratorii, & instrumẽta aratoria:vt coloni qui nõ sunt tacite hipotecati pro pensione fundi:quia inducti non fuerunt vt ibi perpetuo permanerẽt l.si non inducta,& ꝑ Doct.ibi.C. in qui. cau.pi taci.contrahi.quoniam boues aratorii non cedunt fundo empto: nisi expresse sit dictũ in contractu.l.ii.& ꝑ Bal. C.de verb.signi.dicebat Bal.in l.i.C. de seru.fug.boues aratorios dici instrumenta fundi:sed non cõputari inter immobilia sicut fundus, & ascriptitius,neque in expensa facta circa agriculturã computari:tenet idẽ Bal.in l.i. C.de fruc.& lit. expens.& firma stat regula ex prædictis iuribus respectiuè : ꝙ boues aratorii, & instrumẽta apta, & deputata ad culturã agrorũ:pro executione regulariter capi non possunt pro publica vtilitate: fallit in debito fiscali qñ aliunde nõ potest satisfieri.l.i.C.in quib. ca.pig. tacitè contrah.& l.ii.C si propter publ.pens.Item in debitore condẽnato:qui nõ habet alia bona : quoniam tunc decreto iudicis in subsidium potest fieri executio in bobus, & instrumẽtis prædictis: tenet Specu.in § restat in titu.de.i.& ii.decreto Ad hec facit Gl.in d.l.executores.C. quæ res pign.oblig.posſ.& in l.stipẽdia.C.de exec. rei iudi.nã in alienabilia veniunt in executione rei iudicatæ:si condẽnatus aliud non habet:vt tenet And.de Iser.in §.agricultores,in tit. de statu.& consue. factis contra liber.ecclesiæ in vsib.feu.& in casu deficientiæ bonorũ potest & capi debitor personaliter nisi cesserit bonis: Idẽ tenent And.de Iser.& scriben de Regno Neapolis in const incip.ab officialibus: & in const.quisquis, Contrarium tenẽt Petr.de Bella pertica Cyn.& Saly. in d. l.executores,& Anto.de Fano in tracta. suo de pign.& hypot.num.48.ii.par.vbi dicit ꝙ etiam si aliud non haberet in bonis non posset executio fieri in bobus, & instrumentis ad agriculturã deputatis vt conseruetur vtilitas publica:quę est præferenda priuatæ.l.vtilitas.C. de primipil.lib.xii.c.licet, de iur.iuran.quę de iure procedunt, & his accedit capitulũ regni Neapolis Regis Caroli primi, sed non seruatur in Regno prædicto capitulũ Regis Caroli primi:cui fuit derogatũ per capitulum Regis Caroli secundi qđ incipit Constitutioni.

526 † Nec procederet dicta regula si pactum fuisset expresse factũ vt posit fieri executio in bobus, & instrumentis prædictis. Aut debitor spõte obtulisset boues, & dicta bona in executione facta : habetur ꝑ

Iser.in d.§.agricultores,& per dictum capitulũ constitutioni, & per Doct. Neap. in d.constitu.ab officialibus : quod secus procederet, & procedit de iure cõmuni : vt tenent scriben. in d.l. executores per leg.primam. C.in quib.cau. pigno.tacitè contrah.& per Anto. de Fano in d. suo tract.de pign.& hypot. & ratio est quoniã tractatur de publica vtilitate.

527 † Pactis priuatorũ tolli non potest ius publicum.l.ius publicum.ff.de pact. & si p legem fieri non potest,neq; fit per pactũ c.q̃q̃.viii.dist.c.pen.x.q.cum simil.& ex quo respicit publicã vtilitatẽ partes renunciare non possunt, cũ iuri publico qs non posit renuntiare,habetur per Alex. in l.alia.§.eleganter.ff.solu.matr.c.diligenti,de fo.cõpe.& sic cessat dicta iudicialis auctoritas asserti decreti propter publicã vtilitatem:quæ præfert priuatæ:habetur p Bar.in l.si quis.C.de agri.& cẽs. lib.xi.ꝙ secus foret si tantũ esset priuata vtilitas,& nõ cerneretur publica : etiã si interuenisset iuramentum,ad hoc videas Bar.in l.quisquis.& Alex. in d.§.eleganter,& per Canon.in d.c.diligenti.

528 † Nec locũ haberet dicta regula, si boues fuissent indomiti:quoniam dicta iura loquuntur de bobus domitis , & aratoriis, & inclusio vnius,est exclusio alterius iuribus vulgaribus , habetur in long. in l. quis caballos, & ibi Glo. in tit. de debito.& guadimo.

529 † Et capi etiã poterint boues, si in damnum reperti fuerint , ad effectũ vt damnum datum per boues reficietur per eorum dños:& vt sciantur dñi bouum vagantiũ sine custode repertorũ in segetibus alienis per d.Gl. longobardæ. per l. si quis currũ in long.de eo qui peculium in dãnum interuenerit,& per Glo.ibi:habetur per Matth.de Afflic.in cõst. Regni Neap.incip.peruenit,vbi benè declarauit materiã hanc ꝟm prouisiones regias dicti regni,& per Specu. in titu.de actore, vers.sed pone,vbi firmat posse capi,& detineri donec de dãno fuerit satisfactum: Et qualiter agatur contra illum qui in feudum meũ misit animalia,not.in titu. de cau.poss.§.tertio & si circa.

350 † An boues aratorii teneantur ad tributum,Bald.tenet ꝙ sic in d.l. executores. C.quę res pig.oblig.poss.extra videlicet Italiã,& non in ipsa Italia , Idem tenet Berth.in lib.sui repertorii in uerbo bos. Et vt dictũ est sunt priuilegiati agricolæ ratione publicæ vtilitatis, & sunt eximẽdi à publicis oneribus,tenet Luc.de pen. in l.i.in fin.C.de agri.& censi.lib.xi.

531 † Et an veniat hortolanus appellatione agricolę,facit tex.& per Abb.ibi in c.ex parte,il ii.extra de decim.

532 † Quæro si executio fieri posit in bestiis deputatis ad macinandũ in pistrinis , & an capi possunt per stipendiarios, & officiales ad vecturam,vt cõmuniter faciunt de aliis bestiis pro curię negotiis: dic ꝙ non in Regno Neapolis,vbi est regia prouisio incipiens.Item iustitiarii, & sub officiales eorum , habetur per Bal. in rub. C.qui bon.cede.poss.accedunt prædictis notata per Iaso. in §. item seruiana de acti.insti & l. cætera.§.hoc senatus consultum.ff.de leg.i.

533 † Vbi habeт̃ si in vestibus,& libris scholarium,& in ianuis,& tegulis domorum posit fieri executio,& aliis suppellectilibus quotidianis , & in trabibus affixis domibus,& per Bal.in d.rub.C.qui bon. cede.possess.

534 † Quęro in materia gabellarum si de rebus necessariis ad culturã agrorum,& de tritico,& blado,quod portatur pro seminibus debeat solui gabella. dic ꝙ non per tex.in l.vniuersi.C de vectig.& cõmiss. eorũ,& per Bald.& Saly.ibidem scriben. & eorum sequaces.

535 † Quæro si familia principum teneatur ad munera,& onera extraordinaria ciuitatũ,& seu ciuitatibus imposita , vt sunt cubicularii,medici , & alii seruientes cũ fide,vt tenẽtur in palatio principum , & p domo principali negotiantes,procuratores,& notarii,curialesq;,& coqui,& similes:dic nos habere immunitatẽ prædictorũ onerum.l.maximarũ.C. de excus. mun.lib x.& p Glo. in l.curiales,la.i.C. de decurio.& l.i.& l. negotiatores. C. de excus.mun.& l.i.C.de cõ. & archar.lib. x.& p Bar.ibi,& c.nõ sanè.& p Arch.ibi xxvi.q.v.

xxvi.q.v.& p Bal.in c.i.de feu.guar.& l. i.C.mand & l.si quid,ff. de ædil.edict.

536 † Princeps, & Augusta pro bonis, & possessionibus fiscalibus, feudalibus, & emphyteuticis, an teneantur ad onera extraordinaria: dic quòd non.l.priuatæ.& l.fin.per Bar.ibi. C. de excusa.mune. & in l.i.& in rub. C.de priuil.fisc.

537 † Quæritur si forenses possint de iure collectari pro rebus existentibus in territorio collectantium: dic quòd sic:& tenebuntur etiam ad præstãtias quæ fiunt ciuitatibus tempore necessitatis propter ipsam necessitatem: propterea est notandum quòd fœneratores alienæ iurisdictionis in ciuitate Forliuii existentes ibi possint cogi in dicto casu ad prestandum pecunias cõmuni.l.filii §.fina.ff.ad municip.

538 † Quid de personalibus: An forenses teneantur ad personalia onera tempore belli dic quòd non, & pariter non tenebuntur pro rebus alibi sitis: tenet Spec. in tit.de cens.& Bar.in l.i.C.de aur. coron.lib.x.& per Firma.in lib.suo gabel. par.vii.

539 † Ecclesia regulariter non tenetur ad solutionem collectarum: quòd limita non procedere tempore guerræ, vt occurratur hostibus: nec tunc excusabitur ecclesia:habetur per Bar.in l.fin.C. de cur. publ. lib.xii.

540 † Et sic est notandum ꝙ immunitas alicui concessa in dubio non extenditur ad onera subeunda tempore guerre: habetur per Alber.de Rosa.& Dyn.in l.ex to to,ff. de legi.

541 † Sed si fuerit clericus coniugatus tenebitur ad collectas omni tempore: pro bonis suis: secundum Abb. antiquum in c. ex parte, extrà de cleri. coniung. quoniam in habitu, & tonsura incedentes priuilegio gaudent fori sui clericalis, & canonis si quis suadente diabolo, de senten. excommu. & non pro bonis suis, nec priuilegio clericali gaudere huiusmodi clerici non possunt: nisi illi qui incedunt in habitu, & tonsura clericali: Bulla Clemen.vii.Ponti. ita disponente cum regia pragmatica Ferdinand.Reg. Sicilię incip.Magn.verò Crassiæ d vera.

542 † Quero si publicanorum libro credatur:dic regulariter quòd non vt aliàs di xi. l. exempto. C. de proba. Si tamen steterit prouisio in ciuitate, vel pactum factum fuerit in conductione gabellarũ credi libro publicanorum tunc dabitur illi fides: dicebat Dyn. in l. assiduis, C. qui potior.in pigno.habeant qd si fuerit finitum tempus conductę gabellarum: an credatur libro gabellarii qui finiuit tempus suum si vult recuperare credita sua facta ex causa datiorum tempore suæ conductæ:& tenet quòd sic: quia durat priuilegium donec durat actio: & adde hic illa quę superius dixi in primo lib.ibi occurrit casus. Pacto fuit conuentum in conductione gabellarum: habetur per Bal in l.fi.ff. de iurisd.omn.iudi.

543 † Quæro de casu:Fuit imposita gabella, seu collecta super vino,& fructibus. An ecclesia, & clerus suus teneretur ad illam:dic quòd nũ: auct. item quòd nulla communitas. C. de sacros.eccle. nisi foret imposita pro oneribus illis ad quæ teneretur ecclesia cum clero suo: quoniam tunc succederet loco onerum, per nota.per Bal.in l.placet. C. de sacrosan. eccle.& per Iacob.Butri.in l. ad instructionem. C.eod.tit.& c.fina.de vit & honesta.clerico.

544 † Quæro si colonis sit imponenda gabella, seu collecta regulariter dic quòd non, l.litibus in fin.C.de Agri.& censi.& per Inno. & Docto.in c. tua nobis, de deci. & per Spec. in titu. de censi. & Petr. de Vbal.de Perus.in par.xi. sui tractatus societatis.

545 † Et tenetur episcopus licet irrequisitus inquirere in quantum tangit ius publicum: cum ipso iure sit episcopus pater, tutor,& defensor iuris publici, & libertatis populorum, & sui cleri ne grauenẽ in collectis, & gabellis, & nouis grauaminibus contra iura cõmunia.c.i. iuncto c.solemus, de offi.ordina. Clemen.fin.& per Cardi.ibi de Zabarell.col.v.

546 † Quæro si valet statutum ꝙ colonus ecclesiæ, vel laici teneantur pro ecclesia,& laico dominis suis in casib⁹ in quibus ec

clesia, & domini laici non tenentur immunes à gabellis, & à collectis : dic non valere: nisi in casibus in quibus tenerentur ecclesia, & domini sui: tenet Bar in l. si penes: & in l. colonos. C. de agri. & censi. lib. xi. & per Bald. in l. i. C. de epis. & cler. & c. si. de immu. eccl. ꝙ secus foret vt dixi: si ecclesia, aut dominus tenerentur. secundum Bal. in auct. sed periculũ. C. sine cens. vel reliq. & per Inno. in c. non minus. & in c. aduersus : de immu. ecclesiæ. c. cum Apostolus, de censi. & c. pastoralis, de offi. de leg. & per Glo. in l. libertas. ff. de excus. tuto. vbi habetur: ꝙ si est concessa ecclesia clerico qui non dũ accepit fructus ex ea : & si imposita fuerit collecta, & onus solui debitum per ecclesiam quod id tenebitur subire.

547 † Et coloni, seu conductores, & affictuarii rendetarii ecclesię licet non sint immunes quandoque à collectis, & à gabellis : & non debent tamen nimis grauari à laicis: aliàs possent tunc illis episcopi etiam inrequisiti resistere spirituali gladio. c. fin. & per Petr. de Ancha. ibi de immu. eccle. & in c. ea quæ, in xxiiii. q. de reg. iur. in vi. vbi ponit exemplum de concubina clerici: & in c. i. de const. & in consi. suo. cl.

548 † Et an colonus ecclesiæ teneatur ad decimas: Petr. de Ancha. in Clem. i. de decim. tenet ꝙ sic: quod verum est si priuilegium ecclesiæ, aut religiosorum sit personale, & non reale : Quod si reale fuerit concessum bonis, & terris ecclesiarũ non tenebuntur coloni: secundum Glo. ibi: & Reuerendus dominus Card. ibi dicit de partiario colono, & de censuario; & de colono qui nummis colit: qui tenetur ad decimas personales, & per Bar. in l. i C. de anno. & trib. lib. x. nisi aliter obstaret consuetudo: vt per Reueren. D. Card. in Clem. i. de decim. Et dicebat Ang. in l. si cui. §. si Imperator. ff. de accus. quòd clericus volens defendere laicum, & seu colonum suum pro interesse proprio non poterit trahere actorẽ ad forum ecclesiasticum: quòd dicit fore notandum, & dat cautelam quòd colonus nominet in iudicio prælatum; asserendo se colere pro prælato : & tunc necessariò trahetur actor, ad forũ ecclesiæ.

549 † Quid si colonus clerici coactus fuerit soluere decimas, gabellamque, seu collectam pro ecclesia, & seu prælato, & clerico dominis suis ; an repetere poterit ab ecclesia, vel à clerico per retentionẽ partis fructuum clerici : dic ꝙ sic secundum Bal. in l. i. C. de iur. emph. & in l. cũ duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio.

550 † Et colonus secularis stante statuto pro fructibus solui gabellam. An tenetur ad gabellam pro fructibus illis quos defert ad domũ domini : vide Bal. in l. acceptã. C. de vsur. qui tenet ꝙ sic: & inde à domino repetit.

551 † Et colonus partiarius si cogeretur ad soluendum pro domino gabellam: posset computari in fructibus domino suo de parte sui domini. l. i. C. de fruct. & lit. expens.

552 † Et pro expensa quam fecit colonus, seu conductor superfundo pro vtilitate fundi poterit fundũ ipsum retinere colonus, & seu conductor. l. colonus. ff. loca. & l. colonus. ff. de ui & ui arma.

553 † Quid si statutum dictauerit solui gabellam de fructibus ; an intelligatur deductis expensis vt de fructibus molendini, & fornacis: dic ꝙ sic secundum Bald. in l. si à patre. § fructus. ff. de petit. hære. quod fallit in fructibus debitis à colono parciario ex quibus nõ extrahuntur expensę secundum Doct. in l. prædicta: si à patre. ff. de peti. hęred. & in l. fructus. ff. solu. matri. & in l. si quis domum. ff. locati, iuncta l. si merces. §. vis maior. ff. eod. tit. & in l. cum duobus. ff. pro socio : vbi habetur non dici fructus nisi deductis expensis: ad prædicta facit tex. in l. si iure. ff. de peti. hære. & in l. si is. §. i. ff. de pigno. & in l. missi. C. de exact. trib. lib. x. & in l. neque. ff. de impen. fune. & in l. litibus. §. i. C. de agri. & censi. lib. xi. l. i. C. de anno. & tribu. eod. lib. xi. & l. cũ possessor. ff. de censi. c. de ferris, extra de decim. & per Bar. & Bal. in l. inter debitorem. ff. de pact.

554 † Et lucrum dicitur deductis expensis & omni damno. l. iii. ff. de in rem vers. & p

Paul. de Castr. in consi. clv. & per Bar. in l.mucius,& in l.si addiciatur,ff.pro so cio:& lucrum etiam dicitur quod perue nit ex delicto secundum Bal. in l.i. ff. si quis in fraud.patro.

555 † Limita dictum statutū ꝙ soluatur gabella de fructibus non procedere si dictaret prædictū statutum gabellā solui ꝑ qualibet corba fruméti:tunc expensæ non deducentur vt in prædictis locis no tant scriben.

556 † Fructus etiam ecclesiastici dicuntur deductis expensiss:& similiter in lucratiuis contractibus per Glo. in l. si quis, §.i.ff.de dona.& in l. non amplius, & ꝑ Bar. ibi,ff.de leg.i.& in l.i.ff.de fruct.& lit.expen.

557 † Et tenet Bald in d.l.i. de fructibus va care non extrahi expensas: & quid de fructibus pecudum ibidem habetur per Bald.

558 † Quæro de statuto prædicto quòd soluatur gabella de fructibus an habeat locum in distributionibus quotidianis:tenet Io. And.ꝙ nō in add.ad Spe. in rub. de cōcess.prében.& Domi.de Santo Geminiano in c.consuetudinem de cler. nō residen in vi.

559 † Quid de redditu protocolorum notarii:an in eo vendicet sibi locum dictum statutum dic ꝙ non:secundum Bar. in l. quædam,ff.de eden.vt aliàs dixi.

560 † Quæro si dictum statutum ꝙ de fructi bus soluatur gabella habeat locū in calce:tenet Io.And in add. ad Spec. in § i. in tit.de loca ꝙ non.

561 † In fructibus etiam sunt poma, oliuæ, pira,& glandes: sed si statutum dictaret solui gubellam de pomis: an habebit locum in oliuis,piris,& glandibus : tenet Bar.iuris lucerna quòd non: & post ipsum Bal.in l.si pater,ff.de solutio. Et dictum statutum ꝙ de fructibus soluatur gabella intelligitur deductis omnibus damnis, & expensis vt aliàs dixi de fructibus eorum causa factis, & passis pro illis querendis.

562 † Et si dictaret statutum solui gabellam pro omni contractu vt aliàs dixi ad rationem decem pro centenario quantitatis, aut pretii in eo deducti : quia omnibus deductis expensis soluetur gabella secundum communiter scriben.in l.non amplius,ff.de lega.i.& in l.i.ff.de fruct. & lit.expen.& in l. fructus, ff. solu. matri.& per Bar.in l.quantitas, ad leg. falcidiam .

563 † Quod secus foret vt aliàs dixi si dictū statutum dictaret de pretio solui gabellam : quo res vendita fuerit secundum Bar.in l.sed si hæc,ff. de condi.& demon stra.& per Firma.in viii.par. sui lib. gabell. col. iiii. quia tunc non deducerentur expensæ .

564 † Quæro si stante statuto quòd soluatur gabella de fructibus : an locum habebit in fructu hominis , & seu operis hominum:dic quòd non,l.vetus,ff.de vsufru. & ita tenet Floria.de San.Petr. ibidem, & facit tex. in l. in pecudum , ff. de vsufruct & in l. iii. ff. de oper. seruo. quæ non sunt vt aliàs dixi in fructu quod nō procederet si statutum diceret de reddi tu solui gabellam per l Paulus,§.hæres, ff.de ope.ser.

565 † In palea, & fœno locum habebit dictū statutum; & in sylua,& in arboribus ceduis,& in auibus,piscibus , & feris solitis capi in fundo,& fluminibus si alii fru ctus non percipiuntur ex ipsis, l.vsufructuarius messem. ff. quib. mo. vsufruct. amista. & per Bald. in l.fin. C. de cond. inser.& in l.certum,ff.de seruit vrbano, præd.& per Ange.in lib.suo societ.in xi. par. & l. pratum, ff.de verbo. sign. & in Spec.de loca.in §.i. & per Bar.in l. plures,ff.locati,& in l. item si fundus,ff. de vsucap.

566 † Et quæ verbo fructuum cōprehendantur:habetur & per Io.Andr. & Inno.in c.i & in rub.extra de re iud.

567 † Et an sit imponenda gabella, seu colle cta pro fructibus , & rebus : tenet probè Iacob. Aluar.Patauus quòd sic:necessaria tamen causa præmente in capitulis Corradi in §. similiter in vsib.feud.& in tit.quæ sint rega.

568 † Quæro de sæpe memorato statuto ꝙ soluatur collecta , seu gabella de fructibus: an locum habebit in pensione fun-

di:quæ similiter fructus est:tenet Inno. in cap.i.& vlt.de decim. & Bar.in l.fi.ff. de publ.licet appellatione fructuum con tineatur pensio: quam quis soluit ꝑ fundo, aut beneficio: tenet Bal.in l.ii.C. de usur.& in l.cohęredibus. C. famil.herc is.& Bar.in l.fundi trebatiani, ff.de vsu fru.lega.

569 † Quæro de ecclesia quę est immunis ab oneribus: an sit exempta pro dote sibi collata ab omni seruitio temporis:tenet Abb.ꝙ est immunis, & exempta in c.i. & per Hostiens.ibi de censi.

570 † Vbi habetur rem tributoriam non posse alienari sine onere tributi: etiam si transfertur in ecclesiam tenebitur ecclesia ad onus soluendi tributū pro re prædicta solita tributari, & seu soluere tributum: & similiter tenebitur soluere ecclesiam vt aliàs dixi dominis temporalibus pro rebus obnoxis ad onera ciuitatis,& ad solitas collectas sibi ecclesiæ relictis, seu donatis:cum transeant in quēcunque cum onere suo rebus huiusmodi ossibus infixo: quas onus prędictum sequitur:prout lepra sequitur leprosum: vt in d.c.i. de censi.& per Arch. Io. de Imol. & Domin. de Santo Geminiano in c.i.de immu.eccle.lib.vi.

571 †Vbi ponunt hanc quæstionem si ecclesia acquisiuerit possessionem extimatā: & in extimo communis descriptam collectari solitam:& quæ erat solita dari ꝑ solido,& libra ad collectas: an teneatur ecclesia pro eo soluere collectas si peruenerit ad ecclesiam:consuluit Bar.in cōsi. clxxx. incip.si aliqua possessio:clericos non arctari ad solutionem gabellarum, & collectarum: & in ipsos transferri possessiones huiusmodi: & idem consuluit in alio consilio Bar. incip. punctus talis quæstionis est,& tenet Bal. idem in c.i. in vii.col.in tit.de pa.constan.

572 † Et quando ecclesia teneatur soluere tributum Cæsari: dic vt aliàs dixi in lib. vii.Clemen.Ponti.Max.in tit.an principibus secularibus teneatur ecclesia soluere tributum; & aliàs etiam superius dixi.

573 † Quæro de casu, Ecclesia Forliuiensis habens possessiones,& stabilia multa in territorio,& in diœcesi Rauennæ; vel in diœcesi sua existente in territorio Rauēnæ:an pro dictis rebus teneatur ad onera per Papam imposita ciuitati Rauennę:tenet Cardi Zabba.in Clem.i.de immu.eccle.& in Clem.fina. de censi.ꝙ si pro rebus, & non pro personis imposita fuerint onera tenebuntur ecclesię: secus si pro personis: quia tunc non tenebitur dicta Forliuiensis ecclesia.

574 † Quæro si valet statutum imponēs collectam ecclesiæ acquirenti possessiones, domos; & stabilia: dic non valere:quia est contra libertatem ecclesiæ:tenet Bal. in c.i.de alie.feud.c.i.& c.ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Const.& c.nouerit,de senten.excom. & tale statutum est abolendum, & delendum de libro viuentium auct.ca ssā. C.de sacros.eccle.

575 † Quæro de fratribus minoribus Sancti Francisci an teneantur ad collectas, & gabellas laicorum: dic quòd non secundum Bar.in l.semper,ff. de iur.immu nisi de facto grauarentur vt aliàs supra dixi.prout consuluit Petr.da Anch. in consi.suo.cxix.

576 † Et an canonici, monachi,& conuersi teneantur ad collectas,& gabellas, & pedagia:dic ꝙ non. Ita tenent Bal. & Docto. in l.placet. C.de sacrosa.eccle.& in l.ii. C.de epis.& cler.secus si fraude se conuersos fecerint vt non teneantur ad onera:nam extrahi debent in eo casu de monasterio vt soluant debitum onerum.l. qui sub prætextu. C. de colleg.lib.xi.c. licet,extra de regular.& l.quidam.C.de decurio.lib.x.& c.ii.de for.compet.

577 † Et vbi conuersi, & religiosi fuerint de facto grauati poterint vt aliàs dixi quęrere eleemosinam quantumcunque non permittat regula sua; & soluere pedagium,& onera prædicta: vt dicebat Cardi.Zabbar. in Clemen.Exiui de paradiso,de verb.signi. prædictis accedunt not. Franc. Lucani Parmensis in tracta. suo priuileg.fisci in x.articulo penul.par.vbi tractat.de collectis.

578 † Quæro si clerici teneantur soluere collectas pro bonis suis patrimonialibus: cleric.

dic quòd non, c.i. & ii. extra de immu.
eccleſ. lib .vi. & c.fina.de vit. & honeſt.
cleri.Ita etiã conſuluit vt aliàs dixi Do
minus Franc.Tigrini de Piſis per dicta
iura dicens clericos nõ poſſe cogi ad ali-
quam ſolutionem collectarũ pro bonis
ſuis patrimonialibus : licet aliter videa-
tur innuere Gl.& malè quidem in l. pla
cet. C.de ſacroſ.eccle. quia oportet ſer-
uari quod dicitur in c.clericus, extra de
immu.eccle.lib.vi. & ratio eſt quare nõ
teneantur ad collectas pro patrimoniali
bus, in c.ex literis, extra de pign.,ꝑ qui-
bus facit notabile conſilium Bart. incip.
punctus quæſtionis quidam Titius &c.
adde prędictis Matth. de Affl.in conſti-
tu. Regni Neapo. incip. iuſti cultores ,
& in conſt. ſtatuimus , in vii.notab. in
iiii.quæſt.

579 † Quod limita niſi fuerit ſolitus cleri-
cus ſoluere collectas pro dictis bonis pa
trimonialibus ita tenet Specul. Iuris in
tit.de cler.coniung. vel niſi ſit prędia tri
butaria , ſeu cenſuaria obligata ſoluere
tributum , ſeu cenſum dominis tempo-
ralibus, aut fiſco: ea quæ clericus poſsi
det vt aliàs ſupradixi ſolita collectari:&
ad ipſos clericos poſtea per ſucceſsionē
laicorum mortuorũ,vel aliter peruenta.
l.reſcripto.§.fin.ff. de mun.& honor. cũ
illa tranſeant cum onere ſuo l.alienatio.
ff.de actio.empt.& l.traditio.ff.de acqu.
re.domi.& c.i.de cenſ. quod etiã proce-
dit ſi eſſet facta lex,vel pactum, aut obli
gatio,&c.ꝙ omnis ager ſubiaceret colle
ctis exiſtens in territorio tam poſitis , q̃
imponendis.tenet Bald in l.fina.C. ſine
cenſ.vel reliq.& in conſi.incip. pro com
mune ciuitatis ducalis , & per Cardi.in
c.fin.extra de vit.& honeſta.cleri.& Gl.
& Doct.in c.quanq̃,de cenſi.& ꝑ Arch.
in c tributum. xxiii.q.viii. & Abb.in c.
i.de cenſi.& per Rom.in l.ſi publicanus.
ff.de publ.& vect.& per Affl. in cõſt.hac
edictali in ii.notab Et de prædictis quæ
ſtionibus an clericus pro bonis patrimo
nialibus,vel pro bonis emptis,& accata
ſtatis teneatur ſoluere collectam, & ga-
bellam,vide latiſsimè per do Io. Ant. de
Nigris de Ciuitate Campaniæ. I.V.D.
in ſuo aureo commento ſuper extrauag.
Clemen. contra cleri. inceden. in habi.
& tonſ.in rub.de vit.& honeſta. cleri.in
Glo.in verb.priuilegio,in xxii.priuileg.
& ibi ad ſaturitatem videas : vbi omnia
in hac materia illuſtrauit.

580 † Item pro collecta cuſtodum ciuitatis,
pontium,& murorum : tenentur clerici
ſoluere.c nõ minus:& c.peruenit,de im-
mu.eccle. & ibi per Canoniſtas , & per
Legiſtas in l ad inſtructionem. C. de ſa-
croſan.eccle.& latiſsimè per do.Io Ant.
de Nigris in d.clement. in loco prælle-
gato vbi me remitto.

581 † Eſtq; notandum quòd pro refectione
viarum,pontium,& murorum,ciuitatũ,
& locorum vbi ſe recondunt, & ſaluan-
tur : requiri debent illæ perſonę proxi-
miores:quæ commoditatem ſentiunt, &
recipiunt ex dictts refectionibus etiam
ſi ſint clerici.l.nemo,& ibi Bar.C. de an
no.& trib. & qui maiorem commodita-
tem,& vtilitatem ſentiunt: magis graua
ri debent : q̃ illi qui minus commodum
ſentiunt.l.cum.C. de vſufr. qđ ſecus eſt
ſi pontes & vię ſint publicæ:quia ſpectãt
ad commune refectiones earum , l. fina.
§.publicas:in fin.ff.nequid in loco publi
co. Quod fallit ſi commune fuerit impo
tens ; & viæ , & pontes indigerent refe-
ctione:quia tunc ſentientes commodum
tenerentur vt ſupra .

582 † Quæro ſi clerici negotiantes, & mer-
cantes teneantur ad onera , & gabellas
pro mercibus ſuis:dic quòd ſi ter moniti
fuerint:& non deſiſterint tenentur ſolue
re gabellam ; etiam de mercantiis ꝓ ſuo
vſu portatis Clemen. præſenti de cenſi.
not.Imol.in c.ex literis,de vit. & hone-
ſta.cleri.

583 † Quæro de Papa an poſsit imponere
collectas laicis,& eorum bonis profanis
ex cauſa : & Imperator etiam ex cauſa
poſsit imponere in ſubditos ſuos : dic ꝙ
ſic:tenet Felyn. in c. quę in eccleſiarum
de conſt.

584 †Quid de bonis eccleſiarum,& patrimo
nialibus clericorum vniuerſi orbis . An
poſsit Papa imponere collectas: dic poſ
ſe quia oēs clerici ſunt Romano Ponti-

fici ſubiecti: locum Petri in terra tenenti: licet quidam ſubſint ex clericis imperio cum bonis ſuis:& quantum ad bona ſua videantur, & cenſeantur laici vt dicit Abb.in c.conſtitutus, extra de relig. domi quantumcunque dominus Ant.de Butri. teneat contrarium ibi videlicet ꝙ plenitudo poteſtatis in clericos ſit reſpectu eccleſiarum; & non reſpectu bonorũ ſuorum patrimonialium: de quibus Papa non poteſt ad libitum diſponere; prout facit de bonis eccleſiarum.

585 † Nec princeps ſecularis poteſt de bonis ſubiectorum ſuorum:quod ſingulare reputat Abb.in præallegato loco, & Fely. in d.c.quæ in eccleſiarum,de conſt.& dicit hoc procedere in patrimonialibus clericorum exiſtentibus extra territorium domini Papæ.

586 † Quod intelligo papam poſſe ponere collectas ſuper bonis clericorum: etiam patrimonialibus vbiq; exiſtentibus quãtumcunque extra territorium ſuum: ſi clerici tales fuerint ordinati titulo ſui patrimonii: & ſi gaudeant in his priuilegio eccleſiaſtico prout de aliis bonis eccleſiaſticis.l.neminem, & l.priuilegia, iuncta auct. Item ꝙ nulla communitas. C.de ſacroſan.eccle.cum reſpectu eccleſiarum, & clericorum ſuorum eorumq; perſonarum gaudeant huiuſmodi priuilegiis tam ratione eccleſiæ, quàm propriæ perſonæ ſint ſubiecti domino Papæ: ad quæ faciunt notata per Felyn. in d.c.quæ in eccleſiarum. & in c. eccleſię Sanctæ Mariæ,de conſt.& ita concordari poſſunt opiniones Abba.& domini Anto.videlicet ꝙ opinio Abba.habeat locũ quando clerici ſint titulo ſui patrimonii quantumcunque extra territorium domini Papæ: tunc poterit Papa imponere collectas ſuper bonis etiam patrimonialibus ipſorum clericorũ vbique exiſtentibus tamquàm de bonis ſuis eccleſiarũ; & earum priuilegio gaudentibus: & opinio domini Anto. procedit dumtaxat quando in illis non gaudent priuilegiis eccleſiaſticis: & vt laicorum bona cenſeantur huiuſmodi bona clericorum.

587 † Quæritur de ſtatuto Rauennæ ꝙ forenſes propria bona ſtabilia habentes in territorio Rauennę teneantur ſoluere collectas forenſium communi Rauénę: Quid de muliere Rauennate habente patrimonium ſuum in bonis ſtabilibus exiſtentibus in territorio Rauennę: nupta forenſi extra Rauennam habitanti: cui dedit omne patrimonium ſuum in dotem:an teneatur ſoluere vt forenſis dictam gabellam, ſeu collectam forenſiũ; vel eius maritus forenſis teneatur effectus dominus dictæ dotis:cum matrimonium trahat mulierem ad originem, & forum viri:& illud ſequatur. l.mulieres, C.de incol.lib.x.& per Bald. in rubr. ff. ſolu.matrimo.& in l.ii.in fin.ff. de iuriſdict.omni.iudic. & per ipſum matrimonium mulier ſortitur forum viri. l. ea quæ la.ii.ff.ad municipa. & l.i.C. de dignita.lib.x.& l.i.C. de mulie. & in quo loco mul.ſexui lib.xii.& l.exigere doté. de re iudic.& l. cum quædam puella, & per nota.ibi.ff.de iuriſdi.omni. iudic. & mulier dicitur eſſe in poteſtate viri:propterea ex prædictis videtur dicendum teneri ad onus ſolutionis prædictę:Contrarium reperio tenere Bal. & Bar. in l. fina.§.penul.ff.ad munic.& Paul. de Caſtr.in l.rei iudicatæ.§.ſocero.ff.ſolu.matrimo.& Fely.in c.i.in fin.extra de ſponſal.& per Alexan.in conſi.xx.incip.viſo proceſſu cauſę vertentis inter Catherinam &c. in ii:volum.vbi concludunt fœminas per matrimonium non perdere ciuilitatem, ſeu ciuitatem patriæ ſuæ: etiam diſſoluto matrimonio:cum viduę de iure Romano gaudeant priuilegiis maritorũ etiam defunctorum: quod eſt contra ius longobardum: quo cauetur mulieres durante matrimonio gaudere virorum ſuorum priuilegiis, & virorum ciuitate: ipſis autem viris mortuis gaudere priuilegiis patriæ ipſarum mulierum,& non viri mortui.l.fin.in longob. & mulieres lege mariti viuant durante tantum matrimonio.

588 † Et ſi ſteterit ſtatutum ꝙ forenſes non poſsint acquirere bona immobilia in territorio ciuitatis Rauennę, vel in diſtrictu Bononiæ tali tamen non obſtan-

te statuto: mulier Rauennas, & seu mulier Bononiensis extra territorium Rauennæ, & seu Bononię nupta poterit acquirere bona immobilia in ciuitate, & territorio patriæ suæ Rauēnæ, seu Bononię: quia per ipsum matrimoniū non desinit esse ciuis suæ patrię ciuitatis: & non iudicatur persona forensis: vt habetur per Doct. in locis prędictis: & vbi est similis causa, & eadem ratio. Idemq; ius statuendum est iuribus vulgaribus, probat Glo. notab. in l. tale pactum, ff. de pact. Nec obstat ꝙ mulieres nuptæ sequantur forum viri, & sint in potestate viri: quia ob hoc non sequitur ꝙ desinãt esse ciues locorum vbi natæ sunt, & originem trahunt: vbi sunt agnati, cognati, & consanguinei sui.

589 † Quo ad tria dumtaxat transit mulier in potestate viri sui videlicet quoad residentiam, quo ad operas, & quo ad debitum carnis: secus in reliquis in quibus est libera sui iuris: & sic remanet ciuis patriæ suæ, & de agnatione, cognatione, & consanguinitate sua: nam iura sanguinis nullo ciuili iure dirimi possunt. l. iura sanguinis, ff. de pact. & instit. de iur. natur. gen. & ciuil. §. fi. nisi statutum, vel consuetudo patriæ mulieris nuptæ forẽ si phiberet expresse ꝙ mulieres nuptæ forensibus non possent emere stabilia in ciuitate, & eius territorio: & ꝙ tenerent ad collectas forensium: & ꝙ in extimo describerentur forensium vt forenses.

590 † De collectis autem forensium imponẽdis pro patrimonio possesso in ciuitate, & territorio ex forma statuti; vel consuetudinis: faciunt pulcrè notata per Alex. in consi. c i. & in consi. cxxviii. i. volumi. & in consi. lxviii. ii. volum. Vbi bonit si ciuitates possunt imponere collectas suis ciuibus pro rebus quas habent extra suum territorium: & in d. consi. c. i. i. volu. concludit, & tenet ꝙ sic: licet sit disputabilis quæstio: adde, & vide omnino Bar. & Saly. in l. cunctos populos. C. de summ. Trini. & fid. cathol.

591 † Quæro de libris publicanorum, & officialium collectantium, & stacionariorum an ipsis sit fides danda, & probent: dic vt aliàs dixi ꝙ non: per tex Saly. & alios scriben. in l. exemplo. C. de proba. com simil: Si tamen auctoritate publica fuerint electi dabitur ipsis fides: ita tenet Fely. in c. scipta, de fid. instrum. & Iaso. in l. quędam, §. nummularios, ff. de eden. & per Glo. & Bar. in l. Ticię tex storis, ff. de leg. i. & per Io. de Imol. in l. ii. ff. de testam.

592 † Et si vnus scripserit librum, & alius pecunias acceperit dabitur regulariter fides aliàs non: vt in d. l. exemplo. C. de proba. & in l. ne casu. C. de excusso. lib. x. & auct. de mand. princip. §. coges: & per Doct. in d. l. quædam, ff. de eden. & per Alexan. in consi. cxcii. ii. volum. & in con. x. xi. & xii. iiii. vol. vbi habetur plenè quando sit adhibenda fides libro æstimorum, & quando non.

593 † Mercator quidam promisit communi tenere fulcitam duanam salis per triennium ad rationem solidorum. xx. pro quolibet sextario prout est solitum vendere sal commune ciuitatis ad rationem librarum centum salis pro stario. Postmodum conduxit idem mercator datiū salis à commune: an teneatur dare sibi sal necessarium pro competenti pretio: commune vult ei consignare sal ad sextarium consuetum quod est librarū centum & decem salis pro sextario quolibet; & dictus conductor vult id sibi consignari ad mensuram ad quam commune emit à salinatore fisci, quę est ad rationem librarum centum, & decem; & id vendere prout vendebat commune ad rationem librarum centum pro stario: & sic lucrari illa decem vltra starium: Tu dic cōmune teneri ad sibi dandum, & cōsignandum sal ad rationem librarum cẽtum prout solitum est vendere pro stario quolibet. l. triticum, ff. de verb. oblig. & per Ang. in l. i. C. de indict. & l. Ticia. ff. de verb. oblig. nam stipulatio formiter facta de tritico intelligitur eiusdem bonitatis; & quę in pactionibus conuenis se concipitur in stipulationibus repenta credirur.

594 † Occurrit casus per dies si muliones, vecticani, nautę, & similes personæ te-

neantur pro rebus; si res perierunt defectu suo: dic vt aliàs dixi ꝙ sic. l. videamus. §. qui vinum. ff. locati.

595 † Et vaticani, seu muliones, & nautæ qui causa fraudandi vectigal, seu gabellas, vel pedagia, seu passagia: vt aliàs dixi non vadens per iter solitum: si inciderit in latronibus, seu in piratis, vel in cōmissum, aut contra bannum; vel aliter in ipsis malum contingerit mercibus: periculum erit ipsius vaticani, seu mulionis, vel nautæ; hoc tamen probato quòd illuc iuerit causa fraudandi vectigalia: & ita pluries iudicaui, & consului per doctrinam Bal. in l. fina. C. de naut. fœno. & in l. i. C. quæ sit long. consue. vbi datur exemplum de rustico qui plaustrum vini fudit propter infusionem, vt aliàs dicam in materia tituli de his qui deiecer. vel effude.

596 † Notandum est perpetuo quòd in dubio intelliguntur gabellæ venditæ semper, seu locatæ cum pactis solitis, & consuetis. l. fin. & per Bal. ibi. C. de success. edict. & l. quòd si nolit, de ædil. edic. & in l. i. C. pro socio: & in l. licet. C. locati: & si qua pacta alia facta fuerint contra consuetudinem non tenebunt: firmat Fely. per multa allegata in c. cum M. Ferrariensis, extra de consti. l. i. & per Bar. ibi C. de pascu. publ. lib. xi. dicentem ꝙ si officiales deputati ad vendendum gabellas cōmunis fecerint pactū cum emptoribus contra solitum morem vendendi; nullum erit: cum ipsis intelligatur data potestas vt vendat more solito, & non aliter, nec alio modo.

597 † Et si pacto facto cum datiariis caueatur ꝙ nulla nouitas fieri debeat durante tempore conductæ: intelligitur ꝙ non debet aliquid innouari, neque fieri vltra id quod cotninetur in pactis. l. non plures. C. de sacros. eccle.

598 † Quæro de ponte qui stat in flumine vbi est solitum solui pedagium: si fuerit pons dirutus an solui debeat pedagium: dic quòd non, nisi foret in eodem loco refectus, vel nisi obstaret consuetudo quòd soluaretur tanquàm si pons esset refectus, vel extaret in esse: etiam si per flumen aquaretur propter vigentem consuetudinem: qua non existente non tenebitur; etiam si pons non esset refectus in eodem loco secundum Bal. in l. penul. C. de condi. inser. & l. si eum, de priuil. fis. & per tex. in l. si in arena. ff. de vsufr.

599 † Modo occurrit casus ꝙ gabellarius accepit certas merces pro contra banno cuiusdam mercatoris Bergomensis: an illas vendere possit: fui consulus à mercatore qui illas putabat vendi, nō iure posse per gabellarium: & consului posse vendi: quia publicanus est loco fisci; & idem ius habet quod fiscus locator habebat: & in re propria est procurator. l. creditor, & per Bar. ibi, ff. de actio. empt. & in l. ii. §. si ego, ff. de no. ope. nunt. & in l. i. §. quod autem, ff. de superfi. & in l. in ꝓuintiali. & per Alexan. ibi. ff. de no. ope. nunti. & per Bal. in l. i. in fin. C. si propter publ. pens. & ideò potest vendere sicut fiscus: & quando venditur res mercatoris, seu quæ fuit mercatoris capta à gabellariis pro contra banno; poterit illam emere ipsemet mercator cuius primò fuerat: quia eo inuito omnino venderetur alteri per fiscum, & seu gabellarium loco fisci l. cotem ferro. & per Bar. ibi, ff. de publ. & in l. commissa. C. eod. titu. & in l. i. §. si seruus extero. & per Bald. ibi & Saly. & in l. iii. C. de naut. fœno. dicebat Bald. esse redemptionem rei propriæ; & quod hæredi tale ius etiam competit, & alteri committi non potest.

600 † Et res huiusmodi salua conscientia emi etiam possunt secundum Bal. in l. iubemus. C. de sacrosan. eccles. & Ioan. Andr. in c. eos, de immu. eccle. in vi. & per Bald. in l. quod si nolit. ff. de ædil. edict. & in l. i. C. pro socio: & in l. licet. C. locati.

601 † An gabella solui debeat ab eo qui vendidit rem extra suam ciuitatem, vel à delegato rerum existentium alibi quàm in patria sua: & consuluit Bald. non teneri: nisi extaret consuetudo in contrarium per iura plura per ipsum allegata ibi.

† Quæro

602 † Quæro de statuto disponente solui gabellam vini extrahendi. An dictum statutum habeat locum in eo: qui extraxerit acetum, & gabellam non soluerit: & an dicto stante statuto vini &c. ille qui extraxit acetum sine solutione gabellæ inciderit in cōmissum, & pœnā dicti statuti: dic ꝙ non: prout tenet Bald. in l. ii. in fin. C. de pericul. & commod. rei vend. & l. si quis vinum. §. item acetum. ff. de vin. tri. oleoq;. lega. & per Bald. in l. i. C. de errog. milit. anno. libr. xii. nam foret absurdum dicere quòd omnis liquor perueniens ex vino dicatur vinum. l. si quis vinum & per Bar. ibi. ff. de vin. trit. oleoq; lega.

603 † Nec appellatione vini continebitur aquaticum, seu mixtum: & stante dicto statuto vinum non vendi, nec extrahi sine solutione gabellarum sub certa pœna & ammissione vini: non habebit locum in eo: qui vendidit, vel extraxit acetum, seu mixtum dictum aquaticum: quod merellum vulgo Rauennæ, & pezolum Cæsenę nuncupatur: & fit cum aqua proiecta in vuas pistas, quæ ita pistæ, vinaciæ vocantur in Romandiola.

604 † Etècontra si statutum prohibuerit extrahi acetum, mixtum, mel, aut oleū non habebit locum in eo: qui vinum, vel mulsum quod fit ex melle extraxerit.

605 † Et si captum fuerit vinum pro contra banno: an veniant vasa vinaria: cum quibus vinum portabatur stante statuto prę dicto: quòd nullus possit portare vinū sine solutione gabellæ extra ciuitatem, & territorium suum, tenet Barto. quòd non. nisi statutum aliter ea comprehenderit in l. si cui. §. qui vinum. ff. de vino tri. oleoq; lega.

606 † Neque in materia restrictiua gabellarum appellatione vini venit oleum, neq; mulsum factum cum melle: tenet Alex. in. l. iura. ff. de leg. & Bal. in l. i. C. quæ sit long. consue.

607 † Et prohibitio ꝙ quis non extrahat vinū non habebit locum in modica quantitate vini portata in cantaro, seu flasco ꝓ vsu, & potu itineris causa gustus: tenet Bal. in l. i. C. quę res exportari licitè poſ sunt: fallit tamen si portaretur ad hostes stante prohibitione secundum Sal. in d. l. i. C. quæ res expor. licitè poss.

608 † Ciuitas, seu fiscus locauit gabellā vini publicanis. An possit dicta ciuitas, seu fiscus post dictā locationem ponere super indictum superdicto datio pro necessitate ciuitatis, & seu fisci: dic ꝙ sic.

609 † Quæro modo si ciuitas, vel fiscus in dicto casu tenebitur ad interesse dictis conductoribus: tu dic inclusiuè ꝙ vnaquæq; ciuitas potest sibi legem imponere, & statuere. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. maximè inter subditos suos: vt sunt isti conductores. l. i. C. de summ. Trin. & fid. cath. & hi consentire videntur: cū maior pars faciat. l. quod minor. ff. ad municip. & l. in cōcedendo. ff. de aqu. plu. arcen. & quia per indirectum saltè damnificarentur cōductores, possunt agere contra commune ciuitatis, seu fiscū actione ex conducto si in totū, vel in partem non potuerunt vti, & frui vectigale, seu datio, & gabella locata. l. ex locato. ff. locati.

610 † Stat in vrbe statutū ꝙ macellarii, seu beccarii teneantur ad tale onus, & ꝙ piscatores, & pisciuenduli teneanť ad aliud onus, & ad solutionem certæ quantitatis pecuniæ. Quidā macellarii carnis venduli vendunt carnes per totum ferè annum, & in quadragesima vendunt pisces: an dicti macellarii vendentes carnes, & pisces teneantur vt supra ad dicta onera tam ratione venditionis carnium, quàm ratione venditionis piscium: dic ꝙ sic. l. textoribus & l. legatis. ff. de leg. iii. nec poterint se excusare beccarii quòd ars sua sit principalis beccaria, licet ad tempus aliud faciant vendendo pisces in quadragesima, vt supra.

611 † Sat prouisio in Ciuitate ꝙ beccarii vendere habent carnes ad rationem septem quatrenorum pro libra, & plus, & minus, secundum calmerium, & seu assisiam quæ sibi dabitur per cōmune aliàs ꝙ cadant in pœnam bannorū: Contingit ꝙ agentes pro cōmune fuerunt negligentes in dando calmeriū, & siue imponendo assisiā carniū dictis macellariis: nunquid cadent in pœnam dictę prouisionis

beccarii si aliter vendiderint carnes: tenet Tancredus de Corneto in quæstio. suis statu.c.vii.ꝙ non incidunt in pœnã dictæ prouisionis:per text. in l. Titius si statuas ff de condi.& demonstr.& in l.cũ quid.ff.de vsu & in c.cum quid, extra de vsur.& in regula imputari, in lib.vi.

612 † Quod facit pro alia quæstione ꝙ nullus officialis posit habere salarium, nisi fecerit monstram familiæ suæ omni mense coram prætore ciuitatis: requisiuit officialis pretorem,ad videndum monstrã, & prætor neglexerit videre:an imputabitur officiali quin habeat salarium suum absque eo quòd monstram non fecerit, & pro officiali præsumitur diligentia, & salarium habebit:tenet Bald.in l.ea quidem.C.de accusa.& in l.fina.C.ne quid in sua causa.

613 † Quæro de casu persæpe occurrenti: Si vnus socius portans rem communem cũ altero,& non soluit gabellam, seu vectigal in loco vbi vectigal solui debet, an incidat in commissum pro parte etiam inscii socii:dic vt aliàs dixi quòd non:sed tantum pro parte fraudantis incidit: & pars tantũ sua publicabitur.tenent Bart. Vterq; Imol.& alii in l. fraudanti. ff.de publ.& Ioan. de Firmo in vltim. par.sui lib.gabell.

614 † Et idem si res sunt plures quę possint separari:nam solum res fraudatoris incidunt in commissum, & non res sociorum:qui ignari fuerũt quod æquum est: tamen non procederet si omnes fuissent scientes domini rerum ablatarũ per contra bannum propter non solutionem gabellarum,vt in l.si publicanus,& in l.cotem ferro.ff. de publ. & vectiga. & commiss.eorum:& addit Bal.in Specul.de locato in § nunc videndum.versic.xxxvii. & lxxi.quod priuatus iure suo culpa socii aget contra alterum fami. herciscun. iudicio ad interesse.

615 † Et si res fuerit communis, & indiuisibilis:quæ inciderit in commissum culpa vnius socii non soluentis, vel fraudantis gabellam,& gabellario tota cadat, tenebitur socius fraudans alteri socio inscienti ad interesse rei suę deperditæ:videlicet pro parte sua.

616 † Et infert Bart.prædictam quæstionem ad casum hæredum emphyteutę ecclesię: vt altero canonem non soluente vt aliàs dixi:pars eius sola ad ecclesiam reuertitũ sed ibi cõtrarium tenet Bar. post Glo.in l.communi diuidundo. ff.com. diuidun. & Bal.& Ang.in l.necessarias.§. si vnus. ff.de pignorat.actio.& in l.i.C.de cadu. tollen.& Imo.in c.potuit,de locato:ꝙ secus foret dicendum si à principio fuerũt duo emphyteutę ꝙ vnius cessatio præiudicat sibi soli non soluenti, & non alteri socio suo soluenti secundum Doct.in d. l.fraudanti,ff de publ.

617 † Et desolutione quando prodest ambobus emphyteutis dixi aliàs &c & quãdo vni soli emphyteutarum simpliciter facta & de particulari habetur per Bal.in l. sollemnibus.C.de rei vendi.

618 † Et si vnus hæredum soluerit totum canonem emphyteusis non reuertitur, sed proderit cohæredi;qui non soluit:& is tenebitur socio soluẽti ad partem canonis pro eo soluti, & in d.c. potuit determinat Io.de Imo.extra de loca.& condu.

FINIS.

IVLII FERRETTI RAVENNATIS IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS.


Metrica Compilatio breuis omnium materiarum contentarum in libris regiarum, & Imperialium constitutionum Regni Siciliæ.

Mores antiquos, & regia iura canamus
Quæ seruat magnæ curia Parthenopes.
Centum primus habet titulos, liber octoq; supra
Iuridicum rubrum principium retinet
Post hoc hæreticos plectunt sanctissima regum
Iura trium capitum catholicis titulis
Sacrilegos quintus spernentes regia sextus
Septimus usuræ prosequitur rabiem
Octauus, decimus pacem tenet, ac benè nonus
Bella represalias punit & is decimus
Quatuor arma uiris, prohibentq; capitula rubra
Morte homines plectit qui sequitur titulus
Et sextus decimus ueniam custodibus arcis
Armorum tollens additur atque uiris
Tutellare datur dementi, ius quoque paruis
Succurrit iustis quatuor, & titulis.
Raptus, & incestus uiolenti criminis est mors
Atque duellum tollitur insolitum
Verticibusq; tribus rubeis, mulierq; dolosa
Perclamans homines auxiliumq; dari
Auditor segnis mulctatur fœmina mendax:
Quarto, & uigeno quod sequitur titulo.
Mulctatur retinens aliena cubilia uim ui
Et uiolentatus redditur absque malo.
Vigena sexta cauetur lege sequenti
Rubricæ incendij, clamq; malum facinus
Bis deno octauo. bis deno & uertice nono
Rubri pœna tenet, sed malè facta mouens.
Terdenus titulus sanxit clandestina furta
Naufragij pariter, flamigeriq; mali:
Terdeno primo mulctatur uertice rubro
Offensor patriæ, iustitiæq; fori.
Binus qui sequitur titulus probitatis, & æqui
Agnoscit causas primitus ecclesiæ
Fiscales post hæc uiduarum, atque inde pupillos
Prima notant, & quæ iudicia expediant,
Curandum est miseris ut defendantur ubique
Precipiunt nostro regia iura foro:
Atque magistratus fieri, gentisq; togatæ
Catholicos iustos mundat auara manus
Ambitus cupidos, sapientes, atque disertos
Laudantes dominum religione sua
Lege peculatus delictum, & cuncta profana
Iurantes manibus sacra ad euangelia.
Iustitiam cunctis habito discrimine nullo
Iura ministrare iudicio celeri:
Temporibusque suis causæ tractentur & æquæ
Ponitur atque modus unicuique sibi
Iustaque sub scriptis cunctis sententia fertur
Seruatur Comiti sic decus omne suum.
Qualiter & clerus secli sub iudice uadat
Plectitur & scæleris crimine quisque suo;
Iudice subque suo secli tunc iure silente
Aeterni cultus religione Dei.
Audeat hinc nullus diuinaq; temnere iura
Quæ peramant Reges, imperiumq; sacrum:
Non Siculi regni, Comiti, clerive baroni
Militiæ aut populo nulli utiq; est licitum.
Rege inconsulto ius dicere nullus & ausit
Priuaturq; alias Principis officio,
Omnibus abstineant iudex & baiulus æquus
Et scribæ cuncti regniculæq; uiri
Officium seruare suum, ritusq; palatij
Vrbis Parthenopes regia iura senis:
Vno, & quinquaginta secundi rubra libelli
Perniciosorum crimina prosequitur:
Octuaginta manent cum sexto codice terno
Feuda tenent pactis subdita limitibus.

SERIES CHARTARVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz, Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii.

Omnes sunt duerni.




La Spezia
LABORATORIO
SANT AGOSTINO
vico S. Giovanni 4